ſu agnatorum.ꝛ tunc ligabunt clericum ementem a minore ſine cō
ſenſu agnatorum ꝛ clericum minorem cōtrahentem cū laico ſine cō
ſenſu agnatorum rōne equalitatis ſeruande.vt.ſ.in.q.emendatio
nis damni.ꝛ ſimiliter ligabunt in his que concernunt immundi-
tiam ꝛ neceſſitatem ciuitatis in refectione murorum pontium via
rum ſtratarum ꝛ cloacarum purgationem ꝛ cōſtructionem domo
rum cum tanta latitudine itineris vt.l.ad inſtructionem.C.de
ſac.ſan.ec.l.an in totum.C.de edi.priua.¶Sꝫ circa vltimas volū
tates qđ quis non poteſt teſtari ſine licētia parochiani nō ligabūt
clericum teſtantem vel inſtitutum ſine parochiano.ꝛ idem ſi ſtatu
tum excludit cognatos extantibus agnatis non excludet clericos
cognatos ꝛ idem ſi ſtatutum annullet teſtamentum in archiuo pu
blico poſitum.¶Et idem ſi ſtatutum excludit feminas extantib⁹
agnatis non excludit feminam monacham.nam circa teſtamenta
ſunt clerici priuilegiati.vt in.c.cum omnes.ꝛ in.c.relictum.de teſ.
32 ꝛ ideo ſtatuta laicorum non ligant clericos vt.ſ.dixi.¶†Et adde
ꝙ faciens ſtatuta ꝯtra priuilegia ꝛ libertatem eccleſie eſt excommu
nicatus ſi non remoueat illa de capitularibus ꝛ libro ſtatutorum.
vt in.c.nouit.de ſen.ex.Bar.etiam conſuluit in conſilio qđ incipit
dn̄i priores ꝙ vꝫ ſtatutum diſponens qđ iudices communis non
poſſint cognoſcere de petitionibus factis a clericis contra ſuos cō
ductores:qꝛ iſtud ius agnoſcendi ꝛ iudicandi conceſſum iudicib⁹
eſt ipſius communis. Ideo poteſt per ſtatutum illud reuocare.l.
iudicium ſoluitur.ꝛ.l.pretor.ff.de iudi.nec hoc ſtatutum dr̄ contra
libertatem eccleſie:qꝛ ad interpellationem rectoris eccleſie factum
ſtatutum de iuſtitia miniſtranda poterit commune prouidere de
alijs iudicibus qđ ſi nō faciat.ſ.congruum ſpacium ſuccedat iudi
cium eccleſie.ſ.pape ꝛ epi etiam inter laicos in temporalibus non
ſubditos ꝑ.c.lꝫ ex ſuſcepto.ꝛ.c.ex tenore.de fo.cōpe.ſaly.tn̄ tꝫ cōtra
in.d.aut.caſſa.qꝛ clerici ꝑ hoc efficiunt timidiores ꝛ ꝑ ꝯn̄s vꝫ ſtatu
tū vt.ſ.dictū eſt.Qn̄ aūt ꝛ in quibus teneāt ſtatuta ꝛ reformatiōes
imponentiū onera collectas ꝛ tributa clericis ꝛ ꝑſonis eccleſiaſti-
cis vide ꝑ Saly.in.l.placet.C.de ſa.ſan.ec.ꝛ in aut.itē nulla cōitas
C.de epi.ꝛ cle.ꝛ ꝑ Bar.in.l.reſcriptū.§.ſciēdū.ff.de mu.ꝛ ho.ꝑ ca-
33 no.in.c.clericis.de immu.ec.li.vj.¶†Uidimus an ſtatuta laicorꝫ
ligēt clericos:nunc videamus an ligēt forenſes.ꝛ primo circa ꝯtra
ctus.ſcđo circa delicta.tertio circa vltimas volūtates.Circa cōtra
ctus cōclude in his que ꝯcernūt ſolēnitatē ꝛ ordinationem cōtra-
ctus vel ēt iudicij:tunc ſtatutum vel etiā conſuetudo de hoc hic di
ſpōnēs ligat forēſem hic ꝯtrahentē vel litigantē vt.l.ij.C.quēad.te.
ape.ꝛ.l.iij.in fi.ff.de teſt.ꝛ.l.ſemꝑ in ſtipulationib⁹.ff.de re.iu.ꝛ.l.j.
C.ꝛ ibi gl.ꝛ ꝑ Inn.in.c.j.de cōſuetudine.Sꝫ in alijs q̄ ꝯcernunt de
ciſionē tunc ſi veniunt ex iure vel natura ꝯtractus tpe ipſius ꝯtra-
ctus vt ꝓmiſſio de euictione rei vēdite:ꝛ tunc ſtatutū loci contra-
ctus ſimiliter ligat forenſem.l.ſi fundus.ff.de euic.Fallit in dote in
cuius exactione attendit ſtatutū vel cōſuetudo terre viri ꝛ nō ter-
re vxoris in qua eſt celebratus contractus.l.exigere.ff.de iu.Et iđ
ſi vir ꝑ ſtatutū ſue terre dꝫ lucrari medietatē dotis:ꝛ ꝑ ſtatutū ter-
re vxoris nō dꝫ lucrari attēdit ſtatutum terre viri per dictam.l.exi
gere.Si autē venit poſt ꝯtū ex negligentia vel mora eſt commiſſa
tunc attenditur ſtatutum loci vbi mora vel negligētia eſt commiſ
ſa.Quia ſi eſt in alium locum promiſſa ſolutio ibi dicitur negli-
gentia commiſſa.Sed ſi non eſt collata ſed ſimpliciciter facta pro
miſſio tunc dicitur cōmiſſa negligētia vbi petit.vtrūqꝫ ꝓbat in.l.
vinū.in fi.ff.ſi cer.pe.ꝛ in.l.fi.ff.de triti.ꝛ ideo ſi florentinus rome
exiſtens vel florentie mutuauit bononienſi centum reſtituen-
dos bononie excluditur ex mora ſeu negligentia ſua in non petē-
do vigore ſtatuti bononienſis diſponētis quod iuri preſcribendi
debitum

debitum preſcribatur decennio per dictam. l. vinum.⁊.l.finalẽ.
⁊.l.j.in prin.cũ ſua glo.in verbo cõtractũ.ff.de vſucap.ſcdm Bar.
in.l.j.C.de ſum.trini.qd vltimũ ibi limitat Saly.quãdo eſt colla
ta ſolutio in ſpecialẽ locũ:⁊ tũc dicat verũ Barto.Sed vbi gene
raliter eſſet cõuẽtũ de ſolutione fienda vbiq₃ locorũ:tũc bononien
ſis alibi cõuẽt9 nõ põt opponere pſcriptionẽ qꝛ ſtatũ nõ porrigit
vires ſuas extra territoriũ ſtatuentiũ.l.fin.ff.de iuriſ.om.iudi.⁊.l.
ex ea.ff.de poſtula.nec predictis ob.gloſſ.in verbo vtriuſq₃.in.l.ij.
ff.de eo qd cer.lo.que innuit qd inſpiciat tẽpus iudicij ⁊ nõ cõtra
ctus.⁊ reſponde vt ibi per Bart.Et ſimiliter ſtatutũ qd qui eme
rit rem bona fide in loco publico nõ teneat ipſam reſtituere dño
vendicãti niſi reſtituat ſibi preciũ nõ cõprehendit forenſem vendi
cantẽ rem ſuã:⁊ ideo nõ reſtituet preciũ.⁊ hoc diſputãdo determi
nauit do.Lamber.de rampo.qd hoc ſit ius propriũ ſtatuentis:vt
hoc.§.non potuit alienis legem imponere.l.ij.C.de legi.nec eſt ho
neſtũ qd rõne loci in quo agit iuſtitia denegatur.l.fi.C.de tẽpo. in
34 inte.reſt.pe.¶†Circa delicta autẽ an ſtatuta legẽt forenſes cõclu
de ſi delictũ hic cõmiſſu₃ a deliquente forenſi eſt delictũ de iure cõ
muni tunc punit ſcdm ſtatuta ⁊ cõſuetudinẽ illi9 loci in quo delin
quit:vt in aut.qua in puicia.C.vbi de cri.agi op₃.⁊.ff.de extraor.
co.l.ſaccularis.§.ſunt quedã.⁊ de ſen.ex.c.a nobis.⁊ ibi gloſſ. Si
autẽ nõ eſt dilictũ de iure cõmuni:⁊ tũc ſi forẽſis veriſimiliter ſci
re potuit illud prohibitũ alias propter aſſiduã cõſeruationẽ.l.ij.
cũ gloſſ.C.vbi de cri.agi oportet:vel qꝛ illud factũ erat cõiter pro
hibitũ:⁊ p oẽs circũſtãtes puicias:vt nõ extrahere granũ extra di
ſtrictũ vel nõ portare arma offendibilia per ciuitatẽ niſi ſint lega
ta.l.fi.§.licet.ff.de publica.⁊ ibi per bar.⁊ ſimiliter nõ excuſat ſed
ligat ſtatuto vt dictis iuribus.Si autẽ veriſimiliter ſcire non po
tuit vt qꝛ nõ cõuerſabatur in loco nec illud factũ erat generaliter
prohibitũ per oẽs terras:⁊ non ligat ſtututo niſi fuerit ſciens vel
ignorans craſſa vel ſupina innorantia.l.fi.ff.de decre.ab ordi. fa
ci.⁊.c.vt animarũ.de cõſti.lib.vj.⁊ ſic patet qd ſi fur vel homicida
accuſetur in loco originis de furto vel homicidio vel alio delicto
alibi commiſſo:quod in procedendo ⁊ ordine iudicij tractando
ſeruabitur ſtatutum loci originis vbi iudicium agitur ſicut in cõ
tractibus.d.l.iij.in fi.ff.de teſti.cum iuribus.ſ.alle.de quibus cõ
tractibus licitum eſt arguere ad delictum.vt.l.oẽm.⁊.l.tã ex con
tractibus.ff.de iudi.ſed in puniendo ſeruabit ſtatutũ loci vbi deli
ctum eſt commiſſum per.d.l.ſaccularij.§.ſunt quedã.ff.de extraor.
cri.Et idem ſi ſunt due ciuitates ſub eodem dño ⁊ qs delinqt in
vna capiat in alia puniatur per.d.§.ſunt qdã.Et ſi nõ conſtat de
ſtatuto illius loci in dubio intelligamus ibi vigere penam iuris
cõmunis.arg.huius.§.⁊.l.oẽs appli.ff.de iuſt.⁊ iur.hic tamẽ limi
tat Bald.eſſe verũ.ſ.qd in puniẽdo ſeruabit ſtatutũ loci cõmiſſi
maleficij qñ procedit per accuſationẽ.Si aũt procedat per inqui
ſitionẽ ex mero iudicis offõ tunc iudex etiã ingrens ſeruaret etiã
in prouenien do ſua ſtatuta:vt not.in.l.ij.de eo quod cer.lo.⁊ ad
de quod licet ⁊ non valeat ſtatutũ etiã cõtra forenſem offendẽtem
ciuẽ extra territoriũ niſi trib9 caſibus.ſ.in rapiente ex naufragio:
vt.l.nequid.§.de his.ff.de incẽ.rui.nau.⁊ in ciuitatibus non con
federatis.l.non dubio.ff.de cap.⁊ vbi video vbi ciuis ſtatuens of
fenditur non vendicat offenſum.argu.l.nullus.C.de iude.⁊.xxij.
q.ij.c.dominus deus noſter.⁊ tenet Inn.in.c.poſtulaſti.de fo.cõ
pe.lib.vj.tamen ſtatutum põt ligare ciuẽ vbicunq₃ extra territo
rium delinquente₃ ratione originis.l.j.C.vbi de cri.agi op₃.⁊ per
35 Inn.in.d.c.a nobis.de ſen.ex.¶†Circa teſtamẽta aũt an ſtatutu₃
vel conſuetudo liget forenſem vt ſi ſtatutum dicit qd v₃ teſtamen
tum cũ duobus vel trib9 teſtib9 poſito qd tale ſtatutũ valeat vel
conſuetudo prout t₃ bar.in.d.l.j.C.de ſum.tri.⁊ fid.ca.licet lex di
cat qd in locis vbi nõ eſt legũ pitia vt inter ruſticos debent inter
uenire ſaltim quinq₃:vt.l.fi.C.de teſt.Conclude ſcdm Bart. in.l.j.
qd ſi ſtatutũ loquit ſpecialiter et limitate de ciuibus quod non
extenditur ad forenſes.d.l.fi.C.de teſt.vbi puilegiũ non concedit
loco ſed perſonis in loco vt ibi not.bart.Si autem ſtatutũ loquit
ſimpliciter vt indiffinite tunc h₃ locũ in forẽſib9 ibi teſtãtib9.l. ij.
C.quẽad.teſt.ape.qꝛ ſtatutũ poteſt diſponere circa ordinem ⁊ ſolẽ
nitatẽ teſtamẽti nõ tamen põt diſponere circa habilitatem vel in
habilitatem perſone non ſubdite:ideo ſi ſtatutũ pmittit filiofa.te
ſtari nõ poterit ibi forẽſis filiuſfa.teſtari.vel ſi prohiberet virũ ſuã
mulierẽ inſtituere nõ prohibebitur forẽſis ibi ſuã inſtituere vxorẽ
quia ſtatutum non poteſt legitimare vel illegittimare perſonam
nõ ſibi ſubdita₃ per.l.etiã.cũ ſua.glo.ff.de tu.⁊.l.j.in fi.ff.de cura.
da.ab his.⁊ vide in ſpe.de inſtru.ẽdi.§.compendioſe.ver. quid ſi
36 de cõſuetudine.de ſnia.§.qualiter.ver.itẽ ponit.¶†Sed an ſtatu
tũ tollens ſolẽnitatẽ teſtandi vt cũ dicit qd teſtamẽtũ valeat cum
duobus teſtibus porrigat effectum circa bona etiã extra territo
rium poſita vt quod non põt dici heredi extra territoriũ ꝙ illud
teſtamẽtũ nõ valeat.dic qd illud teſtamẽtũ h₃ locũ ad oĩa bona ex
tra territoriũ poſita p.l.ſi nõ ſpeciali.⁊.l.omnium.C.de teſtamen
tis.licet ſecus ſit vt vbi ſtatutũ diſponat circa habilitatem perſo
ne vt quod filiuſfami.poſſit teſtari vel non. ſpurius poteſt inſtitui
poſito quod illud ſtatutum valeat:nam habebit effectũ ſolu₃ quo
ad bona ſua intra territoriũ ſtatuentis per.l.pupillo.de tu.⁊ cu.
da.ab his.l.nõ ſolũ.§.q teſtamẽto.ff.de excu.tu.⁊.ff.de admi.tu.l.
titiũ.§.tutorẽ.¶Quid autẽ ſi bononienſis ſeruãs ius cõe habeat
bona in anglia vbi eſt ſtatutũ vel cõſuetudo ꝙ pmogenitus ſucce
dat.dic qd illa cõſuetudo nõ ligat forẽſem:⁊ ideo heres inſtitutus
habebit oĩa bona.vt.d.l.etiã.ff.de tutel.⁊.l.j.in fi.de tuto.⁊ cu.da.
ab his.Si autẽ teſtator eſſet anglic9 qui ibi cõderet teſtm̃:tũc pri
mogenitus habebit bona anglicana ⁊ alia extra territoriũ diui
derent inter heredes de iure cõi:qꝛ ſimplex diſpoſitio nõ porrigit
niſi ad bona intra territoriũ poſita:vt.l.cũ vnus.§.his qui.ff. de
bo.au.iudi.poſ.Itẽ an per publicationẽ bonorũ alicuius condẽ
nati intelligantur eſſe publicata bona in alieno territorio poſita.
dic per Bar.in.l.j.in vlti.q.C.de ſum.tri.⁊ fide ca.Qualiter autẽ
fiant ſtatuta tangit.j.eo.§.cõſtat.Itẽ a quo tpe ligẽt ſtatuta ⁊ an
ſtatuta recipiãt interpretationẽ ⁊ qualiter in iudiciũ deducunt.
dic per Bar in.d.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊ Albe.de ro
ſa.in toto ſuo opere ſtatutorũ.Certa in materia ſtatutorum vide
per Bar.in repeti.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iure.

## Ius autem gentium.

¶Hic repetit qd ſit ius gẽtiũ vt reddat ⁊
declaret per exẽpla melius quã fecit in.§.precedẽti.vel vt dixi.ſ.in
prin.ti.ſ.ꝙ hic ponit differentias inter ius naturale ⁊ ius gentiũ
37 in origine.⁊ hoc intẽdit.†Ius gẽtiũ eſt qd omni humano gñi cõe
eſt ⁊ quo gẽtes humane vtunt ⁊ ſibi cõſtituerũt.⁊ ex hoc iure gen
tium introducta ſunt bella captiuitates ſeruitutes ⁊ quaſi oĩs cõ
tractus.h.d.Et adde qd ius gentiũ eſt ius quoddã qd fuit ex tpe
quo gẽtes ceperunt naturali ratione vti inductũ abſq₃ alia cõſti
tutione gẽtiũ vt fidẽ ſeruarẽt.⁊ iſto tali iure qd habet comitantiã
cũ iure naturali ſtatus ſerui eſt integer:qꝛ naturali ratione oẽs li
beri naſcebant.vt hic in tex.dicit.Quoddã eſt ius gentiũ quo oẽs
gentes vtunt qd ſibi gẽtes cõſtituerũt nõ ſm rationẽ naturalẽ ſed
qñq₃ cõtra vt bella captiuitates ſeruitutes ⁊ diſtinctiones dñiorũ
⁊ de iſto loquit hic.⁊.l.hoc iure.de iuſti.⁊ iur.⁊ iſto iure ſtat9 ſer
uorum eſt annihilat9 ⁊ ſeparatus ab alijs ⁊ nihil propriũ põt ſibi
38 querere.ff.de acqui.re.do.l.acqrit.†Not.j.ꝙ bella ſunt orta a iure
gentiũ ⁊ intelligit glo.de bellis licitis.ſ.que a principe vel a popu
lo romano ſunt indicta.vt.l.hoſtes.de capti.Bella aũt illicita nõ
indicta pncipalr a iure gẽtiũ ſ₃ occaſionaliter eoipo qd fuit diſtin
ctũ meũ a tuo ſm Ia.de are.Et de iſtis bellis.j.q.mo.ius pa.po.
ſol.§.ſi ab hoſtibus.itẽ ppulſare iniuriã ⁊ violẽtiã cũ moderami
ne inculpate tutele eſt de iure gentiũ ſm glo.in verbo bella.qd in
tellige ſane qꝛ ipſa repulſio violẽtie illate eſt de iure naturali.ſ.in
ſtinctu pmiſſione nature qd cõuenit etiã brutis.vt.l.j.§.cũ arietes
ff.ſi qua.paup.fe.di.⁊.l.iij.ff.ad.l.aql.et.l.j.§.diu9.ff.de vi ⁊ vi ar.
S₃ ipſa repulſio cũ moderamine inculpate tutele eſt de iure gẽtiũ
tũc ratione forme ipſius moderationis:qꝛ forma dat eſſe rei. vt.l.
iul.§.ſ₃ ſi qs.ff.ad exhibẽ.⁊ denominat eſſe de iure gentiũ et iſtud
moderamẽ circa tria verſat ſm glo.in.l.j.ff.vñ vi.ſi circa arma vt
eo.gñe armorꝫ vel equipolẽti repercutiat.Item qd incõtinẽti.Itẽ
qd ad defenſionẽ qd in dubio preſumit ſi fiat incõtinẽti.l.ſi ex pla
gijs.§.tabernarius.ff.ad.l.aql.⁊ ibi glo.nõ ad vindictã.Item ad
cautelã ꝙ pteſtando exclamet ſecuritatẽ vt not.glo.in.l.x.ff.ad.l.
aquil.nec tenet qs aufugere ſi eſt talis homo cui fuga eſſet ad de
decus.vt tenet Bar.in.l.vt vi₃.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊.d.l.j.C.vnde vi.
39 ¶†Scdo no.qd oẽs 3ctus ſunt de iure gẽ.quatuor exceptis q nu
merant hic in glo.in verbo pene.qui ſunt de iure ciuili.ſ.literarũ
obligatio:verborũ obligatio:cõtractus emphyteoticus:⁊ ſpõſali
tia largitas.i.donatio ppter nupti.Dic tñ qd facultas cõtrahẽdi
eſt de iure gentiũ.vt hic.⁊.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.⁊ iur.ſed ipſum
cõtrahere eſt facti.l.cõſilio.in fi.ff.de cura.fu.⁊ effect9 cõtractus.ſ.
obligatio eſt de iure ciuili:qꝛ obligatio eſt de iure vinculorũ.j.de
ver.obli.in prin.De quo autẽ iure ſint obligationes ex maleficijs
⁊ quaſi maleficijs ⁊ ex quaſi cõtractibus ⁊ ſimiliter oẽs.dic p bar.
40 in.l.hoc iure.ff.de iuſti.⁊ iure.†Quod autẽ.ſ.dixi de moderami
ne inculpate tutele:dic latius ſecundum Bal.in.d.l.j.C.vnde vi.
qd illud moderamen conſiſtit in tribus:vc₃ in factorum qualita
te:in tẽporis cõgruitate:⁊ neceſſitatis euitabilitate.ſecundũ glo.
in.d.l.j.C.vnde vi.Et ſic cõſiſtit moderatio circa modum:circa tẽ
pus:⁊ circa cauſam.ſecundum Bar.in.d.l.j.In factorum qualita
te debet ineſſe paritas ⁊ equa lance equo modo ⁊ actu congruen
ti reſiſtamus in duello.vnde offenſus ſine armis non poteſt ar
mis ſe defendere niſi aliud ſuccedat virium inequalitas. vnde ſi
pugnus vnius plus poteſt quã enſis alterius licitum eſt enſe per
cutere:vt ibi dicit gloſſ.quia defectus virium põteſt ſuppleri cu₃
iuuamine armorum.preſumitur enim iuuenis potentior ſene ad
labores corporeos ſupportandos:vt.l.aut damnum.§.quicunq₃.
⁊ ibi gloſſ.ff.de penis.⁊ extra de renuncia.c. primo. et ſanus po
tentior infirmo.C.de mendi.va.l.prima.libr.xj.Sed quid ſi quis
inſultauit cum baculo ego autẽ peremi gladio.an puniar Bart.
determinat per theoricam.d.glo.l.j.C.vnde vi.quod aut inſulta
tus poteram me aliter defendere et puniar aut non: et non pu
nior.facit quod nota.in.l.ij.C.ad.l.cor.de ſica.⁊ eo.modo decidit

Bald. de eo qui inſultauit me ſine aliquo genere armorum. volẽs
mihi dare maxillatã manu vacua. ⁊ ego ne hoc accideret cũ nõ de
beã expectare pꝛius pcuti me: vt dicit glo. in. d. l. j. peremi cũ gla
dio. nã ſi poterã me aliter defendere: tũc puniar: qꝛ non ſeruaui
modũ defenſionis: ſed fuit magnꝰ exceſſus vltra terminos defen
ſionis ⁊ vindictã aſſumpſi. Si aũt cõſtat qđ aliter euadere nõ po
terã quin cũ vituperio percutiar: ⁊ tũc non punioꝛ nã. ſi hoc licet
propter res defendendas vt. d. l. j. C. vnde vi. multomagis. ppter
perſonã ⁊ coꝛpus qđ eſt digniꝰ: vt. l. in ſeruoꝛũ. ff. de penis. In du
bio vero vtrum potuerim me aliter defendere pſumit qđ ſic inter
pares: ſecus ſi inter impares propter inequalitatẽ viriũ vt dictũ
eſt. vnde multe circunſtãtie ponderãde ſunt: vt alias no. in. l. j. C.
41 de ſicariis. ¶ † Et an teneat fugere. dic qđ ſic. tamen ſibi non no
ceat ⁊ alteri pſit. vt. l. ij. §. itẽ varis. ff. de aqua plu. arcẽ. Fallit vbi
infertur violentia circa res ad eoꝛum occupationẽ vel deſtructio
nem quia fuga trahit periculũ rerũ. vt. l. iij. §. ſi quis autem. ff. de
iud. ⁊ lege pꝛia. C. quãdo lice. vni. ſine iud. ſe vin. Scđo fallit quã
do infertur violẽtia circa perſonas ⁊ fuga eſſet periculũ allatura
quia inimicus eſt ſcilicet ad ſpatulas ⁊ vertẽdo terga ad fugã po
teſt de facili vulnerari. vt. C. ad. l. aquil. l. ſciam. §. ſi qs aliter. Ter
tio fallit quãdo fuga impoꝛtat periculũ honoꝛis: quia honoꝛ om
ni lucro eſt pꝛeferẽdus. vt. l. iul. ⁊ ibi glo. ff. ſi qs omiſ ca. te. Dixi ſe
cũdo qđ moderamẽ cõſiſtit in tẽpoꝛis cõgruitate nã debet incõti
nẽti ſcilicet flagrãte maleficio violẽtie inuaſoꝛ repelli. l. iij. §. cum
igitur. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊ hoc verũ de violẽtia illata pſone in qua
videt fieri ad defenſam ne iterato percutiatur ſi fiat incõtinẽti. l.
ſi ex plagiis. §. tabernariꝰ. ff. ad. l. aquil. ⁊ de reſti. ſpol. c. cũ olim.
Si autẽ fiat rixa ſeparata ⁊ ſic nõ incõtinẽti tũc videt fieri ad vin
dictã ideo nõ licet. vt not. glo. in verbo repellere. in. c. ſignificaſti.
extra de homi. Et ideo aduocatꝰ debet eſſe cautꝰ vt faciat capitu
la qđ durãte rixa fuit facta repercuſſio a pꝛimo percuſſio. ſi tamen
percuſſus iſequit percuſſoꝛẽ fugientẽ ⁊ eũ percutiat mitiꝰ punit.
ſ. tãquã culpabilis ⁊ nõ tãquã doloſus: qꝛ difficilimũ eſt iuſtũ tẽpe
rare doloꝛẽ. l. graccꝰ. C. ad. l. iul. de adul. ⁊. l. adulteriũ. §. iperatoꝛ.
ff. de adul. Sed violẽtia circa res poteſt ppulſari de facto. ⁊ dicit
incõtinẽti arbitrio boni viri. ſ. ex equalitate deiiciẽtis ⁊ deiecti ⁊
rei de qua deiectꝰ eſt. Nã dominꝰ de ſuo caſtro deiectꝰ quanq̃ per
multos mẽſes laboꝛet in pꝛeparãdo gentes ⁊ alia neceſſaria pꝛo
pter recuperationẽ dꝛ incõtinẽti. vt not. per glo. ⁊ bar. in. d. l. iij. §.
42 cũ igit ¶ † Sed qd ſi ſpoliaſti me poſſeſſione fundi ⁊ ego cõgrega
ta multitudine armoꝛũ volo ire ad recuperãdũ. amici ſe interpo
nũt ⁊ volũt facere pꝛomittere ⁊ cauere qđ poſſeſſio mihi reſtituet.
ego volo tamẽ vi rehabere ſicut amiſi an poſſum phiberi ne foꝛte
maius malũ inſurgat. ff. de actio. ⁊ obli. l. ſeruꝰ nõ in oĩbꝰ. glo. in
d. l. j. iquit ex quo quis eſt paratꝰ ſatiſdare pꝛo violẽto dicoꝛ amo
do facere ad vindictã. bal. dicit ſi pꝛetẽdo aliqđ dãnũ vel intereſſe
nõ poſſum vetari vti iure meo etiã a iudice. l. ſepe. in fi. ff. de re iud.
ſi autẽ ptendo ſolũ officere: poſſum vetari a iudice. l. eqſſimũ. ff. de
vſufru. pꝛiuatꝰ autẽ pꝛiuato nõ poſſet cũ a lege data ſit mihi manꝰ
iniectio. l. titius. ff. de ſer. expoꝛ. ¶ Itẽ quero cũ nõ debeam expe
ctare me percuti qꝛ nullo remedio tollit illa percuſſio: vt not. in. l.
ſi quis pꝛouocatiõe. C. de appel. l. in bello. §. facte. ff. de capti. An de
beo expectare aliquẽ actũ fieri ab offendente. glo. dicit qđ ſic in. d.
l. j. vt armis inſultari clamoꝛe ⁊ minis terreri. nã oĩa pꝛeuenire non
poſſum qꝛ inceptoꝛ rixe eſt ille qui poteſt impune offendi. d. l. ſi ex
43 plagiis. §. tabernariꝰ. ff. ad. l. aquil. ¶ † An autẽ mine ſint ſufficiẽs
metꝰ glo. tãgit. in. l. metꝰ. ff. ex quib. cau. ma. ⁊. xv. q. vj. c. j. Bar. in
l. metũ. C. eo. dicit qđ ſic: ſi eſt homo qui conſueuit facto qđ verbo
minat exequi: alias nõ: vt ſic ex perſonis dicta penſemꝰ. l. j. C. ſi qs
impe. ma. Bald. dicit qđ verbis cõtra verba eſt reſiſtendum: non
ad manus ⁊ ad ferum veniendum. ad quod facit qđ not. Spec.
in ti. de accuſa. §. v. ver. quid ſi te vacaui latronem. ⁊ hoc niſi mo
ra eſſet piculũ allatura qꝛ foꝛte minatoꝛ ſpectabat ſocios veniẽtes
qbus reſiſtẽtia fieri nõ poſſet qꝛ licet ante tẽpꝰ occurerre. l. j. C. quã
do licet vni. ſine iudice ſe vin. ¶ Dixi tertio qđ moderamẽ ꝯſiſtit
i neceſſitatis ieuitabilitate. nã moderamẽ dꝛ fieri quo ad neceſſita
tẽ. nã neceſſitas facit delictũ pbabile ⁊ excuſabile ꝙ alias nõ eſſet.
ff. de manu. teſt. l. qui potuerã. Ceſſante eñ neceſſitate dicit potiꝰ
offenſio vel vindicta quam defenſio: vt innuit gloſſ. d. l. j. vnde vi.
44 ¶ † Ad pꝛobãdũ autem defenſionẽ nõ ſufficit qđ pbes qđ pꝛimo
fuiſti aggreſſus vnde percuſſiſti aggreſſoꝛẽ ſed debes pbare qđ ali
ter te tueri nõ poteras nec aliter ab alio euadere niſi eum pulſaſ
ſes ſcđm bar. in. d. l. ſciam. §. qui cũ aliter. ¶ Sʒ an pbet teſtis qui
dicit qđ accuſatus fecit ad ſui defenſionem reddendo rationem
quare vidẽ Barto. qui conſuluit qđ ſic in cõſi. qđ incipit quidam
mariolus: qꝛ licet diſcernatur hoc iudicio intellectus tñ viſus eſt
pꝛima cauſa iſtius iudicii qꝛ vidẽdo rixam diſcernit an fecerit ad
ſui defenſionem vel non: facit quod no. Inn. in. c. cum cauſam: de
45 teſti. ¶ † Itẽ in dubio an intelligatur qs percutere ad defenſam.
glo. in. d. §. tabernarius. quod intelligitur ad defenſam ſi facit in
continenti: ſed in. l. j. C. vnde vi. tenet glo. cõtrariũ. nam dicit qđ
pſumitur ex qualitate facti ⁊ pſonarũ. dic ſcđm Bar. in. d. §. taber
narius: qꝛ ſi dũ eſt in actu percutiendi te percutio pꝛius tũc intel
ligitur ad defenſam. ſecus ſi percutio te et incontinenti pꝛiuſq̃
me percuſiſti quia tunc dicitur ad vindictam niſi facerẽ ne itera
to me pcuteres. Si võ nõ appet que percuſſio pceſſit tũc in dubio
pꝛeſumitur culpa eius qui pꝛouocauit. l. j. §. cum arietes. ff. ſi qua
dru. pau. fe. di. Et ibi dicit bal. qđ in dubio inſultatus pꝛeſumitur
feciſſe ad ſuam defenſionem. p quo vide glo. in. c. ſignificaſti. ij. de
homi. ⁊ per Inn. in. c. ſi vero. de ſen. ex. ¶ Si vero cõſtat quod vnꝰ
alterum ⁊ alter alterum offendit nec quicquã eſt pꝛobatum ad de
fenſionem alicuius tunc vterq̃ punietur: quia fundata eſt intẽtio
fiſci ipſo iure. ff. de ſicar. l. ſi in rixa. nec ob. l. ſcia. §. inſtrumenta. ff.
ad. l. aquil. quia ibi dabatur opera rei licite. ⁊ ideo executio ibi fa
cilius recipitur quia dolus nõ pꝛeſumitur ſicut in factis illicitis.
l. illud. ⁊. l. ſeq. ff. de iniur. Et adde quod vbi eſt licita offenſio nõ
eſt licita defenſio: ſed debet equo animo tolerari: vt. d. gloſſ. in. d.
l. vt vim. ⁊ hoc clarꝰ vbi infertur a publica perſona vt iudice vel
executoꝛe ſuum officium iuſte exequente. l. qui reſtituere. ff. de rei
ven. ⁊. l. ſi quis miſſus. ff. ne vis fi. ei. ⁊. l. non videtur. §. iuſſu. ff. de
re. iu. ⁊ ideo captum a familia poteſtatis licite recalcitrantem lʒ
familie in ſubſidium occidere. l. ſi ſeruus. C. de his qui ad ec. con
fu. l. queãd. §. pe. ff. ad. l. aquil. ¶ Item etiam vbi infertur a pꝛiua
ta perſona licite: ideo non licet filio reſiſtere patri coꝛrigenti: nec
ſeruo domino. l. quenquã. §. comminari. ff. de of. pꝛocõ. ⁊ leg. ⁊. C.
de eman. ſer. per totũ niſi eſſet ſeuitia nimia contra officium pie
tatis quia licet eis officium iudicis imploꝛare: vt. j. de his qui
ſunt ſui vel alieni iuris. §. fin. ¶ Sed an bannito qui poteſt impu
ne offendi liceat ſe defendere aduerſus pꝛiuatum offendentem.
videtur quod non quia offendẽs eſt executoꝛ iuſtitie. i. ſtatuti hoc
permittentis: vt not. in. l. accuſationes. C. quod met. cau. Et vide
tur tenere Bartolus in. d. l. vt vim. licet illa non videantur dicta
bar. Sed cõtrarium tenet Bal. in. d. l. j. C. vñ vi. qꝛ ius naturale ne
mo perdit niſi cum egreſſu. anime. Sed defenſio eſt de iure natu
rali. vt in cle. paſtoꝛalis. de re iudi. Item offendens licet faciat li
cite non tamen facit honeſte. imo dicit Inn. quod talia ſtatuta
47 non valent. vt not. in. c. fina. de conſue. ¶ † Itẽ quid in foꝛo poli
ſeu cõſcientie an ſe defendere teneatur. gloſſ. quod ſic in. d. lege vt
vim. Sed Bal. dicit in dicta lege. j. qđ cum defenſio ſit de iure na
turali. i. ſecundũ dic tamẽ rõnis: ⁊ oꝛdinationẽ charitatis ſi eſt mẽ
ſura in animo ⁊ in facto eſt omni foꝛo permiſſa defenſio. vt dicta
lege vt vim. qꝛ cum culpa abſit nil dignum vindicta videri poteſt
l. miles. §. pe. ff. de adul. xxvj. diſt. c. deinde. ad fi.

**Conſtat autem.** ¶ Hic ponitur alia diuiſio: qꝛ
quoddã eſt ius ſcriptũ quoddã
non ſcriptũ. de iure vero nõ ſcripto tractat. j. §. ex nõ ſcripto. Ius
ſcriptũ cõſiſtit in ſex partibꝰ hic nominatis: que ſunt lex: plebiſci
ta: ſenatuſcõſulta: pꝛincipũ placita: magiſtratuũ edita: reſponſa
48 pꝛudentum. ¶ † Flo. in. §. lex pꝛacticã condẽdi leges: ſed eius diffi
nitionem tangit hic glo. qꝛ lex eſt ſanctio ſancta pꝛecipiẽs honeſta
⁊ pꝛohibens cõtraria. vel: lex eſt regula iuſtoꝛũ ⁊ iniuſtoꝛum ⁊ eo
rum que ciuilia ſunt pꝛeceptrix faciẽdoꝛũ. ⁊ pꝛohibitrix non faciẽ
doꝛum. ff. de le. l. ij. ¶ Scđo no. in. §. plebs. differentiã inter popu
49 lum ⁊ plebẽ: populus eſt genus ⁊ plebs eſt ſpecies. † Et eſt genus
qđ pꝛedicatur de pluribus differentibus ſpecie: vt animal qđ pꝛe
dicatur de pluribus. ſ. de animali rationali ⁊ irrationali. Et ſpe
cies que pꝛedicat de pluribus differentibus numero. vt homo qui
pꝛedicatur de Joãne ⁊ de Martino: vt dicit glo. in ver. genere. ⁊
a genere ad ſpeciem affirmatiue non eſt bona conſequentia vt eſt
animal ergo eſt homo. non ſequitur qꝛ ad poſitionem generis nõ
ſequitur poſitio ſpeciei: ſed bene econuerſo. l. ij. §. doli. ff. vi bo. ra
pto. ⁊ ibi per Bar. ⁊ per eum etiã in. l. iuregen. §. ſi fraudãdi. ff. de
pac. ſed bene negatiue arguit a genere ad ſpeciem eſt bona conſe
quẽtia vt nõ eſt animal ergo nõ eſt homo: qꝛ a quo remouet genꝰ
⁊ q̃libet eius ſpecies glo. in. l. ſi cã cognita. C. de trãſac. ecõtra aũt
ad poſitionẽ ſpeciei ſequit poſitio generis: ⁊ ſpeciei ad ſuũ genus
affirmatiue eſt bona cõſequẽtia: vt homo eſt igit animal eſt: qꝛ ge
nus repſentat in qualibet ſua ſpecie. Sʒ ad remotionẽ ſpeciei nõ
ſequit remotio generis ⁊ a ſpecie ad ſuũ genꝰ negatiue nõ eſt bõa
cõſequẽtia. l. duobus. §. ſi qs iurauerit. ff. de iureiur. ⁊ ibi per bar.
ex pdictis pʒ qđ ille qui nõ admittit ad ſuccedẽdũ vt cognatꝰ nõ
admittit vt ꝯſanguineus ſumẽdo cognationẽ put eſt genꝰ. vt no.
in. l. j. in fi. ff. de ſuis ⁊ legi. Itẽ dicit qđ cognatio ſpecierũ als gene
ris debet pcedere cognationẽ ſpẽi. l. j. in pꝛin. ff. de iuſti. ⁊ iur. Te
ſtis igit qui neſcit quid ſit mutuũ in gñe nõ põt deponere de mu
tuo in ſpecie de quo per bar. in. l. j. ff. ſi cer. pe. Et alio mõ ſumit ge
nus ⁊ ſpecies aliqñ in iure ciuili quã apđ dialeticos qꝛ qđ ibi vo
cãt ſpeciẽ nos vocamus ſepe indiuidua. vt no. in. l. legato gñaliter
ff. de le. j. ⁊ eſt gl. in. l. j. ff. ſi cer. pe. ⁊ dixi. s. ti. pcedẽti i. §. huiꝰ ſtudii.
50 ¶ † Et adde qđ id operatur genus quo ad genus qđ ſpecies quo
ad ſpeciẽ ⁊ quo ad cõcluſionẽ vel excluſionẽ. l. ſi duo. in fi. cũ ꝯcoꝛ.
in glo. alle. ff. de admi. tu. lʒ non quo ad durationem. l. quoties. §.
fi. ff. de vſufructu. Quãdoq̃ tñ qđ ſpecialr declarat validius ope
ratur quã qđ genere pdicat. l. ſed ⁊ ſi qs. §. queſitũ. ff. ſi qs cau. ⁊. l
libertus.

libertus.C.de ſeruo pig.da.ma.⁊ ibi ꝑ Bar.¶No.iij.in.§.ſena‑
tus.qđ difficile erat populũ in vnũ congregare ad condendũ legẽ
⁊ ideo trãſlata fuit poteſtas in ſenatũ.Et qꝛ inter eos erat adhuc
diſſenſio ac etiã qꝛ reſpublica melius gubernabatur per vnũ quã
per plures:qꝛ ſegnius expediũt negotia cõmiſſa plures.ideo fuit
tranſlatũ imperiũ in principẽ remanet tñ priuãdi poteſtas ⁊ exi‑
gendi ⁊ legẽ cõdẽdi ⁊ tenet glo.hic in verbo cõceſſit in.§.ſꝫ qđ pn‑
51 cipi.†Sic nõ poterit hodie populus romanꝰ ꝯdere legẽ cũ electio
ꝑtineat ad duces ⁊ archiepõs alamanie ⁊ ꝓuatio ad papã nõ po‑
terit hodie populus romanꝰ cõdere legẽ.⁊ ita intelligit Bar.in.l.
fi.C.de legi.ex tex.tñ iſto ibi ſenatũ vite populi.et.l.ij.§.exactis.ff.
de ori.iur.ſumpta eſt practica ⁊ cõis cõſuetudo eligẽdi plures ho‑
mines qui ſint de cõſilio ⁊ habeãt eandẽ autoritatẽ quã habet to‑
tus populus in ſtatutis ⁊ reformationibꝰ cõdẽdis ⁊ alijs oppor‑
tunis vt vult glo.ſuꝑ rub.C.que ſit lon.cõſue.Et iſti cõſiliarij ho‑
die ſunt loco decurionũ qui erãt obiici.vt dicit glo.ſuꝑ rub.de de‑
cu.lib.xj.⁊ debẽt vocari voce tube p̃conis vel cãpane.vt no.in glo.
l.illũ.§.refert.ff.de reg.iur.ad palatiũ vel aliũ locũ cõſuetũ.l.ij.C.
de decu.⁊.l.ſi quid.C.de lega.lib.x.Et debẽt adeſſe due partes ad
minus alias nõ valeret quod fieret.l.nominationum.C.de decu.
lib.x.Et no.glo.in.l.nulli.ff.qđ cuiuſqꝫ vniuer.⁊ eis coadunatis
debet interrogare cõſiliũ quid eis placet.vt hic.⁊.§.lex eſt.⁊.§.ple
biſcitum.Et poſſunt cõſiliarij rñdere ſua voluntate ſine verbis li‑
cet cũ ſignis: puta ſedendo vel ſurgendo vel cũ fabis ſm̃ qđ dictũ
fuit in practica arg.l.ſeruo inuito.§.ſi pupillo.ibi vel interrogati
nutu poſſint ſignificare.ff.ad trebel.⁊ tunc quod placuerit maio‑
ri parti erit firmum.l.quod maior.ff.ad municip.Et no.d.l.nulli
preallegata nec poſſunt cõſiliarij reſpondere ſimul coadunati de
volũtate ſua ſeparatiꝫ per nunciũ vel per ſchedulã.ſꝫ oportet eos
ſimul coadunari.vt in.c.in geneſi.extra de elec.et predicta forma
eſt ſolennitas ⁊ ordo cõdendi ſtatutum que requirit̃ quando po‑
pulus vult facere ſtatuta.Si autem imperator vel alius dñs tpa‑
lis habẽs iuriſditionẽ vult facere ſtatuta humanum eſt qđ faciat
cum cõſilio procerũ ⁊ ſapientum.l.humanum.C.de le.Sed ſi non
vult eos cõuocare habet ꝓprio motu faceret ſubditis diuulgare.
52 l.iij.C.de legi.de quo dic per bar.in.d.l.omnes populi ⁊c.¶†De
papa ſunt opiniones qꝛ quidã dicũt qđ papa ſtatuẽdo in arduis
negotijs tenetur vocare ⁊ ꝯſulere cardinales.ita tenet Jo.mo.in
c.ſuper eo.de here.libr.vj.vbi refert multa ardua retractata fuiſſe
qꝛ fuerunt facta a papa ſine eorũ conſilijs.Sed archidiaconus te‑
net contrariũ de offi.ordi.c.quãuis.lib.vj.¶Sed an quãdo alia
pars ciuitatis expellat aliam de ciuitate poſſit remanens ſtatuta
cõdere in preiudiciũ excluſe partis.dic qđ ſic ſi illi de conſi.rema‑
nent in ciuitate.l.ij.⁊c.ibi receſſerunt iura que.s̃.⁊c.ff.de orig.iur.
vel etiã ſi ſint expulſi ex iuſta cauſa de ciuitate alias remanẽtes nõ
poſſent ſtatuere in preiudicium expulſorũ nunc ex ſua iniquitate
lucrantur.l.itaqꝫ fullo.ff.de fur.

**Sed quod principi.** Poſtquã imperium fuit
tranſlatũ in principem li‑
citum fuit imperatori cõdere leges ⁊ cõſtitutiones gñales.ipſius
enim cõſtitutio epiſtola ſeruat̃ pro lege.hoc dicit.vſqꝫ ad.§.preto‑
53 rum quoqꝫ.cõcordat.l.j.ff.de legi.¶†No.hic in verbo ſed qđcũqꝫ
cum glo.in verbo cõſtat qđ quatuor ſignis cognoſcitur an epiſto‑
la imperatoris ſit facta vt obſeruetur pro lege generali.Primo
ſi dicatur in ea hac edictali lege.Secundo ſi dicatur hac lege gene
rali.Tertio ſi ſit miſſa ad ſenatum.Quarto ſi mandatur qđ in ca
ſibus ſimilibus debeat obſeruari.l.leges vt generales.C.de legi‑
54 bus.¶†Item no.in verbo plane quod priuilegiũ perſonale per‑
ſona non egreditur ſed extinguit̃ cum perſona vt hic ⁊ in.l.j.ff.de
conſti.prin.⁊.l.priuilegia.ff.de reg.iur.⁊ etiã per Dy.in.c.priuile‑
gium.de reg.iur.⁊ etiã per Bart.in.d.l.j.ff.de conſti.prin.⁊.l.gal‑
lus.§.nunc de lege.ff.de libe.et poſthu.¶Fallit primo ſi priuile‑
gium eſt cõceſſum ꝓpter naturalẽ rationem vt in beneficio reſtitu
tionis minori cõceſſo ꝓpter leſionem qđ trãſit ad heredes.l.inter
dum.ff.de mino.⁊.l.ea que.C.de temp.in integ.reſti.Secũdo fal‑
lit in beneficio cõceſſo marito ne exigatur niſi inquãtũ facere põt
qđ trãſit ad heredẽ ⁊ filium cõem.l.etiã.ff.ſolu.mat.Tertio fallit
in priuilegio p̃lationis dotis cõceſſo matri qđ etiã trãſit ad here‑
dem.i.filium mulieris eiuſdem matrimonij.l.aſſiduis.§.exceptis
C.qui po.in pigno.ha.Quarto ſi de heredibus in plarali facta eſt
mentio qꝛ tunc tranſit ad heredes in.l.ſciendũ.ff.de ver.ſig.ſecus
ſi de herede in ſingulari qꝛ tunc non tranſit niſi ad ſolũ heredem
l.antiquitas.C.de vſufruc.Quinto fallit ſi priuilegium concedit̃
ciuitati vel loco qꝛ ſemper eſt idẽ locus licet perſone renouentur.l.
proponebat̃.ff.de iudi.Sexto ſi conceditur poſteris qꝛ tunc trãſit
ad ſucceſſorem non tamen ex feminis.l.j.in fin.ff.de iure immuni.
a Septimo [a] ſi priuilegium conceditur rei qꝛ ad quemcũqꝫ tranſit
res tranſit ⁊ priuilegium.l.iij.in fin.ff.de cenſi.Et nota.in.l.ſordi‑
dorum.C.de excu.mu.libr.x.¶Et adde quod nemo preſumitur
55 priuilegiatus niſi probet de priuilegio.¶†Item qđ priuilegium
cõceſſum ꝓpter paupertatẽ extinguit̃ auctis facultatibus.l.nõ tã
tum.§.eos.ff.de excu.tut.⁊.l.cura.§.deficientes.ff.de mune.et ho.

¶No.in verbo plane.ibi:ob meritũ.cũ gloſ.qđ eſt iuſta cauſa mi‑
nuendi vel remittẽdi penã aliquã ꝓpter multa ſeruitia que cõtu‑
lit principi ⁊ reipublice ⁊ econuerſo eſt iuſta cauſa augmentandi
penam alicui vt multis graſſantibus locus ſit exemplo vt hic et
l.aut facta.§.fina.ff.de penis.

**Pretorium.** Licitũ eſt pretoribꝰ cõdere iura que edi‑
cta vocantur inter quos ediles curules
56 numerãtur.h.d.¶†No.igitur qđ ius pretoriũ ſiue honorarium
eſt illud qđ introduxerunt pretores adiuuandi vel corrigendi iu
ris ciuilis vel ſupplẽdi gratia.l.ius autẽ.§.pretoriũ.ff.de iuſti.et
iur.¶Itẽ no.in eo.§.qđ edicta ediliũ curuliũ ⁊ magiſtratuũ qui
p̃erant vẽditionibus ⁊ ꝑmutationibus animaliũ morboſorũ vi‑
tioſorum.ff.de edil.edic.l.j.ſunt pars iuris ciuilis ⁊ iſti ediles in‑
troduxerunt actionẽ redhibitoriã que datur ſex mẽſibus et quã‑
57 tominoris que dat̃ anno.ff.de edil.edic.l.ſtichũ.¶†Qui autẽ ho
die ſunt pretores.dic qđ ſunt preſides prouinciarũ:defenſores ci‑
uitatũ vt ſunt poteſtates vicarij vt etiã ſunt priores ſeu anciani.
Itẽ ſunt epi:⁊ quãto tp̃e preſcribat̃ actionibus ⁊ accuſationibus
inductis ab eis.vide Bar.in.l.v.ff.de verbo.obli.⁊.l.j.ff.de bono.
poſ.⁊ delatio hereditatis ꝑ eas inducta debet adiri.j.centũ dies
vtiles ſicut in delata a p̃tore:vt.l.ij.C.qui admit.ad bo.poſ.¶Itẽ
no.in.§.reſpõſa.qđ interpretationes ⁊ leges iuriſconſultorũ qui‑
bus erat cõceſſum ſeu cõmiſſum leges condere ⁊ interpretari ha‑
bent tantã firmitatẽ qđ iudici nõ licet ab eis diſcedere in iudicã‑
58 do adeo qđ † ſentẽtia lata cõtra ius legis vel cõſuetudinis vel ſta‑
tuti eſt ipſo iure nulla abſqꝫ appellatione.l.j.§.contrariũ ſciẽs.ff.
que ſen.ſine ap.reſcin.ſecus ſi ſnĩa ferat̃ cõtra reformationẽ nõ aſ
ſignatam iudici in volumine ſtatutorũ:qꝛ tũc ſentẽtia tenet cũ iu
dex diuinare nõ potuerit vt tenet Bar.in.l.cũ prolatis.ff.de re iu
di.¶Sed an hodie iuris prudentes poſſunt legẽ interpretari vt
ſunt doctores vt ab eorũ interpretatione recedere non liceat.Et
glo.videt̃ velle qđ ſic in.l.nõ puto.ff.de iure fiſci.Sed dic cõtrariũ
per hũc tex.qui dicit hoc antiquitus fuiſſe ita qđ nõ hodie.nã do
ctoris ſeu magiſtri ſnĩa ſolũ probabilis eſt nõ neceſſaria vt tenet
glo.in.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.⁊ clarius.C.de legi.in.l.j.
¶Quid igitur illa verba in doctoratu collata operantur do tibi
licentiam docendi legendi ⁊ has ſacratiſſimas leges interpretan
di.que verba ſumpta ſunt ex.l.j.C.de profeſ.⁊ med.lib.xij.Reſpõ‑
deo operantur vt poſſint publice predicta facere:quod alias nõ
licet eis.l.j.C.de ſtudi.liber.lib.xj.¶Ulti.no.glo.in ver.ſententie
⁊ aer.opiniones differẽtia inter ſententiã ⁊ opinionẽ qꝛ ſententia
eſt firma ⁊ indubitabilis.Sed opi.eſt cum dubitatione ratioci‑
59 natio.†Adde qđ inter plures opiniones illa eſt tenenda que me‑
liori ⁊ ſubtiliori nititur ratione vt not.glo.in.l.qui filium.§.ſabi‑
nus.ff.ad trebel.in.c.capellanus.de ferijs.⁊ per Barto.in.l.bona
fide.ff.depoſiti.Item adde quod propter varietatem opinionuꝫ
quis abſoluitur ab expenſis ſcđm Jo.an.in addi.ſpec.in ti.de ex‑
penſis.§.nũc videndũ.item iuris peritus debet mutare opinio‑
nem ſuã quãdo expedit.xxiij.q.vj.c.vides.in glo.⁊ imperitia p̃ſu‑
mit̃ in eo qui tenet nouas ⁊ inſolitas opiniones ſcđm Bart.in.l.
ij.C.de pena iudi.qui male iudi.⁊ alle.glo.l.iij.ff.de ſenato.

**Ex non ſcripto.** Hec eſt ſcđa pars ſeu ſcđm mem‑
brum diuiſionis facte.s̃.eo.§.con
ſtat.in qua tractat de iure non ſcripto.i.de iure cõſuetudinario.⁊
hoc intẽdit.cõſuetudo vſu vtentiũ cõprobata pro lege ſeruat̃.Et
ius ſcriptũ habuit ortũ a ciuitate athenienſium.ius autẽ conſue‑
tudinariũ a ciuitate lacedemoniorũ.h.d.⁊c.patet hic qđ tam ius
ſcriptũ quã cõſuetudinariũ habet ortũ a grecis a quibus habue‑
runt.x.tabulas ⁊ due addite fuerũt vt hic glo.in ver.inſtitutis.et
l.ij.§.exactis de ori.iur.⁊ vide in glo.Et qꝛ hic ꝯſueuit tractari de
60 materia cõſuetudinis quero p̃mo qđ ſit cõſuetudo.†Rñ.qđ cõſue
tudo eſt ius nõ ſcriptũ moribus populi vel maioris partis eiuſdẽ
ratione initiatũ cõtinuatũ ⁊ approbatũ habẽs vim legis vt colli
61 gitur hic.vt.l.de quibꝰ.ff.de legi.† Quero ſecũdo quot ſunt neceſ‑
ſaria ad ꝯſuetudinẽ inducendã.Reſpõdeo quinqꝫ qđ ex predicta
diffinitione patet primo ꝙ ſit ius nõ ſcriptũ vt hic:qꝛ ſi eſſet ſcri‑
ptum diceret̃ ſtatutũ niſi eſſet ſtatutũ ad memoriã vt ibi vt meliꝰ
poſſit teneri mẽti vt ſunt cõſuetudines feudorũ ⁊ no.glo.in prin.
in.d.l.de quibꝰ.¶Scđo qđ moribꝰ vtẽtiũ vel populi a tacito cõ‑
ſenſu eoꝝ ſit introducta vt hic vel maioris ꝑtis eoꝝ ar.l.ſi qs a fi‑
lio.ff.de legi.l.qđ maior.ff.ad muni.⁊ inducit̃ iſte tacitus cõſenſus
ex moribus populi vel maioris partis quia continue ſic eſt popu‑
lo vel maiore parte populi ſciente ſine cõtradictione obſeruatum
vel ſi eſt cõtradictũ eſt obtentũ in cõtradictorio iudicio cõuocato
conſilio populi per tubã vel campanam.dicit glo.in.l.de quibus
in.§.inueterata.ff.de legi.⁊.l.aliud.§.refert.ff.de regulis iuris.et
l.diuturna.ff.de legi.Tertio quod ſit ratione initiatum:qꝛ ſi per
errorẽ non tenet.l.qđ non recte.ff.de legi.Quarto qđ ſit ꝯtinuata
per diuturnitatẽ temporis ⁊ non interrupta per.x.annos.Nam
per ſpacium.x.annorum inducitur conſuetudo ſm̃ veram opinio
nem appoſitam hic in glo.⁊.d.l.de quibus.§.inueterata.Quinto
frequentia actuũ.C.que ſit longa conſuetudo.l.j.⁊.l.an in totum.

a ¶Septimo hec.vij.fallẽtia ⁊ quinta nõ proprie hic adaptãtur loq̄tur enĩ hic ĩperator de priuilegio perſonali ⁊ hec ſunt priuilegia realia.

C.de ediſi.priua. Vñ legitimus actus reqrit̃ ad cõſuetudinẽ indu
cendã ſm glo. hic notabilẽ poſitam qđ intellige niſi iſti actus ſint
adeo notorij toti populo qđ cõprehẽdat̃ tacitus cõſenſus populi.
d.l. de quibus.§.inueterata. ¶Sed ſi actus eſt adeo notorius qđ
ꝑ eũ appareat expreſſe de tacito cõſenſu populi tunc ſufficeret vni
cus actus qꝛ illa que fiũt notorie palã dicũtur fieri.l.palã.ff.de ri
tu nup. ¶An aũt ad inducẽdũ cõſuetudinẽ requirit̃ actus iudi
cialis: dic qđ nõ niſi eſſet cõtradictũ ſꝫ ſufficiũt actus extraiudicia
62 les vt hic.dum dicit diuturni mores. ¶†Tertio quero qualr̃ con
ſuetudo in iudiciũ deducat̃. Rñ. tripliciter per viã actiõis.ſ. actio
nis ex contractu formalr̃ facto ſm conſuetudinẽ vt in eo qui emit
equũ cum quo eſt conſuetũ dare ſellã nã aget ad ſellã ex empto pro
pter ꝯſuetudinẽ lꝫ ẽt de iure teneat̃ dare emptori frenũ ⁊ ſellã qui
bus equus tp̃e venditionis erat ornatus.l.ediles.in prin.ff.de edi.
edic. ⁊ per gl. vel cõdictiõe ex ꝯſuetudine ſi informiter vt in eo qui
vult fodere terram in agro aliene in quo eſt conſuetudo fodiendi
vel vult ex cõſuetudine petere preciũ terre foſſe aſportate.§.ſi con
ſtat.ff.cõia predio. ⁊ hoc ſi agat̃ ciuilr̃. Si aũt criminalr̃ ex ꝯſuetu
dine nõ cõpeteret actio: ſꝫ accuſatio. vt not.in.l.iij.ff.de ſepul. vio.
¶Itẽ per modũ exceptionis excipiendo de crimine de cõſuetudi
ne cõtraria eius qđ petit̃.ar.l.paciſci.ff.de pac. ¶Itẽ per implora
tionẽ officij iudicis vt ſi petã per officium iudicis me reſtitui licet
ſim maior qꝛ ſic eſt cõſuetudo qđ maior reſtituat̃.ar.l.qđ ſi minori
63 §.fi.de mino. ¶†Quarto quiro[a] qualiter ꝓbet̃ cõſuetudo dic qđ
a dꝫ ꝓbari plene cũ ſit quid facti ⁊ per ꝯñs poſſit eſſe certũ ⁊ nõ du
bium.l.j.ff.de iur. ⁊ facti ignor. nec obeſt qđ ius non probetur: nec
admittuntur poſitiones iuris: vt not.in.l.ij.quod obſeruari.C.de
iuramento calũ. ⁊ conſuetudo eſt ius vt hic ergo non probatur qꝛ
illud eſt verum in iure ſcripto ⁊ leges generales ab omnibus ſciri
debẽt.l.leges.C.de legi. ſecus in iure non ſcripto ſecundum barto.
in.d.l.de quibus. ¶Et põt ꝓbari ꝑ teſtes ⁊ inſtrumenta actorũ
in quibus inueniantur due ſententie.ſ. decem annos late vel vna
cõtra negantẽ iuriſditiõnẽ in contradictorio iudicio obtenta. Et
reiectio querimoniarum probabitur per teſtes: vt in gloſſ. hic ⁊ in
d.lege de quibus.§.inueterata. ¶Et ſufficit in libello aſſerere con
ſuetudinem ſic eſſe ⁊ poſtea in articulis ⁊ capitulis reduci debent
ea que ſunt neceſſaria ad ſubſtantiam cõſtitutionis vꝫ quod a de
cem annis citra fuit obtentum ⁊ conſuetum per maiorem partẽ
populi ſic fieri vel qđ fuit in contradictorio iudicio populi ſic ob
tentum ⁊ iudicatum ⁊c. Omiſſis alijs tanquã a iure preſumptis
ſ. taciturnitate ſcientia ⁊ voce populi. ¶Et ecõtra volens impro
64 bare cõſuetudinem dꝫ articulare ⁊ de oppoſito ꝓbare. ¶†Quin
to quero an conſuetudo tollat legem ⁊ econtra. dic vt hic in gloſſ.
⁊ dixi latius in proemio in.§.igitur. ¶Item an differat conſue
tudo ab vſu ⁊ moribus: dic quod vſus ⁊ mores ſonãt factũ ex quo
deſcendit conſuetudo.i.ius non ſcriptum ſecundum bartol.in.d.
l.de quibus. ¶Item ſi formaui libellum ſuper conſuetudine ⁊ in
veritate erat ſtatutum dic quod propter ineptam propoſitionem
reus dꝫ abſolui ſicut ꝓpter ineptam actionẽ propoſitam.l.j.§.pe.
65 ff.ſi mẽſ.fal.mo.dix. ⁊ lege bebius marcellus.ff.de pac. dot. ¶†Itẽ
an conſuetudo liget minorem dic quod ſic lege tutorem.§.lucius.
ff.de admi.tu. ⁊ ibi per bal. item an contraria conſuetudo ſequens
66 tollat precedentem. dic qđ ſic.in.§.proxi.in ver. ea vero. ¶†Adde
infraſcriptas concluſiones prima quod vbi deficit lex vel quia nõ
eſt lata: vel ẽt conſuetudine abrogata: tunc ſeruatur conſuetudo ⁊
dictum ſimile conſuetudinis ⁊ dictum conſuetudinis vrbis rome
vt probatur in.l.de quibus.ver. ⁊ ſi qua.ff.de legi. ſicut deficiente
aliquo caſu in iure municipali recurrit̃ ad ſimile ⁊ caſu quo inſti
tutione procedi dꝫ de ſi. ad ſimilia qđ qñ ſic dicit̃ ꝑ barto. in.l.oẽs
populi.de iuſti. ⁊ iur. ⁊ deficiẽte ſimili recurritur ad ius commune
romanoꝝ ⁊ deficientibus omnibus recurritur ad principem vt tꝫ
Barto.in.l.cum de nouo.ff.de legi. licet gloſſ. ibi aliter teneat. ⁊ ex
his pꝫ qđ ſicut in iure communi ſcripto ꝓceditur de ſimilibus ad
ſimilia.l.non pñt.ff.de legi. ita in conſuetudinarios recurritur ad
ſimilem cõſuetudinem quaſi ad ſimilem legem.l. de quibus. ver.
ſi qua. ⁊ no. gloſ.in.l.j.C.que ſit lon.conſue. quod eſt verum vbi lex
nõ eſt omnino lata. ſꝫ vbi lex eſt in pluribus ſimi. caſibus lata eſt in
vno caſu per conſuetudinem abrogata tunc ſimili modo nõ exten
dit̃ ad alterius caſus correctionẽ: quia legum correctio eſt euitan
da.l.precipimus.in fin.C.de ap. nec ob. lex fin.C.de iudi. vbi corre
ctio in vno trahitur ad aliud ſimile: quia illud eſt verum in corre
latiuis vt eſt vir ⁊ vxor in quibus vnius mutatio inducit alterius
mutationem vt ibi ⁊ lege fin.ff.de accep. ſecundum bald. vide.l.de
quibus. fit igitur extenſio conſuetudinis de re ad rẽ vt de vino ad
aquaticũ qđ magis tendit ad vinum. ⁊ de perſona ad perſonam
vt ſi eſt conſuetudo quod monachus nõ ſuccedat in feu. idem ſit in
eo qui eſt aliter debilitatus. ⁊ conſuetudo in monacho obtinet in
canonicum regularem: vt no.in.d.lege.j.C.que ſit lon. conſue. iſta
tamen extenſio non fieret in penis vt in regula iur. odia.lib.vj. niſi
hoc eueniret de mente legis: vt in glo.ſing.in.c.poſtquam.de elec.
li.vj. nec etiam fieret in reſcriptione no. Innocen.in.c. dilecto de
offi.archi.in ver. ſuper verbo ex premiſſis. Et eſt rõ qꝛ in conſuetu

a ¶Quarto q̃ro. de hoc q̃liter ꝓbetur ꝯſuetudo vide late ꝑ Cy. ⁊ ſalyc. ĩ.l.ij.C.q̃ ſit long. cõſue. ⁊ per Abb.ĩ.c.vlt. extra de conſue. vbi abb. vr̃ tenere qđ duo ſufficiũt ad ĩducẽdã ꝯſuetudinẽ ſcꝫ qđ ſit rõnabilis ⁊ qđ ſit p̃ſcripta. ſꝫ docto. iuriſciuil̃ plura requirãt.

b ¶Ad penã de hoc vide per bar.in.l. diuus. ff. de cuſto. reorũ.

dine cõſiderat̃ eqtas ſꝫ i p̃ſcriptiõe vertit̃ rigor ⁊ odiũ.ar.l.cũ qui
dã.de lib. ⁊ poſthu. ⁊ qđ not.gl.ſing.in.l.ſi quis vxo.§.pe.ff.de fur.
67 ¶†Scda cõcluſio eſt ſinglr̃ attendenda in hac materia cõſuetudi
nis qđ vniuerſitas que non põt ſtatuere non põt cõſuetudinẽ in
ducere reprobat̃ in.d.l.de quibus. in ver. naꝫ cum ipſe. Differt enĩ
lex ſtatutũ ⁊ ꝯſuetudo tanquã tacitũ ⁊ expreſſum. ⁊ ſic qui nõ põt
in expreſſo nec ẽt in tacito cũ vtrobiqꝫ requirat̃ per potentia cauſe
efficiẽtis. Et ideo ſi eſt ſtatutũ qđ ſyndici villaꝝ teneant̃ denũciare
maleficia ⁊ quedã villa ꝑ centũ annos habuit cõſuetudinẽ non de
nũciãdi tñ iſta cõſuetudo nõ eſt tp̃is diuturnitate roborata: cũ de
hoc nõ habuit ptãtẽ ſtatuẽdi niſi iſta cõſuetudo eſſet exp̃ſſe confir
68 mata ꝑ ſuperiorẽ.l.fi.C.de teſta. ¶†Tertia ꝯcluſio eſt qđ vbi ꝯſue
tudo eſt autoritate legis ſuperioris ꝓhibita qđ eſt vbicũqꝫ impera
tor ꝓhibet cõſuetudinẽ.C.de fur.aut̃.oẽs peregrini.C.cõmunia de
ſuc. ⁊c. de alijs nõ valet cõſuetudo qꝛ minor autoritas nõ tollit ma
iorẽ.l.nã magiſtratus.ff.de arbi. ⁊.c.cũ inferior. de maiori. ⁊ obe.
ſecus ſi fit ꝯtra ius diſpoſitũ a lege nõ cõtra autoritatẽ legis vt cũ
ius cõe diſponat qđ mulier ſuccedat põt diſpõere cõtrariũ. ¶Itẽ
ius cõe dicit qđ qs nõ põt alteri ſtipulari: cõſuetudo in oppoſitũ
diſponẽs ſeruabit̃ ⁊ ſic aliud eſt eſſe cõtra legẽ aliud p̃ter legẽ.l.ſti
pulatio iſta.§.alteri.ff.de ver.ob. ⁊ ideo dicit glo.no.ar. qꝛ ſic vſita
tum eſt. ¶Item licet nudũ pactum non producat actionẽ de iure
l.iuriſgentium.§.ſed tamen nulla.ff.de pac. põt tñ per conſuetudi
nem producere actionẽ: ſicut poſſeſ. mediante legis auxilio. vt.l.le
69 gitima.ff.de pac. ⁊ ſicut ꝓduxit ex eqtate vt ĩ.c.j.de pac. ¶†Quar
ta concluſio eſt quod conſuetudo dicitur quedam conuentio taci
ta ſiue pactum.l.ſed ea.ff.de legi. ⁊ ideo procedit regula affirma
tiue prolata qđ qđ fieri põt pacto ⁊ cõſuetudo.l.impoſſibile.ff.de
pac. ⁊ de re iud.l.non ex pretorio. ⁊.l.neqꝫ.§.priuatoris.eod.titu.C.
de decu.libr.x.in rub. Et ideo valet conſuetudo ⁊ ſtatutum quod
pater teneatur ſoluere pecuniariam penam pro filio licet non cor
poralem vt.xxiij.q.vj.c.cum homo. vbi eſt glo. qđ fideiuſſor nõ põt
b ſe obligare ad penam [b] corporalem pro alio principali. ſed non pro
cedit negatiue vt quod non põt fieri pacto nec conſuetudine nam
per pactum non poteſt renunciari macedoniano vt no.in.l.tam ⁊
ſi.ff.ad macedo. ſtatutũ tamẽ ⁊ cõſuetudo in contrarium vꝫ. Item
per pactum non põt inſtantia triẽnij ꝓrogari in.l.properandũ.C.
de iudi. ⁊ ibi no. nec renunciari ordini iudiciorum.l.ij.in fi.C.de cõ
ſti.pecu. ⁊ tñ per conſuetudinẽ põt. itẽ ꝑ pactũ nõ põt dari iuriſdi
tio.l.priuatorũ.C.de iuriſ.om.iud. ſꝫ ꝑ cõſuetudinẽ ſic omni priua
te perſone ⁊ ẽt mulieri.C.de ar.l.fi.in gl. ⁊.l.viros.C.de diuer.offic.
lib.xij. ¶Itẽ nõ vꝫ pactũ de futura ſucceſſione.lege fi.C.de pac. ſed
ꝯſuetudo ſic de quo ꝑ bar.ĩ.l.j.C.de ſum.tri.ĩ.j.q.principali.verbo
tertio quero quid in teſtamento. Itẽ pactũ nõ preiudicat pupillis
⁊ furioſis ſed ꝯſuetudo ſic.l.ſi ſine herede.§.luci⁹.ff. de admi.tu. ⁊
not.gloſſ.in.l.ij.C.que ſit lon.conſue. niſi in his que procedunt ex
animo quia tunc etiam cum furioſis infelicitate fati ⁊ in feminis
imbellicitate conſilij excuſatur.l.diuus. de offi.preſi. ⁊.l.infans.ff.
de ſica. ſm Bal.in.d.l.de quibus. ſed Bar. dicit qđ non poteſt fie
ri per pactũ ratio eſt qꝛ eſt contra bonos mores nec poteſt fieri ꝑ
ſtatutũ vel conſuetudinẽ. ſi aũt non põt fieri per pactũ ex eo qꝛ eſt
cõtra publicã vtilitatẽ tunc bene põt fieri per ſtatutum vel conſue
tudinẽ de quo per eum in.d.l. omnes populi.in.iij.q.principali in
70 verſu iuxta predicta querit̃. ¶†Quinta cõcluſio eſt quod ad hoc
vt valeat conſuetudo dꝫ eſſe rõnabilis: vt in.c.fi.de ꝯſue. ⁊ dicit̃ rõ
nabilis que nõ obuiat canonicis inſtitutis ⁊ irrationabilis que a
iure improbat̃. vt ibi per glo. ⁊ Inno. nec dꝫ eſſe cõtra ius nec con
tra gñale ſtatutũ eccleſie nec ẽt dꝫ eſſe talis que occaſionem malefa
ciendi inducat nec cõtra bonos mores nec q̃ grauamẽ inducat. de
quib⁹ omnibus cũ iurium allegatione vide Innoc.in rub.de con
71 ſuetudine. ¶†Itẽ conſuetudo dꝫ eſſe bona.ſ.continens bonũ ho
neſtũ ſicut dꝫ eſſe lex ⁊ ſtatutũ.ſ.inſtrumẽta.§.j.ff.de iuſti. ⁊ iur. ⁊
ĩ.ti.j.§.iuris precepta. ⁊.iiij.di.c.erit aũt.l.honeſta poſſibilis ſm
naturã ⁊ cõſuetudinem patrie ⁊ loco temporiqꝫ conueniens iuſta
vtilis neceſſaria. manifeſta quoqꝫ ne aliqđ per obſeruationẽ in ca
ptione contineat: nullo priuato commodo ſed pro cõi ciuium vti
72 litate ſcripta. †eſt igitur honeſta conſuetudo non eundi de nocte.
qꝛ male agens odit lucẽ. vt in.c.conſuluit.§.ne vero.extra de offi.
dele. ⁊ no.in.l.j.§.tria luminaria.ff.de ventre inſpi. ⁊ ſimiliter il
la que continet bonum cõe ⁊ vtile reipublice.C.de primipilo.l.vti
litas.lib.xij. ⁊.l.j.ff.ſol.ma. ⁊.l.hoc modo.ff.de condi. ⁊ demon. Et
ideo bona eſt conſuetudo quod in caſibus dotium procedat̃ ſum
marie: ⁊ qđ inſtr̃a executioni mandentur: qꝛ hoc eſt vtile reipubli
ce vt in proxi.alle.iur. Et ſimiliter. illa que continet bonum hono
rabile vt conſuetudo quod doctores portent habitum quia habi
tus virum oſtendit.C.de fabri.l.ſtigmata. ⁊.c.ſi vult laicus.de ſen.
excõ. mala autẽ eſt conſuetudo ⁊ inualida que induceret malum
culpe vt quod liceat fenerare vſqꝫ ad duos denarios pro libra.
quia ordinatur ad delictum. vt in autẽ.ad hoc.C.de vſu. et non te
net conſuetudo que de vitijs facit mores nec longo tempore con
firmatur in auten. vt nulli iudi.§.j.col.viij: ſed ſi conſuetudo in
ducat malum pene.i.penam quondam occaſione pretẽſa infligat

innocentie

innocenti tũc ſi talis pena poteſt deduci in pactum vt eſt pena pe-
cuniaria valet conſuetudo. ſecus ſi non poteſt deduci in pactum
vt eſt pena corporalis vt not. ſuper rubrica de decre. decu. preallegata ⁊c.

73 **Sed naturalia.** ¶†Jus naturale eſt immutabile
ſed ius ſtatutarium mutatur quã
doqꝫ per aliud ius quandoqꝫ per conſuetudinem contrariã. hoc
dicit. primum autem intellige quod ius naturale eſt immutabile
in ſui totalitate ſed in ſui ſpecie in certis caſibus aliter obſtat vt
in ſeruitute emancipatione vſuca. vt in glo. hoc etiam tenet expreſ
ſe glo. in. c. a nobis. extra de decimis. ¶Item ea que ſunt de neceſ-
ſitate nature non mutantur vt hic ſed ea que ſunt ex preſumptiõe
nature vt quod leo preſumitur ferus ⁊ homo manſuetus mutari
poſſunt. l. j. §. beſtias. ff. de poſtul. ⁊ ibi per Bar. ⁊ per Dyn. in. c. ſe
mel malus. de reg. iur. lib. vj. ⁊ in iſtis que ſunt ex preſumptiõe na-
ture etiam mutari poſſunt ⁊ inſpicitur potius actus ꝙ natura. et
ideo ſi ſunt conceſſe hic repreſalie contra florentinos non poteſt ca
pi florentinus qui non moratur in caſu originis naturalis: ſed ex
accidenti mutauit domicilium niſi florentia ſubiret onera per ſe
vel patrem vel fratres licet alibi ipſe habitaret vt no. Bar. in trac.
repreſaliorum. in. v. q. in prin.

74 **Omne autem ius.** ¶†Hic ponitur alia diui.
iur. quia quoddã ius tractat
de perſonis quoddam de rebus ⁊ quoddã de actionibus. Et no.
hic cum glo. ſi. quod a nobiliori eſt incohoandum ſiue quod dignio
ra ſunt preferenda. item quod homo eſt nobiliſſima creaturarum
⁊ eius gratia omnia inuenta ſunt. l. in pecudum. ff. de vſur. Item
no. quod parum eſſet iura noſcere ſi ignorantur perſone quarum
gratia ſunt condita iura limitãtur ergo declaratur ⁊ reſtringitur
ſtatutum p cognitionẽ perſonarum quare gratia fuit factum ar.
l. ſi. ff. de here. inſti. ⁊ l. j. ff. de origi. iur.

## ¶De iure perſonarum Rubrica.

1 ☞ Pluralitas que ⁊ quando in ſingularitates reſolui debeat.
2 Subſtitutio a teſtatore facta ſi fuerit an omnibus morientibus admittatur ſubſtitutus.
3 Emphyteoſis eccleſie ſi duobus detur an vno moriente eius portio ad eccleſiam reuertatur.
4 Statutum loquens in plurali quando locum habeat in vnico ſingulari.
5 Aſcriptitius quomodo ⁊ in quo differat a colono.
6 Serui vnde ſic dicti.
7 Tabellio quare ſeruus dicatur.
8 Seruus efficitur quis pluribus modis.
9 Liber qualiter iure ciuili ſeruus fiat.

**Summa itaqꝫ diuiſſio de**
iure perſonarum. ¶Hic titulus diuiditur in
ſex partes. Primo ponit diuiſionẽ perſonarũ.
Secundo diffinitionẽ libertatis ibi: ⁊ libertas.
Tertio diffinitionem ſeruitutis ibi: ſeruitus.
Quarto quare dicantur ſerui ibi: ſerui autem.
Quinto quot modis quis efficitur ſeruus ibi: ſerui autẽ. Sexto
1 ponit differentiam ingenuorum ibi: in ſeruorum. ¶†No. in prin.
cum glo. in verbo homines. quod generalis pluralitas pro ſui ve-
rificatione debet reſolui in ſingularitatem quando in plurali ſum
pta in ſuo ſimplici ſermone eſſet falſa. Secus autem quando ſur-
geret inequalitas perſonarum vt ſi duobus ſubſtituatur quorum
vnus eſt pupillus alter maior. nam non reſoluitur in ſingulari plu
ralitas orationis niſi in caſu quo vterqꝫ poſſit conuenire ſcilicet in
vulgarem tantum ⁊ non pupillarem ſubſtitutio. l. quamuis. C. de
2 impu. ⁊ alijs ſubſti. †Ex his queritur ſi ſubſtitutio facta eſſet plu-
ribus a teſtatore an vno moriente vel demum omnibus morienti-
bus admittitur ſubſtitutus. ⁊ concludit Bar. in. l. heredes mei. §.
cum iſta. ff. ad trebel. quod ſi ſubſtitutio eſt facta cum adiectiõe no
minis collectiui vt inſtituo talem heredem ⁊ talem. ⁊ ſi omnes vel
ambo vel vterqꝫ non erunt heredes ſubſtituo talem: tunc ſecundũ
primam ſignificationem vocabuli non excluditur ſubſtitutus niſi
in perſona omnium extiterit conditio ſed ſecundum preſumptã
voluntatem defuncti admittitur ſubſtitutus: niſi ſuperſit aliquis
de liberis teſtatoris qui ex preſumpta voluntate defuncti ſubſtitu
tum excludat. d. §. cum ita. ſi autem ſubſtitutio ſit facta ſimpliciter
ſine adiectione nominis collectiui in ſubſtitutione vulgari vt cũ
dicat inſtituo petrum ⁊ martinum ſi nõ erunt heredes ſubſtituo
talem tunc ſubſtitutus non admittitur niſi in vtriuſqꝫ perſone exi
ſtat conditio. ſecus autẽ in pupillari ⁊ fideicõmiſſaria niſi ex natu
ra relicti vel voluntatis defuncti aliud preſumat. ⁊ rationem diffe
rentie ⁊ etiam quid in compendioſa vide per Bart. in. d. §. cũ ita.
3 l. ſi. C. de impub. ⁊ alijs ſubſti. †Ex his etiam queritur ſi eccleſia de
dit in emphyteoſim duobus cum pacto quod poſt mortem eorum
ſi deceſſerint ſine liberis res reuertatur ad eccleſiam an vno moriẽ
te ſine liberis pars eius reuertatur ad eccleſiam an vero accreſcat
eius conſocio ⁊ determinat ſpecu. quod non reuertitur ad eccleſiã
ſed accreſcit conſocio ⁊ ſic hoc caſu plurale non reſoluitur in ſingu
lare. hoc tenet in titu. de loca. §. nunc aliqua vero. verſicu. lxix. ſed
Barto. tenet contrarium in. l. ſi mihi ⁊ titio. ff. de verborum obli-
gatio. quia poſt emolumentum queſitum non eſt locus iuri accre-
ſcendi per tex. ⁊ glo. in. l. iij. iuxta finem de vſufru. accre. ff. ⁊ per ca-
pitulũ primũ de duobus fra. de nouo beneficio inueſti. in lib. feu.
4 ⁊ adde etiam quod in delictis puniendis †ſtatutum loquẽs in plu
rali habet locum in vnico ſingulari vt ſi puniat producentem fal-
ſos teſtes habet locum in producentem vnum ſolum falſum teſtẽ
l. ij. §. homines. ff. vi bono. rap. ⁊ ibi per Barto. ⁊ econtra loquens
in ſingulari habet locum in plurali. l. j. §. j. ff. quod cum fal. tu. aut.
⁊ adde glo. infra de ob. que ex quaſi contractu na. in ver. negotiũ.
⁊ l. iij. §. negotiorũ. ff. de negotijs geſt. ⁊ ibi per Bar. ⁊ c. ¶Quid
autem de ſtatu liberis aſcriptis ⁊ monachis ⁊ canonicis regulari
bus an ſint ſerui vel liberi. dic vt in glo. in verbo aut ſerui. Et dic
quod quadruplex eſt genus colonorum in rubrica de agri. ⁊ cenſi.
5 libro decimo. ¶†Item not. differentiam inter aſcriptitium ⁊ cen
ſitum colonum quia aſcriptitius reddit medietatẽ fructuum ſed
cenſitus reddit certum cenſum annuatim vt no. glo. in. l. ſecunda.
qui ca. co. ta. cen. libro decimo. in glo. que incip. ſed quid de ſtatu li
bero ibi in autentica de monachis. §. cogitandum. dicit quod idẽ
in monacha. ⁊ conuerſi. imo magis creditur eis. ⁊ ſi delinquãt ma
gis puniuntur vt ibi dicit glo. dummodo faciant de licentia ſupe
rioris ſine qua iurare non poſſunt vt in capitulo primo. de iura.
calum. in fin. vbi dicit glo. quod ſi contra fiat non proprie vitiatur
iudicium vt in capitulo ex parte. de poſtu. vbi dicit glo. quod ſine
licentia ſuperiorum non admittitur licet ſit coniuncta perſona.
6 ¶†Secundo nota. in ver. ſerui dicti ſunt a ſeruando quia cum
olim eſſet conceſſum dominis vite poteſtas atqꝫ necis in eos im-
7 perator iuſſit eos ſeruari ⁊ non occidi. †Sed tabellio dicit ſeruus
publicus a ſeruiendo quia ciuiliter ſeruire tenetur licet non gra-
tis vt in glo. in ver. ſeruare. ⁊ l. nec enim. ff. de adoptioni. ⁊ ſicut vt
ſeruus ſtipulãdo acquirit domino vt infra p quas pſo. no. acqui.
in princip. ⁊. ff. de ſtipula. ſer. per totum ita ſeruus publicus alteri
ſtipulando acquirit vtilem actionem ſine ceſſione vel directãm cũ
ceſſione. ⁊ hoc in iudicialibus ⁊ pretorijs ſine dubio ⁊ etiam in cõ-
uentionalibus vt tenet Barto. in. l. ij. ff. rem pupil. ſal. fo. per dictã
legẽ nec enim. ⁊ l. his verbis. ff. de adop. ⁊ per glo. iij. §. ſi quis alij.
infra de inuti. ſtipu. ⁊ debet notarius ſtipulari tanꝙ publica per-
ſona hoc modo promittis mihi notario tanꝙ perſone publice re-
cipienti nomine omnium quorum intereſt. tamen ſtipulatur tan-
quam notarius preſumitur quod ſtipuletur tanꝙ publica perſo-
na. arg. l. cum poſt. §. primo. ff. de adminiſtra. tuto. ⁊ l. ſi. de inſtito.
Quid ſi pars cum notarius ſtipulatur noluit ſtipulatum petere
an poſſit notarius illud petere. dic quod non quia eſt tanꝙ nudus
miniſter penes quem nihil debet remanere. ar. l. ſi quis titio. ff. de
8 leg. ij. de quo per Bar. in. d. l. nec enim. ff. de adop. ¶†Tertio not.
in. §. ſi nautem. quod pluribus modis ſit quis ſeruus ſcilicet nati-
uitate captiuitate venditione vt hic in tex. item per annualem cõ-
tumaciam poſt preſtitam fideiuſſionem vel iuratoriam cautionẽ.
9 item etiam per ingratitudinem vt hic in gl. ver. iure ciuili. †Qua-
liter autem iure ciuili liber homo per venditionem fiat ſeruus. et
quot ſint neceſſaria: ⁊ an poſſit vendicari a patre ⁊ ab alijs coniun Verſus.
ctis no. gloſſ. hic ⁊ ſuper ver. maior. Unde verſus. Ut liber ſeruus
fiat ſunt iſta neceſſe. Annis viginti qui vẽditur dicitur eſſe. Et eſt
precio iuuenem quo venit participare. Rurſus enim ſeruum cui
venditur eſſe putare. Et propriam ſcire qui venit conditionem.

## ¶De ingenuis Rubrica.

1 ☞ Ingenuus quis ſit.
2 Filius ſequitur matrem id eſt partus ventrem.
3 Delictum parentis non nocet proli.
4 Ingenuus manumiſſus non efficitur libertinus.
5 Tabellionatus officium habere qualiter quis probetur.

**Ingenuus eſt qui.** ¶Hic decla
rat membra
diuiſionis poſite in fine titu. precedentis: videli-
cet quod liberorum hominum ⁊ perſonarum qui
dam erant ingenui et quidam libertini. ⁊ in hoc
titulo declarat qui ſunt ingenui ⁊ in ſequẽti qui
1 ſunt libertini. ¶†Nota ex princip. quis dicatur ingenuus ſcilicet
qui ſtatim vt natus eſt liber eſt. libertus eſt qui ex iuſta ſeruitute
manumiſſus eſt vt infra titulo primo. in principio in text. ibi ⁊ al
tero ingenuo. ¶Adde quod in caſu in quo quis naſcitur ex patre
⁊ matre ſeruis ⁊ tamen naſcitur liber vt ſi legetur ei libertas qui
in ventre eſt ancille. nam ſi plures ſint in ventre omnes liberi na-
ſcuntur. lege cum inter. C. de fideicommiſſis liber. licet enim exi-
ſtens in ventre non ſit homo ſed fieri ſperetur. dicta lege cum in-
ter. tamẽ poteſt ei libertas relinqui. Ex quo patet ꝙ exiſtẽs i vẽtre

non continet̄ in legibus vel ſtatutis odioſis ex quo non eſt homo.
vnde ſi cõceſſe ſunt repreſalie cõtra hoïes alicuius ciuitatis vel ex
banniti ſunt hoïes alicuius ꝓgeniei nõ includũtur illi qui tũc erãt
in vtero.facit.ff.de aſſig.lib.l.vlti.⁊.l.fin.ff.de coll̃.bo.ſm̃ Bald.in
d.l.cum inter.Itẽ eſt dare caſum in quo quis in puero reperitur
liber ⁊ ſeruus vt ſi dixi ſeruo meo vade ad plateã ⁊ ſi obuiaueris
libero liber eſto.Et tu dixiſti ſeruo tuo vade ad plateã ⁊ ſi obuia-
ueris libero:liber eſto.modo ſi obuiãt ſibi inuicẽ quidã dicũt qđ
eodẽ momẽto implet̄ cõditio vtriuſq; ⁊ ſic vterq; erit liber.ſ; bar.
dicit qđ meus erit liber ⁊ nõ tuus:qꝛ mei ſerui impleta eſt cõditio
⁊ eſt in facto qꝛ obuiauit ſeruo ſed tui ſerui eſt in fieri cõditio:quia
obuiauit futuro libero.l.qui heredi.§.fi.ff.de condi.⁊ demon.ſed
Bar.in.l.aretuſa.ff.de ſtatu ho.⁊ ſimiles queſtiones de puncto vi
2 de in gl.xxxij.q.j.c.cũ renũciatur.¶†Scđo no.in.§.ſed ⁊ ſi quis.ꝙ
filius ſequitur matrẽ quo ad libertatẽ ⁊ ſeruitutẽ vt hic.⁊.l.ſeruo
rum.§.ingenui.ff.de ſtatu ho.Sed quo ad honores ⁊ dignitates
ſequitur patrẽ.l.cu; legitime.⁊.l.qui fures.ff.de ſta.ho.¶Tertio
no.in ver.ſufficit.qđ ſufficit matrẽ vnico momẽto tp̄is poſt eius cõ
ceptionem fuiſſe liberam vt filius dicatur liber.vnde ſi aliquo mo
mento fuit mater libera:libertas queſita libero exiſtenti in vtero
non reuocatur licet mater poſtea ante eius partũ vel tempore par
tus fiat ſerua:qꝛ calamitas matris non debet ei nocere qui eſt in
3 vẽtre vt dicit hic tex.†Ex quo patet qđ delictu; patris vel matris
non nocet filio iam nato vel cõcepto ſed bene concipiendo vel na-
ſcituro.l.ij.C.de lib.⁊ eo.li.⁊ ibi no.in glo.nam crimẽ vel pena pa-
terna nullã maculã filio infligere põt:ſed vnuſquiſq; de ſuo perpe
trato ſeu admiſſo ſorti ſubijciatur nec alicui criminis ſucceſſor te-
netur.l.crimen.ff.de penis.fallit in caſibus ibi no.⁊ hic in gloſſ.in
verbo naſcitur in quibus ſucceſſor tenetur de delicto predeceſſorũ
⁊ ideo dicit glo.in.d.l.ij.C.de lib.⁊ eo.li.quod ex delicto ⁊ felonia
patris non priuatur filius feudo paterno.quod verum eſt quãdo
filius venit iure ſuo ⁊ non ex perſona patris de quo dic per Saly.
in.l.ij.patet igitur hoc quod infortunium matris filio nocere nõ
debet ſimiliter nec patris.d.l.crimen.Item hic meliora tempora
cõſiderare licet quãuis extrema deficiant ⁊ econtra extrema conſi-
derari licet in medio defectus exiſtat.l.ſed ⁊ ſi in quod.§.ſolemus.
ff.de here.inſti.⁊.l.intercidit.ff.de condi.⁊ demon.⁊ ideo cõceptus
a patre ſenatore dicitur filius ſenatoris licet natus ſit tẽpore quo
4 deſinit eſſe ſenator.l.emancipatum.§.ſi quis.ff.de ſena.¶†Quar
to no.in.§.cum autem.quod ingenuus manumiſſus de facto non
efficitur libertinus quia non erat iuſta ⁊ vera ſeruitus ſed rema-
net ingenuus.⁊ ſic patet quod non ſufficit aliquid fieri de facto
vt ſequatur effectus iuris ſcilicet quantum ad ſtatum et cõditionẽ
hominis commutandum ſimiliter in pena conuentionali nõ ſuf-
ficit de facto quando aduerſarius non incommodatur vt ſi vendi
di tibi ſeruum cum pacto ne manumittas ſub certa pena.nam li-
cet manumittas de facto qꝛ de iure non potes ꝓpter pactum non
incides in penam.l.ea quadã.C.ſi ma.ita alie.ſecus ſi aduerſarius
incommodatur quia tunc ſufficit fieri de facto vt ſi actor liberauit
reum per acceptilationem ⁊ promiſerit ſub pena non conuenire.
nam ſi de facto agit prima actione que fuit ſublata per acceptila-
tionem incidit in penam.l.vbi pactum.C.de tranſact.Similiter
quantum ad occaſionem conſequendam ſufficit fieri de facto vt ſi
quis eſt relictus heres ſi manumittat ſeruum hereditarium non
ſufficit ad hoc vt ſit heres quod de facto impleat cõditionẽ.i.ma-
numittat:quia de iure nõ põt manumittere ſeruum hereditariu;
anteꝙ̃ ſit heres.l.mulier.§.j.ff.de cõdi.inſer.ſimiliter quantum ad
penam euitandã ſufficit fieri de facto.Unde qui tenetur ſub pena
inſtituere vel exheredare ſufficit quod de facto inſtituat vel exhe-
det:ſi non poteſt de iure vt penam euitet.l.quidã filium.ff.de ver.
ob.qñ tñ ſufficit fieri de facto ⁊ qñ non dic per Bar.in.l.cõtinuus
§.cum quid.ff.de ver.ob.⁊.l.vbi pactum.in fi.C.de tranſac.Et pa-
tet quod ſicut non ſufficit aliquem fuiſſe in ſeruitute de facto ⁊ ma
5 numiſſum eſſe vt per hec libertinus fiat†ita nõ ſufficit ad proban
dum aliquẽ tabellionẽ probare qđ ipſe fecerit acta ⁊ inſtrumenta
tanꝙ̃ tabellio:⁊ ſolutiones receperit ⁊ ſe pro tabelliõe geſſerit niſi
probetur quod vere fuit creatus tabellio quod argumẽtatiue di-
cit Bar.in.l.haberemus.ff.de decu.Inn.tñ tenet oppoſitum in.c.
j.de fi.inſtru.⁊ ſimiliter ipſe idem Bar.decidit oppoſitũ in.l.bar-
barius.ff.de offi.preto.vc; qđ ſufficit probare per modũ ſupradi-
ctum vt inſtrumẽta ab eo facta valeant ⁊ teneãt per text.in aut.de
tabellio.§.ſi vero poteſt.dum dicit ipſis tñ documẽtis ꝓpter vtili-
tatẽ cõtrahẽtiũ nõ infirmandis col.iiij.de quo vide in ſpec.de in-
ſtru.edi.§.reſtat.ver.quid ſi is.Qualiter autem probetur aliquem
mortuũ non fuiſſe tabellionẽ vide per Inn.in.c.veniẽs.de ver.ſig.
¶Itẽ nõ ex fi.cũ gl.qđ cõditio ⁊ natiuitas ⁊ etas hoïs ꝓbat̄ p li-
bros nataliũ ⁊ ſue natiuitatis.cõcor.in aut.ſi dicat̄.C.de teſti.ꝓba
tur etiã etas alicui⁹ per aſpectũ corporis.l.ſi minor.xxv.an.ex aſpe
ctu.ff.de mino.inter quos etiã admittitur pater ⁊ mater qui tãꝙ̃
melius nouerint veritatem.l.etiam matris profeſſio.ff.de mino.
talis tñ probatio patris ⁊ matris ſecundum aliquos facit vnã ſe-
miplenã ꝓbationem alij ꝙ̃ ſolũ preſtet informationem iudici:ſed
Inno.tenet qđ facit preſumptionem tantum in.c.cum dilectus.de
accu.ſimiliter admittitur teſtimonium patris ⁊ matris in cã ma-
trimoniali niſi eſſent ſuſpecti diuitijs potẽtia vel honoribus.c.ſu-
per eo.extra de teſti.alias non valet teſtimonium patris vel ma-
tris in cauſa filij.l.teſtis idoneus.ff.de teſti.⁊.l.parẽtes.C.de teſti.

## ¶De libertinis Rubrica.

1 Libertinus quis ſit.et numero.2.
3 Iudex poſt tempus datum ad exquirẽdum poteſt qñq; exquirere.
4 Numerus precedens implicitus in ſequenti intelligitur repeti.
5 Priuatio habitum preſupponit in ſubiecto.
6 Filiorum genera tria ſunt ſicut ⁊ hominum.
7 Manumiſſio multis fit modis.
8 Seruus quibus modis libertatem conſequatur.
9 Contractus in eccleſia fieri nequit.
10 Manumiſſio quid ſit.
11 Manumiſſio non fit per procuratorem.
12 Libertinorum tres ſpecies.
13 Ciuem eſſe differt ab eo quod eſt haberi pro ciue.
14 Serui quot modis efficiantur liberi.
15 Duellum tribus permittitur caſibus.
16 Dedititij ⁊ latini qui olim ⁊ qui hodie dicantur.

Libertini ſunt q̃ ex. ¶Hic declarat
ſcđm mẽbrũ diuiſiõis facte in ſi.ti.ſ.de iure pſo
narũ.vc; qui ſunt libertini.⁊ diuiditur in tres
partes.⁊ primo declarat qui ſunt libertini.et
quid ſit manumiſſio.⁊ vñ habuit ortũ.ſcđa ibi
multis aũt.declarat quot modis iducat̄ manu
miſſio.tertio ibi:libertinorũ.declarat q̃tuplex ſit ſtat⁹ libertinoꝝ.
1 ¶†No.ex prin.qđ ſit libertinus.⁊ quid ſit manumiſſio.¶†Secũ
2 do no.ibi manui ⁊ poteſtati.qđ ille qui eſt ſub dño ⁊ poteſtate ali
cuius dicit̄ eſſe ſub manu ſua ideo ſi vendo tibi domũ ſub hac con
ditione ne exeat de manu tua ſub pena certa licet loces eam alteri
nõ dicit̄ exire de manu tua:qꝛ locatio nõ mutat dñium rei.l.nõ ſo-
3 let.ff.locati.¶†Tertio no.ibi datio libertatis cũ gl.exponente.i.
detectio.ar.qđ ſi eſt tp̄s iudicij ſtatutũ ad inquirẽdũ de maleficio
⁊ poſt inq̃ſitionẽ reus ꝓbet ſe alibi fuiſſe tp̄e delicti qđ iudex etia;
poſt tp̄s datum ad inquirendũ põt exquirere an reus preſens fue-
rit tempore delicti:quia iudex non inquirit ſed iam inquiſitũ dete
git ⁊ declarat.C.de adul.l.ſi quis adulterij.ideo facit iudex in fine
officij non poteſt quem bannire:tñ põt declarare quem bannitum
eſſe ⁊ ſic in notarijs licet ex poſtfacto non poſſint contractũ in ſcri
ptis immutare:poſſunt tñ illum declarare vt Bar.in.l.actorũ ver
4 ba.ff.de re iud.¶†Quarto no.ibi tria genera cum gl.quod nume
rus precedens implicitus in ſequenti numero intelligitur repeti-
tus ideo ſi mutuaui tibi tria ſextaria grani ꝓmiſiſti reſtituere tria
non debes reſtituere quinq; ſed tantum tria quia precedẽs nume
rus intelligitur repetitus in ſequenti vt hic ⁊.l.ij.in fi.ff.de condi.
5 inſer.¶†Item no.ibi:cum ſeruitus eſſet.quod priuatio preſuppo
nit habitum vt hic ⁊.l.manumiſſiones.ff.de iuſti.⁊ iure.⁊.l.dece;.
ff.de verborum obliga.Et hoc verum quando priuatio ponit̄ a la
tore iuris cuius eſt proprie loqui de.l.decem.⁊.l.ſi.ff.ſi cer.pet.Itẽ
ſi ponitur ab homine ſuper eo quod pendet ab eius voluntate po
nendi ⁊ priuandi vt ſi teſtator ſub conditione adimit legatum pre
ſupponitur fuiſſe legatum.l.ſi mihi ⁊ tibi.§.in legatis.ff.de leg.j.ſe
cus ſi non dependet ab eius voluntate ⁊ poteſtate ſed a volunta-
te alterius vt ſi petis a me decem ⁊ ego dico me liberatum vel mi-
hi pactum factum de non petendo ⁊ tu negas non per hoc videor
fateri:quia qui excipit non vtiq; intentionem aduerſarij fateri vi
detur.l.non vtiq;.ff.de exce.niſi fateatur debitum.verum eſt quod
mihi mutuaſti ſed tibi ſolui vt per glo.no.in.l.ſi quidam.C.de ex-
cep.Ex his infertur quod confitens ſe abſolutum ab excommuni
catione vel cancellatum a banno non videtur confiteri ſe fuiſſe ex-
communicatum vel bannitum vt per hoc exoneret̄ aduerſari⁹ ab
onere probandi vt.d.l.nõ vtiq;.ſed bene videt̄ tacite confiteri vt re
pellat̄ a teſtimonio vel ab agendo:vt in aut.ſi dicat̄.C.de teſti.quia
poſſe agere vel teſtificari ſolum concernit habilitatem perſone de
qua eſt primo querẽdum.l.ſed queramus.ff.de teſta.⁊ de hoc dic p
Bar.⁊ clarius per Ang.⁊ vide.l.qui decẽ.⁊.l.qui tanꝙ̃.de cap.in
prin.⁊ vide formã inſtrumenti manumiſſionis.xij.q.ij.c.redẽptor
noſter.vbi dicitur quod ſaluator noſter dirupto quo tenebamur
vinculo captiuitatis priſtine nos reſtituit libertati:vt in ſpecu.de
ſer.non ord.in princi.vbi videas.¶In tex.ibi in verſi.que res.col-
lige ex iſto tex.quod cuius iur.eſt habitus eiuſdem eſt priuationis
intentio.Item quod non dicitur poſſe reſolui quod non eſt vt hic
⁊.l.hone.§.ſub conditione.ff.de edil.edic.in tex.ibi ſeruitus inua-
ſit quaſi dicat quod poſtꝙ̃ iure gentium violenta ſeruitus inua-
ſit libertatem excogitatum eſt remedium manumiſſiõis vt quod
iure naturali per inuaſionem ſeruitutis detrahebatur:beneficio
manumiſſionis quodammodo reformetur.in textu ibi tria ge-
nera

6 nera ad hāc ſimilitudinē.†ſicut ſunt tria genera hominū inducta
ſunt tria generalia filiorū: vt ſunt legitimi naturales legitimi ⁊ na
turales inſimul: vt in aut.q.mo.na.effi.legi.§.ſi quis ergo.col.vj.
¶Itē dū tex.dicit datio libertatis expone ſm Iac.de rauena.⁊ re
miſſio dñij qđ dicitur libertas reſpectu ſeruitutis.ar.l.ſi edes mee.
§.libertas.ff.de ſer.vr.pre.⁊ ſcđm hoc patet qđ remittens dicit da
re vt hic.⁊.l.ſi mulier.⁊.l.ſi quis accepto.ff.de condi.ob cau.⁊.l.ſi
quis obligatione.ff.de reg.iur.

## Multis autem modis.

7 ¶Hec eſt ſcđa pars i qua declarat†quot
modis fiat manumiſſio.⁊ dicit qđ pluribus modis.Qñqꝫ fit in ec
cleſia preſente plebe ⁊ antiſtite.Qñqꝫ vindicta ⁊ virga pretoris ꝙ
tangebat caput manumiſſo dicendo animo te liberū vt dicit hic
glo.Qñqꝫ extra iudiciū in preſentia amicorū ⁊ qñqꝫ teſtiū qñqꝫ ꝑ
8 epiſtolā qñqꝫ per teſtamentū: qñqꝫ ꝑ codicillos.†Alijs modis etiā
ſeruus cōſequit libertatē.ſ.ſi vindicat necē dñi ſui ſi accuſat fabricā
tes falſam monetā: ſi accuſat raptores virginū ⁊ ſanctimonialiū.
Itē ſi accuſat tranſfugiētes a militia.C.ex qui.cau.ſer.ꝑ pre.liber
acci.per totum.Item ancilla a dño in concubinā accepta ⁊ eius li
beri in cōcubinatu cōcepti poſt mortē dñi inteſtati manent liberi
C.commu.de manu.l.ſi.¶No.ibi ſacroſanctis eccleſijs.qđ manu
miſſi poſt mortem dñi inteſtati manēt liberi.C.commu.de manu.
l.ſi.alios caſus vide in glo.j.eo.ti.in.§.ſi.in ſi.ibi poteſt fieri in eccle
9 ſia.†Et an contractus poſſit fieri in eccleſia dic regulariter qđ nō:
qr eccleſia inuēta eſt ad diuina officia celebrāda nō ad commerciū
hominū cōtrahendū vt in.c.decet.de immu.eccle.li.vj.Fallit pmo
ſi contrahens nō poſſit tute exire eccleſiā.l.preſenti.§.cū aūt.C.de
his qui ad eccle.confu.Scđo fallit ſi cōtractus requirit actū pium
vt manumiſſio matrimonij cōiunctio legitimatio ⁊ ſimiles vt hic
⁊.l.ij.C.de his qui in eccleſia ma.⁊ in aut.qui.mo.na.effi.lib.§.quā
tum.col.vj.alij aūt cōtractus non concernentes actum pium non
poſſunt fieri facti tñ tenent vt.d.c.decet.in glo.iudicia autem eccle
ſiaſtica ⁊ imperialia ſi ſunt voluntarie iuriſditionis poſſunt fieri
in eccleſia vt.d.l.ij.de his qui in eccle.ma.Sed contentioſe iuriſdi
tionis non poſſunt fieri vt.d.c.decet.in glo.An aūt iuramentū et
examinatio teſtis poſſit fieri in eccleſia bar.hicit qđ ſic in.l.nemo.
10 C.de ſac.ſan.eccle.¶†Scđo no.in verbo ſerui vero.qđ manumiſ
ſio eſt actus voluntatis qui cauſe cognitionē nō deſiderat pōt iđ ex
pediri a iudice ambulāte in quocūqꝫ loco honeſto ſicut illa ꝙ ſunt
iuriſditiōis volūtarie vt eſt caſtigatio ⁊ correctio filij: ⁊ ſerui ꝗ nō
preſtant obſequia ⁊ reuerentia dominis ⁊ patribus.l.ne quicꝙ.§.
de plano.ff.de offi.procon.⁊ leg.Et que cauſe cognitionem exqui
runt debent expediri a iudice ſedente ad bancum vt no.in.l.a pro
cedente.C.de dila.et in.l.ſi.et pe.in ſi.ff.de iuſti.et iu.Et hac de cau
ſa dicunt notarij in actis diurnis iudex ſedens ad ſuum ſolitū bā
cum ⁊c.alias non valerent niſi eſſent talia que plene cauſe cognitio
nem non deſiderant vt petitio bo.poſ.que non tribuit ius vt car
bonia.et nomine ventris.l.ij.§.dies.ff.quis ordo in bo.poſ.ſer.Et
ideo ex confeſſione facta coram iudice alibi quam in figura iudicij
non poſſet quis condemnari.l.qui voluit.§.ait.ff.de interro.act.ꝑ
Bar.in.l.j.C.de confeſ.⁊.l.de pupillo.§.qui nunciat.ff.de ope.no.
11 nuncia.¶†Ultimo quero an manumiſſio poſſet fieri per procura
torem.dic quod non.l.nec mulierem.C.de manu.vind.licet poſſit
fieri per epiſtolam vt hic ſimiliter adoptio et arrogatio non poſ
ſunt fieri.l.neqꝫ abſens.⁊.l.poſt mortem.ff.de adop.Similiter nec
emancipatio.l.iubemus.C.de eman.lib.ibi precibus a ſemet obla
tis.Similiter nec impetratio venie etatis.l.omnes.C.de his qui
ve.eta.impe.legitimatio autem bene poteſt impetrari ⁊ recipi taꝫ
per procurationem filij legitimi ꝙ patris impetrantis de quo per
Bar.in.l.gallus.§.forſitā.ff.de libe.⁊ poſthu.⁊.l.excuſare.ff.de ex
cu.tu.Item vxoris deſponſatio poteſt fieri per procuratorem.l.ſi.
ff.de ſpon.de quo per Bar.in.l.qui bono.§.alieno.ff.de dam.infe.
Itē adde qđ emācipatio poteſt fieri etiam apud extra ordinariuꝫ
iudicem.l.ſi.C.de vindi.liber.⁊ vꝫ libertas data etiaꝫ ſi minus ſo
lenni voluntate: vt innuit hic glo.in ver.qualibet et poteſt dari li
bertas ſeruo inuito licet ſecus in filio qui inuitus non poteſt emā
cipari vt hic in glo.in ver.ſepe.

## Libertinorum autem

12 ¶†Olim erāt tres ſpecies libertinorū
quia quidam per manumiſſiones conſequebantur plenam ⁊ per
petuam libertatem ⁊ efficiebantur ciues romani.quidam cōſeque
bantur minorem libertatem.et dicebantur ſerui latini per quan
dam legem que dicebatur iunia norbana erant liberi toto tempo
re eorum vite.et in ſi.moriebantur ſerui.Tertij per quandam legē
eliaſcentiam toto tempore eorum vite erant ſerui et in ſi.morieban
tur liberi vt colligitur hic ſuper verbo neceſſe in glo.hodie per le
gem imperialem iſti duo vltimi libertorum ſtatus medij ſcilicet et
minoris ſunt correcti.et ſolū remanet primus modus ⁊ prima ſpe
cies libertorum ſcilicet vt omnes conſequantur plenam ⁊ perpe
tuam libertatem ⁊ veri ciues romani efficiantur.h.d.vſqꝫ ad ſi.ti.
iura tamen patronatus bene durant hodie vt libertus teneat ale
re patronum inopem eum honorare eum in ius nō vocare ſine ve
nia.et alia que habes plene per glo.j.de ſuc.li.§.ſed noſtra.⁊.l.ſin.
13 C.de bo.li.¶†No.ibi: et fiebant ciues romani.ſ.vere.naꝫ aliud eſt
eſſe talem et aliud pro tali haberi in his que ſunt facti: puta ꝑ qđ
quis ſit abſens vel habeatur pro abſente: quia non vere eſt abſens
ſed ſecundum fictionem ſed in his que ſunt iuris idem eſt eſſe talē
⁊ haberi pro tali vt eſſe ciuem ⁊ haberi pro tali.⁊ ideo qui ex per
miſſione conſilij habetur pro ciue erit vere ⁊ non ficte ciuis.⁊ hoc
in his que ipſa ciuitas habet ex ſua iuriſ.ſi haberet aliud priuile
gium a papa vel principe: quia illi non gaudent qui habentur pro
ciuibus ſecundum Bar.in.l.ſi maritus ſit in magi.§.j.ff.de adult.
14 ¶†Item no.hic glo.in verbo additis qui enumerat multos mo
dos quibus ſeruus efficiatur liber.⁊ adde alios quos dixi.ſ.§.pro
xi.Pro maiori declaratione huius.§.ſciendum eſt quod interdū
contingebat quod populus romanus deducebat ad extremū quā
dam ciuitatem ſibi inimicam ⁊ timore deſtructionis ciues ſe red
debant ſine vllo modo ad extremam ſubiectionem populi roma
ni.⁊ ideo vocabantur dedititij dato quod eſſent liberi tenet glo.in
ver.altercationes.et in rubri.C.de edi.lib.tol.tamen toto tempore
vite ſue ſeruiebant tanꝙ ſerui et in iudicijs et in alijs tractabātur
tanꝙ ſerui.Et forte non ſine eorum tormentis: et in actibus ſolen
nibus vt in teſtamentis non admittebantur in teſtes.et ſic ſe habe
bant vſqꝫ ad extremum ſue vite in quo reaſſumebant libertatem ⁊
habebant heredem.Quid auteꝫ erit hodie ſi aliqua ciuitas ſe red
deret romano vel alteri populo libero. dic quod facerent volun
tatem ſuam de talibus dedititijs.vitam tamen non debent adi
mere ſi eſſent ſimpliciter hoſtes et non rebelles: quia ſi perdunt
libertatem non debent perdere vitam.Et an iſti ſe dedentes poſ
ſunt aliqua apponere pacta dic quod ſic ſi per victorem acceptant
et maxime cum iuramento de ſeruando.l.ſi quis maior.C.de trāſ.
et idem in duello moribus militum vt ſi victus reddat ſe tanꝙ ho
minem mortuum poteſt in eū animaduerti et ſi aliqua pacta ſunt
appoſita illa pacta ſunt ſeruanda nec poteſt opponi quod fuerunt
facta per metum quia metus iſte eſt ex natura victorie et ideo eſt li
15 citus.l.nam ſeruus.cum glo.ff.de nego.geſtis.†illud tamen duel
lum in tribus caſibus eſt permiſſum.Primo pro experimento in
nocentie in defectū aliarū probationum.et iſtud eſt legibus odio
ſum et prohibitum.C.de gladia.l.v.li.vj.quia ſub iuſto clypeo mul
tos vidimus perire viros.⁊ ideo prohibetur licet cōſuetudine ap
probetur vt in.c.j.de cle.pug.in duello.⁊ ibi per Ioā.an.facit que
no.in auten.de here.abinteſt.§.contrarium.Secundo pro experi
mento virtutis et hoc conſuetudine toleratur dummodo nō fiat
ex odio.ff.ad.l.aquil.l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione.Ter
tio cauſa publice ſalutis.et iſtud eſt valde laudabile et glorioſum.
ff.de poſtu.l.j.§.beſtias.⁊.j.de excu.tu.§.ſed in bello.et videtur de
iſto duello in.x.col.de pa.te.§.ſi quis homineꝫ.⁊.ij.q.v.c.monoma
chiam.et per Bald.in rubri.C.de dedi.lib.tol.latini vero erant vi
cti a romanis ⁊ de proprijs edibus expulſi mittebantur ad alia lo
ca: qui viuentes habebant proprium: ſed in morte non poterant
16 teſtari.†Sed iſta nomina dedititiorum ⁊ latinorum non erant ve
ra nomina ſed erant quedam imagines ludibrioſe non vere ſed
apparentes ſicut in ioculatorum ⁊ puerorum qui portant laruas
miſitias ſeu fictiles fictum pro vero oſtendentes vt dicit glo.C.de
lati.lib.tol.l.prima.in gloſſa ſecunda ideo hec nomina receſſerunt
ab aula vt dicit tex.quia proprium legiſlatoris eſt vti ſermonibus
in quibus ſit plena veritas.lege prima.in principio.in titu.de lib.
tol.in ciuitate romana quaſi dicat quod manumiſſus efficitur ho
die ciuis romanus ⁊ vere liber quo ad honores ⁊ dignitates et
alia quibus conſequitur per impetrationem aureorum annulorum
reſeruatis tamen iuribus patronatus vt dicit gloſſ.autentica vt li
ber.de cetero.§.primo.col.ſexta.⁊ in autentica ſed hodie.de iure
anu.aur.⁊ infra de pu.iudi.§.finali.⁊ ita intellige glo.hic que in
cipit.Ex quo contingit que dicit quod omnia iura ⁊ effectus ma
numiſſionis tolluntur preterea que debentur nature vel que natu
ra prohibuit intellige verum quando patronus remiſit ius patro
natus.nam tunc reuocatur libertas in ſeruitutem ex cauſis ex qui
bus reuocantur donationes.ſi autem non remiſit reuocatur etiaꝫ
ex leui culpa in faciendo non autem ex leui culpa in non faciendo
vt dicit gloſſa in autentica vt liber.de cetero.§.illud vero.verſicu
lo reſtituimus.col.ſexta.et no.in lege ſecunda.C.de lib.⁊ eo.li.

## ¶Quibus ex cauſis manumittere poſſunt Rubrica.

1 ☞Contractus cōtra legē vel ſtatutū tenet in ꝯſcientis ꝑ iudicijs.
2 Pauperi fauetur vt ei libertas legetur.
3 Seruus heres inſtitutus libertatem conſequitur.
4 Fraudare alium quo caſu liceat.
5 Iniuria defuncto inferri poteſt.
6 Res in creditorum fraudem alienate qualiter reuocande.
7 Alienare in fraudem creditorum qualiter quis probetur.
8 Uires patrimonij ſui ignorare preſumit quis in actib⁹ morietiū.
9 Res minoris in quibus caſibus alienari poſſint.
10 Pater manumiſſionis beneficium conferre poteſt.

11 Matrimonium debet eſſe liberum.
12 Minor poteſt eſſe procurator.
13 Procurator ad iudicia differt a procuratore ad negotia.
15 Decretum ex non iuſta cauſa ſed approbata interpoſitum tenet.
16 Media via in omnibus eſt tenenda.

**Non tamẽ cuilibet.** ¶Hic titu
lus diuidit
in tres partes. Prĩo ponit vnũ caſum in quo nõ
eſt licitum manumittere. ſcdo in.§.ea.ponit aliũ
caſum in quo olim non licebat minori.xxv.annis
manumittere niſi in certa etate exiſtenti. Tertiũ
ibi cum igitur.corrigit ſcdm caſum.⁊ hoc intẽdit. Non poteſt qs
manumittere in fraudem creditoris niſi ſit teſtator qui in defectu
aliorum heredum ⁊ in preiudiciũ creditorum poteſt vnum ex ſer
uis cum libertate inſtituere cuius nomine bona defuncti vendã
tur ⁊ creditoribus ſatiſfiat.qđ ideo permiſſum eſt vt bona non la
cerẽtur per creditores ⁊ ne defunctus iniuria afficiatur.h.d.vſqꝫ
1 ad.§.in fraudem. ¶†No.ex prin.ibi nihil agit.cum gloſ.ꝙ faciẽs
contractum contra legem vel ſtatutum in preiudicium cõmunis
vel alterius obligatur vt ſic teneat contractus in ſui preiudicium
licet non teneat in preiudicium cõis vel alterius.⁊ ita poteſt limi
tari.l.non dubium.C.de legi. Et licet contractus ſit nullus tñ hꝫ
locum pena impoſita facienti illum contractum: vt eſt glo.⁊ in.l.
2 ij.C.de epi.au.⁊ per bar.in.l.ſi quis leg.ff.de fal. ¶†Item not.ibi
ne egentes homines cum glo.ij.ꝙ faueri debet pauperi quantum
ad legandam libertatem ſeruo in fraudem creditorum vt hic.itẽ
quantum ad alimenta relicta pauperibus perſonis vel locis.l.ſi
quis ad declinandam.§.placet.C.de epi.⁊ cle. Item quantum ad
legatum annuum qꝛ factum pauperi cenſetur ad alimentum.ſecꝰ
ſi factum ſit diuiti.l.cum hi.§.ſi in annos.ff.de tranſa. Itẽ quan
tum ad penam extraordinariam.i.mulctam impoſitam remitten
dam.l.illicitas.§.fi.ff.de offi.preſi.ſed non quo ad penam ordina
riam vel corporalem.l.ſi quis illud.§.in ſeruos.ff.de iu.om.iu. itẽ
nec quo ad fidem exhibendam teſtimonio ⁊ adminiſtratione tu
tele.l.teſtium.ff.de teſt.niſi forte eius vita eſſet moribus cõproba
ta.l.ſcire oportet.§.cum reliquis.ff.de excu.tu.⁊.§.fin. ¶ Tertio
no.ibi ſatiſfacturus eſſet qđ iniuria eſt defuncto non habere here
dem qui ſatiſfaciat creditoribus ⁊ eius bona dilacerari per credi
3 tores ⁊ occupari. ¶†Quarto in.§.ad qđ.ꝙ teſtator relinquẽs ſer
uum heredem nulla habita mẽtione libertatis intelligitur iuris
fictione libertatem relinquere qꝛ nõ eſt veriſimile teſtatorem vel
le habere heredem ſeruum.ſic etiam relinquendo ſeruum tutorẽ
vr relinquere eum liberum.ſ.qui da.tu.poſ.in prin.⁊ ibi vide. Ul
timo no.ex iſto tex.ꝙ fraus interueniens reddit manumiſſionem
nullam niſi alius maior fauor fraudis initium ſupereſſet.licet em̃
ſimpliciter ⁊ indefinite permittatur domino manumiſſio ſerui
non tñ vt in fraudem ⁊ preiudicium aliorum faciat.ſemper enim
in actu intelligitur fraus ⁊ dolus exceptus.l.creditor.§.lucius.ff.
man.⁊ attende qđ libertas data in fraudem impedit ipſo iure:qꝛ
eſt irreuocabilis.ſecus in alia re reuocabili alienata in fraudẽ cre
ditorum qꝛ tenet alienatio ſed eſt locus reuocatione.l.ſcientia.in
4 fi.ff.de contrahen.emp.†Item patet ꝙ licet alios fraudare ad ſuã
verecundiam occultandam ſicut etiam cooperiendum pauperta
tem vel diuitiarum inuidiam repellendum non cogitur quis res
mobiles oſtendere ſed ſtatur ſuo iuramento.C.quãdo ⁊ qui.quar
ta pars debe.l.ij.li.x.patet etiam hic ꝙ lex magis impendit hono
rem defuncto ꝙ̃ vtilitatem creditorum nam eſt honor et intereſt
magnum habere heredem ⁊ ſucceſſorem.l.⁊ qꝛ.ff.de interrog.act.
Et hoc ideo ne defunctus iniuriam patiatur declaratione ſuorũ
5 bonorum.†ex quo patet ꝙ etiã defuncto ⁊ cadaueri poteſt infer
ri iniuria ⁊ heres poteſt iniuriarum agere ꝑ iniuria illata defun
cto.l.j.§.j.ver.⁊ ſi forte.ff.de iniur.ſicut defuncto ⁊ eius ſoboli fit
iniuria ab vxore propter trãſitum ad ſcda vota.vt in auẽ.de nup.
col.iiij.item ꝙ hic dicitur qđ teſtator poteſt in fraudem creditorũ
inſtituere ſeruum cum libertate intellige verum quãdo vnum in
ſtituit ſi autem duos inſtituat tunc primo nominatus erit liber ⁊
heres qꝛ ex ordine nominationis ſumitur coniectura voluntatis
teſtatoris:qꝛ ordo verborum denotat ordinem intellectus.vt pri
mo nominatus potior habeatur.l.qui ſoluendo.titu.de her.inſt.
ff.⁊ hoc niſi ſecundo nominatus ideo preferatur qꝛ minus fraudẽ
tur creditores qꝛ fuit minoris precij.l.ſi quis habens.ff.qui ⁊ a q.
ſi autem duo ſerui pariter nominantur ⁊ inſtituantur a domino
qui non eſt ſoluendo tunc ratiõe incertitudinis nullus erit liber
⁊ heres:quia.l.qui ſoluendo non erat duos apolo.ff.de heredi
bus inſtituendis.de hac materia vide per Salyce.in.l.j.C.de ne
ceſſarijs here.inſti.quid autem ſi eſt inſtitutus minor liber.⁊ ſub
ſtitutus ſeruus an teſtatoris ⁊ minor adijt qui poſtea repudiauit
ſubſtitutus autem ſeruus an erit liber ⁊ heredes.dic quod ſic nõ
tamen admittitur vt neceſſarius ſed vt quilibet miniſter ex beni
gnitate quod ſecus eſt quando minori eſt ſubſtitutus extraneus
liber quia minore reſtituto ad repudiandum hereditatem quam
adiuerat admittitur ſubſtitutus excluſis agnatis teſtatoris.l.⁊ ſi
fine.§.ſed papi.ff.de minori.⁊ in glo.magna.in verbo ſubſtituto.

**In fraudem.** ¶Or ad hoc vt directa libertas da
ta in teſtamento non teneat in preiu
dicium creditorum duo requiruntur.ſ.fraudis conſilium.i.ꝙ te
ſtator reliquerit libertatẽ cã fraudandi creditores.item rei euen
tus.i.qđ res ipſa non ſufficiat ad ſatiſfactionẽ creditorũ.h.d.con
cor.vt.C.qui ma.nõ poſſunt.⁊.l.in fraudẽ.C.qui ⁊ a qui.l.ſi quis
haberet.ff.qui in fraudem credi.⁊ ibi bar.ſed quo ad impediẽdã
libertatem datam per fideicõmiſſum ſufficit ſolus euentus vt hic
6 in glo.†Quõ aũt reuocentur res alienate in fraudẽ creditorũ.dic
per glo.no.ſ.de act.§.ſi quis in fraudẽ.dic per Bar.in.l.pupillus
ff.de his qui in frau.cre.⁊ quot modis preſumitur alienatio facta
in fraudẽ.dic ꝙ ſex modis. Primo ſi quis alienauit omnia bona
ſua.l.omnes.§.lucius.ff.de his qui in frau.cre.vel maiorẽ partem
l.propter litem.ff.de excu.tu.vel per libros rationum intrincauit
l.ſumma cũ ratione.ff.de pec. Scdo ſic alienauit in coniunctã per
ſonã.l.data.C.de do.cum cã ex qua inducatur fraus qꝛ ſola cõſan
guinitas non ſufficeret:vt puta pignoris precio.l.pe.ff.de bo.dã.
Tertio ſi poſt alienationẽ alienãs reperiatũr poſſidere.l.ſicut.§.
ſuperuacuũ.ff.qui.mo.pig.vel hyp.ſol. Quarto ſi alienatio eſt fa
cta clã.ff.de ritu nup.l.fi.⁊.l.non exiſtimo.ff.de admi.tu. Quinto
ſi de proximo ſequatur delictum vel fuga alienantis.l.ſi vetita.§.
fi.ff.de priui.credi. ¶Sexto ſi alienatio eſt facta ſub conditione ſi
contingat bona ſua publicari vel per creditores auferri.l.fi.ff. de
ſti.ſer.⁊ ibi no.⁊ de his vide plene per Bar.in.l.poſt contractum
7 ff.de dona.†Qualiter autẽ probetur qđ quis fecerit in frau.cred.
dic probando qđ habeat creditores. Item ꝙ ſciebat ſe habere cre
ditores ⁊ hoc ſm̃ probatur eoipſo ꝙ contrarium non probatur ſi
erant creditores in facto ſuo in quo non eſt tolerabilis ignoran
tia.l.quãꝙ̃.ff.ad vel.⁊.l.cum falſum.ff.de acqui.here. Itẽ proban
do qđ ſciebat vires ſue hereditatis non ſufficere ꝙ ſimiliter preſu
mitur eoipſo ꝙ contrariũ nõ probatur in actibus inter viuos vel
in vltima volũtate aliqua coniectura vel preſumptione ſciẽtie in
tercedẽte vt cũ prohibet detrahi falcidiã de legatis.vel ſolui man
dauit legata integra.vt in auẽ.ſed cum teſtator.ff.ad.l.falci.de cu
ius fraudis probatione vide per bar.in.l.ſi quis cũ haberet.ff.de
his qui in frau.cre.⁊ dicam.ſ.de ac.§.ſi quis in fraudem. Et ideo
dic vt ibi in glo.ſuper verbo ſepe que dicit ar.contra.⁊ non ſoluit
dic:ibi loquitur in contractu inter viuos:item ibi loquitur in re
immobili.ſecus in re mobili.ſed Saly.in.d.l.ſi quis.dicit ꝙ quan
do auie preſumptioni videlicet ꝙ quis preſumitur ſcire vires ſui
patrimonij eſt annexa preſumptio fraudis vel doli qꝛ tunc proce
dit hec preſumptio ſciẽtie qꝛ qui dolum allegat illum probare dꝫ
l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba.⁊ pro iſta probatione doli videẽ
glo.in.l.apud celſum.in prin.ff.de doli exce.⁊.l.fulcinius.§. quid
ſit latitare.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.⁊.l.dolum.C.de do.⁊ per Dyn.
de re.iu.pro poſſeſſore.li.vj.nam fraus ⁊ dolus hic probanẽ ex cõ
iecturis ꝓpter verbum videtur hic in tex.appoſitum qđ denotat
fictionem.l.naturaliter.ff.de acqui.po. ¶Item no.in tex.ibi ſepe
enim de facultatis.qđ ſepe homines putant plus in patrimonio
habere quam habent ⁊ ſepe decipiuntur in quantitate ſui patri
8 monij.†Et ſic no.ꝙ in actibus moriẽtium quis preſumitur igno
rare vires ſui patrimonij.ar.l.hac conſultiſſima.§.cum humana.
C.qui teſta.fa.poſ.niſi ex aliqua qualitate aliquid preſumatur pu
ta ſi teſtator vetauit detrahere falcidiam ⁊ maxime ſi ſint adhibi
ta illa verba ſciens vires ſui patrimonij non ignorans vt in auẽ.
ſed cum teſtator.C.ad.l.falci.ſed in actibus viuentium quis preſu
mitur ſcire regulariter vires ſui patrimonij.l.ſi quis.C.de rei ven.
Fallit primo ſi quis habeat bona mobilia in longinquo poſita vt
negotiationes ⁊ mercationes:vt.l.in fraudẽ.ff.qui ⁊ a qui. Scdo
fallit vbi quis eſt deceptus vltra dimidiam iuſti precij vt in gl.d.
l.quiſquis.C.de reſcin.ven.⁊ de hoc dic per Bart.in auẽ.ſed cum
teſtator.C.ad.l.fal.

**Eadem.** ¶Minor.xx.annis olim obſtante.l.elia ſc.non
poterat dare libertatẽ ſeruo ſuo niſi ex iuſtis et
probatis cauſis poſitis hic in tex.hodie autem ex iure iſto ſufficit
qđ quis compleuerit.xvij.annũ ⁊ attigerit.xviij.annum vt poſſit
relinquere libertatem ſeruis ſuis ad ſui libitum in ſua vltima vo
luntate.h.d.vſqꝫ ad fi.ti.ſed hodie iure nouiſſimo qui poteſt teſta
ri poteſt ⁊ manumittere:vt in auẽ.vt ſpon.largi.in.§.j.col.ix. ſed
in manumiſſione inter viuos tenet hic glo.ſuper ver.compleuerit
9 ⁊ in.d.auẽ.vt ſpon.lar.ꝙ debet eſſe.xx.annorum. ¶†No.j.in.§. iu
ſte.iuſtas cauſas ⁊ ſufficientes per quas res minoris poteſt alie
nari.nam cauſa neceſſitudinis parentum ⁊ cã affectionis ⁊ cã ad
miniſtrationis bonorum ⁊ matrimonij ſunt iuſte cauſe ſiue alie
cauſe neceſſitatis. Ex his pꝫ ꝙ cã manumiſſionis dꝫ eſſe iuſta fien
de a minore.xx.an.⁊ legitima de cuius iuſtitia relinquiẽ arbitrio
iudicis qꝛ qñ dubitatur de probatione cauſe ſtatur declaratiõi iu
dicis.l.etiam.circa prin.de ma.vindi.ꝑ quã legẽ ſtatur declaratio
ni iudicis qñ aliquis allegatur ſuſpectus an ſit iuſta cã ſuſpicio
nis ſicut ⁊ alias ſtatur declarationi iudicis ſuꝑ reformatione pũ
cti mittendi ad conſilium ſapientis.⁊ no.Barto.in.l.iuſiuran.⁊
ad pecunias

10 ad pecunias. §. ſi de qualitate. ff. de iureiurā. †Et inter cauſas hic enumeratas patet qđ pater poteſt conferre beneficium manumiſſionis ⁊ ecōuerſo ex quo infertur qđ pater doctor pōt filio approbato dare inſignia doctoratus ⁊ econuerſo filius patri. Et idem de militibus quia pater miles poteſt dare ſigna militaria filio ⁊ ecōuerſo. facit. l. j. ⁊. ij. ff. de offi. ꝑto. Item etiā pꝫ hic qđ cū ancilla nō pōt ꝯhere matrimoniū de iure ciuili vt hic. ⁊. j. de nup. in. §. ſunt ⁊ alie. in glo. nō eni vocat̄ mr̄imoniū ⁊c. l. cū ancillis. C.
11 de nup. ſecus de iure cāonico vt in. c. j. de cōiug. ſer. ¶†Scđo no. ibi vxor ducat̄ cū glo. qđ lꝫ alias matrimonia debēt eſſe libera vt ſic nō valeat pena nec iuramētū in eis appoſitū. vt no. plene ꝑ bar. in. l. titia. ff. de ver. ob. ⁊ in. c. gēma. extra de ſpō. fallit tñ vbi minor vult ancillā māumittere cā mr̄imonij cū ea cōtrahēdi qꝛ cogit̄ eā ducere ⁊ iurare infra ſex mēſes ⁊ ſic cām manumiſſiōis adimple-
12 re. l. ſi collactaneus. ff. de māu. vin. ¶†Tertio no. ibi minor. xvij. an. qđ minor. xx. an. dūmodo nō ſit minor ſeptēdecim pōt eſſe procurator qđ intellige ad negotia vt hic. ⁊. d. l. ſi collactaneus. ſꝫ ad iudicia nō pōt eſſe ꝓcur. l. ſi minor. ff. de ꝓcu. li. vj. fallit in filio qui quāuis ſit minor tñ in iudicio admittet̄ ad defendendū nec in eo caſu dat̄ filio minori in integrū reſtō vt in caſu ſingulari. l. exigen-
13 dū. in fi. de ꝓcu. C. †Itē eſt alia differētia inter ꝓcuratorē ad iudicia ⁊ ꝓcuratorē ad negotia qꝛ ꝓcurator ad iudicia nō pōt ꝓcuratorē ſubſtituere ante litis cōt. l. ꝓcuratoribꝰ. ⁊. l. neqꝫ. C. de ꝓcu. ſꝫ ꝓcur. ad negotia ſic. l. ꝓcu. §. j. ff. mādati. ⁊ hic in gl. aduocatꝰ aūt nō pōt eſſe minor. xvij. an. j. e. §. cū eīn. ⁊. l. j. §. pueritia. ff. de poſt. ⁊ qđ hic dr̄ qđ maior. xvij. an. pōt māumitti vt ſit ꝓcurator intellexerūt Ia. de are. ⁊ Old. in ꝓcuratore ad iudicia qꝛ ad negotia ſeruus pōt eſſe ꝓcu. l. ſeruū quoqꝫ. ff. de cu. ⁊. l. j. §. ſeruꝰ aūt. ff. de exer. ⁊. l. ſꝫ ⁊ ſi qs. §. pupillꝰ. ff. de inſti. Sꝫ doc. ⁊ glo. hic. ⁊. l. ſi minor. ff. de ꝓcu. ⁊. l. exigēdi. de ꝓcu. tenēt ꝯriū ꝑ qbus eſt hodie caſꝰ in. d. c. ⁊ qui gn̄aliter. in fi. vbi nō pōt eſſe minor. xxv. annis ꝓcu. ad iudicia. niſi in caſu ſingulari. d. l. exigēdi. tñ ſecꝰ pōt eſſe gn̄alis inſtitor vel exercitor. vt. §. cū aūt. ⁊. d. §. ſi pupillꝰ. Itē pōt ꝯſtituere ꝓcuratorē in his que facere ipſe pōt vt in peculiaribꝰ. d. l. ſeruū quoqꝫ. itē dicit Io. an. in. d. c. qui gn̄aliter. qđ cū ꝓcurator ad negotia gn̄alr̄ cōſtitutꝰ poſſit agere ⁊ experiri niſi in caſibꝰ ſpāle mādatū exigē-
14 tibus vt dicit tex. in. d. c. qui gn̄aliter. in prin. †qđ maior. xvij. an. ⁊ minor. xxv. ex quo pōt agere in iudicio poterit eſſe ꝓcurator ad iudicia ⁊ hāc opinionē tenet Hoſt. cū Ia. de are. qđ cōcedit Ioā. an. eſſe verū niſi opponat̄ exceptio. l. ita demū. C. de ꝓcur. ⁊ vide per bar. in. d. l. ſi minor. ff. de ꝓcu. ⁊ in. l. ſi collactaneꝰ. ff. de manu. vin. Itē intellige huc. §. impubere minor. xx. an. ſꝫ impubes hñs tutorē pōt manumittere cū aut. tutoris vel iudicis ſupplētis defectuꝫ
15 tuto. l. pe. ff. de ma. vindi. ¶†Quarto no. in. §. ſemel. qđ cū decretū interpoſitū eſt ex cā nō iuſta ſꝫ tñ approbata: vel etiā ex falſa vꝫ ⁊ tꝫ ⁊ pōt retractari: qđ eſt verum ſi falſa cā allegata ⁊ approbata ſine obreptiōe ⁊ dolo ptis vel iudicis: vt hic. ⁊. l. iuſta. §. j. ff. de ma. vid. ⁊ in pn̄tia partis nō in abſentia vt. l. j. C. ſi ex fal. alle. excu. fue. Sed ſi decretū fuit obreptitiū tunc eſt ipſo iure nullū. l. cū vero. §. ſubiūctū. ff. de fidei. liber. ⁊. l. ⁊ ſi pſes. C. de mino. ſiue obreptio veniat ex cauſa debitoris aſſerētis ſubeſſe debitū qđ nō ſuberat. l. j. §. hec verba. ff. ne vis fi. ei. ſiue ex cauſa rei qui dicebat̄ latitare cū nō latitaret. l. fulcinīꝰ. §. ſi qs ho. ff. ex qui. cau. in poſ ea. ſiue ex cauſis iudicis obreptionem ſcientis argu. a contrario ſenſu in. l. ſi forte. ff. de offi. ꝑſi. ar. l. queſitū. ⁊ qđ ibi no. ff. de re iu. ſiue in cauſa facti qꝛ dat̄ tutor hñti quaſi nō habeat. l. tutor. ſi petie. ff. de tu. ⁊ cu. da. ab his. ſiue in perſona minorū vt qꝛ datus ſit tutor vt minori cū eſſet maior. l. ſeie egreſſe. ff. de tu. ⁊ cu. da. ſiue in cā iuris vt qꝛ iudex ꝓnunciauit. xiiij. an. poſſe teſtari. l. ij. C. qn̄ ꝓuo. nō eſt ne. ⁊. l. q teſtō. ff. de excu. tu. Fallit ſi obreptio ſit appoſita in qualitate pſone tutoris vt qꝛ aſſerebat̄ idoneus cū nō eſſet. l. tres tutores. ff. de admi. tu. Item fallit ſi interuenit ſupportabilis vt qꝛ datus fuit nouus tutor cū teſtamentarius deberet confirmari. l. ſi vt proponis. C. de cōfir. tu. Itē fallit ſi ſit obreptio ex re vel tertij vt qꝛ miſſio tanquā in rebus debitis ab eo conceſſis ⁊ ſunt alterius nō tꝫ decretū lꝫ detur reſtitutio. l. iuſte poſſidet. ff. de acqui. poſ. ⁊. l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iu. Quid autem in ſententia lata ob certam cauſam an ſit ipſo iure nulla. dic per bart. in. l. ſi is ad
16 quem. ff. de acqui. poſ. ¶†Quinto no. ibi mediam viā eligentes qđ media via eſt eligenda qn̄ in vtroqꝫ extremorū eſt ratio equalis vt hic. ⁊. l. titius vocatus. ff. ad trebel. ſed vbi eſt maior ratio in vno quā in alio tūc ſecus imo prefert̄ id in quo eſt maior ⁊ iuſtior ratio ſicut in matre que habet in manibus propria bona ⁊ bona filij. nam eſt maior ⁊ iuſtior ratio qđ preſumat̄ alere filium de bonis filij quā de bonis communibus ſui ⁊ filij. l. nenſenius. ff. de negotijs geſtis. ⁊. l. ſi pro parte. §. item conuenit. ff. de pecu.

¶De lege fuſia canina. Rubrica.

1 ☞Lex ⁊ ſtatuta iniqua ſunt e medio tollenda.
2 Conceſſum inter viuos non debet in vltima voluntate denegari.
3 Argumentum a contractu ad vltimam voluntatem quando valeat. ⁊ numero. 4.

Lex fuſia canina. ¶Sublata lege fuſia canina que ꝑmittebat inter viuos dare libertatē oībꝰ ſeruis ſed nō vltima volūtate niſi vſqꝫ ad certū numerum hodie eſt licitū ciuiliter omnibꝰ dare libertatem niſi ſint alique cauſe prohibens de quibꝰ eſt
1 dictū. ſ. in precedenti ti. hoc dicit. ¶†No. ibi: inuidie. qđ lex ⁊ ſtatuta inuidia ⁊ iniqua nedum ſunt corrigēda: ſed etiā de capitularibus ⁊ volumine ſtatutorū extrahēda. ⁊ ideo ſtatuta facta cōtra libertatē eccleſie ⁊ eccleſiaſticas pſonas tanquā iniqua ſunt corrigenda: vt in. c. nouerint. de ſen. excō. ⁊ per Bar. in aut̄. caſſa. de ſac.
2 ſan. eccle. ¶†Itē no. qđ illud qđ concedit̄ inter viuos dꝫ etiā concedi in vltima volūtate. ⁊ ſic licitū eſt arguere affirmatiue de contractibꝰ ad vltimas volūtates ⁊ ecōtra. qđ eſt verū vbi eſt eadem ratio. alr̄s nō vt hic. ⁊. l. pactū. ff. de pac. ⁊. l. ſeruū filij. §. eū qui chirographū. ff. de le. j. ⁊ ideo nō poterat olim teſtator ꝓhibere in teſtamēto detrahi falci. vel delegato in preiudiciū heredis. l. qđ de bonis. ff. ad. l. fal. ⁊ tñ heres per pactū poterat remittere. l. j. eo. ti. qꝛ erat diuerſa ratio tñ ſi heres remittit ceſſat timor ne teſtamētū deſtituat̄ cum iam adiuerit. hodie aūt hñ pōt teſtator ꝓhibere: vt in aut̄. ſed cū teſtator. C. ad. l. fal. qꝛ lꝫ heres nō adeat tñ valēt legata. ⁊ qꝛ etiā heres haberet cōmodū ab inteſtato. ſ. meritū ab eo exequēdo volūtatē defuncti. in aut̄. de hered. ⁊ fal. §. ſi vo expreſſum. Similiter teſtator nō pōt remittere cautionē fructuario de vtendo ⁊ fruēdo arbitrio boni viri. l. pe. C. vt leg. no. ca. ⁊ tñ heres per pactū poſſet. vt tenet glo. in. l. j. C. de vſufru. ⁊ dic latius per Dyn. in. d. §. eū qui chirographo. ⁊ ꝑ gloſ. in. d. l. pactū. per Saly. l. fi. C.
3 de leg. †Quādo aūt cōtractꝰ ⁊ vltima volūtas cōueniūt in ratiōe idētitatis ⁊ tūc licitū eſt arguere de vno ad aliud vt ſic lego vel vēdo tibi inſtrumētū debitoris mei vtroqꝫ caſu videor legare tibi vl̄ vendere nomē debitorū cum vtrobiqꝫ ſit eadē ratio. eo. §. eum qui chirographū. cum diſcōueniūt in ratione tūc ſi eſt maior ratio in vltima volūtate quā in ꝯctu licitū eſt arguere de vltima volūtate ad cōtractū negatiue de cōtractu ad vltimas volūtates affirmatiue. C. de le. l. j. ⁊. ff. de ver. ob. l. obligationum fere. §. lꝫ. ⁊. d. l. pactū. ff. de pac. ⁊. l. femine. C. vt le. no. ca. in dubio vero regula iuris obtinet in teſtis. ff. de reg. iur. ſ. cum plenior ſit faciēda interpretatio in vltima volūtate. d. l. in teſtamētis: qꝛ tūc ꝓcedit regula negatiue de vltima volūtate ad cōtractū. ⁊ regula affirmatiua de cōtractu ad vltimā volūtatē. d. l. fi. C. de le. ⁊. d. §. placet. Sed nunquid pōt argui de iudicijs ad vltimā volūtatē vt ſi in iudicio pōt alicui pignus conſtitui poſſit etiā a teſtatore dic qđ ſic. l. non eſt mirum. ff. de pigno. ac. ¶Et no. hic qđ glo. dicit. j. de obli. que quaſi ex cōtractu naſcunt̄. in prin. qđ iudex dubitans circa hanc. l. magis punitur in ſyndicatu quā ſi dubitaret circa. l. gallꝰ. ff. de li. ⁊ poſt. ⁊c.

¶De his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Rubrica.

1 ☞Contrariorum eadem diſciplina.
2 Seruus non ſibi ſed domino querit.
3 Seruus olim a domino licite occidi poterat.
4 Dominus in ſeruum moderate ſeuire poteſt.
5 Pater filium incarcerare poteſt.
6 Iudex vltra delicti exigentiam puniens punitur.
7 Dominus quibus caſibus ſeruum punire poſſit.
8 Fugiens ad eccleſiam ſecurus efficitur.
9 Iudex patientibus perſecutionem ſuccurrere debet.
10 Uir vxorem corrigere poteſt.
11 Paterfamilias domeſticos corrigere poteſt.
12 Uerberare non dicitur pugnis cedens.
13 Aſſenſus non negatur iuſte deprecantibus.

Sequitur de his. Diuiditur in ſex ptes. Primo continuat ſeipſum. Secundo ibi nanqꝫ. ponit vnicam diſtinctionem perſone. Tertio ibi: Rurſus. ponit aliam diuiſionem. Quarto ibi videamus. proſequitur membrum ſecūdum prime diuiſionis. Quinto ibi in poteſtate. declarat qui ſunt in poteſtate dominorum. Sexto ibi ſed hoc tēpore. illam poteſtatem multipliciter reſtringit vſqꝫ ad finem.
1 ¶†Nota primo in verbo. ſi cognouerimus. cum glo. qđ cōtrariorum eadem eſt diſciplina. ⁊ cognito vno de contrarijs cognoſcit̄ ſtatim ⁊ reliquum nam poſitio vnius eſt excluſio alterius. vt hic et. l. j. ff. eo. nam non cognoſcitur malū niſi mediante bono: ⁊ ecōtra. vt vult glo. in rubrica. C. ne lice. poten. ¶Et adde qđ quotieſcunqꝫ duo contraria ſic ſe habent qđ inter ea nō eſt dare medium neqꝫ tertium adiacens tunc vno cognito neceſſario cognoſcitur ⁊ reliquum. intellige igitur tuum dictum qđ contrariorum eadem eſt diſciplina et notitia ſiue doctrina: licet reſpectu cognominis: ſed reſpectu effectus nō eſt eadem doctrina imo eſt cōtrarius effectus cum de vno predicetur affirmatiue ⁊ de alio negatiue. ff. de

accu.l.qui accuſare. ſimiliter reſpectu poſitionis cõtrariorum qꝛ
poſitio vnius eſt excluſio alterius:vt eſt dictum.l. hec verba.ille
aut ille.ff.de ver.ſig.⁊.l.ſed ⁊ ſi pupillus.§.ſi iuſtitia.ff. de inſtito.
aut.de man.prin.§.neqꝫ aũt.col.iiij.⁊ hoc vt de vtroqꝫ diſponatur
in iure affirmatiue ⁊ negatiue.vt cum dr̃ vbi dãnum ⁊ ibi lucrum
debet eſſe.⁊ econuerſo.j.de emp.⁊ vẽ.§.cũ aũt.C.de cadu.tol.l.j.§.
pro ſcd̃o.⁊.C.de furtis.l.fi.§.ſed cuꝫ in ſcd̃a. ⁊ in regula iuris vbi
damnum ⁊c.lib.vj. ¶ Item patet hic qd̃ quelibet cõſtitutio ſerui
tutis proceſſit de iuregẽ.ſ.de iure perſonarum.§.ſeruitus.tamen
eius frenata poteſtas ⁊ dñium eſt de iure ciuili. Erat enim ptãs
vite ⁊ necis dño in ſeruũ:vt hic.⁊.l.j.ff.eo. Et ſimiliter patri in fi-
liũ.l.in ſuis.de lib.⁊ poſth.⁊.l.fi.C.de pa.po.⁊ hec in glo.in verbo
eſſe.lꝫ hodie hec poteſtas necis ſit ſublata.l.j.C.de emẽd. ſeruo.l.j.
C.de emend.ꝓpinquorũ.licet etiã ſine cauſa poſſet dñs moderate
corrigere ſeruũ.vt hic in glo.in verbo cognita.⁊.d.l.j.de emẽ. ſer-
3 occupat vſuarius. † Et ex predictis patet qd vſuarius tenetur ſtare cum colono cum non poſſit prohibere colonum habitare: vt. l. ſi habitatio. §. ſed qd. ff. e. ſed vſufructuarius non tenetur ſtare: vt. d. l. arboribus. §. vſufructuarius. Sexto differunt q2 vſuarius debet ipſe ſolus tantum habitare ⁊ cum perſonis neceſſarijs ſibi ⁊ ēt hoſpitem notum ⁊ amicum ſuum recipere: vt hic. ⁊. ff. eo. l. ij. §. j. ⁊ l. ſi ita ſtipulatus fuero per te non fieri. ff. de ver. ob. ſed poteſt fructuarius quoſlibet recipere ⁊ locare: vt. d. §. vſufructuarius. Septimo differunt q2 vſuarius ſerui ſiue ille cui eſt relictus vſus miniſterij ſerui. vel vſus boum vel iumentorum poteſt ipſe tantum operis ſerui vel boum vti non autem alij locare. ⁊ ſic acquiritur ſibi ex re ſua. ſ. laborando cum bobus ⁊ vtendo operis ſeruorum in rebus ipſius vſuarij: vel etiam a ſe conductis: non autem acquiritur ſibi ex operis ſeruorum ⁊ boum. ſ. locando alteri ad preciū diurnū: q2 hoc non poteſt facere: vt hic in ver. item is. ⁊. l. plenū. §. ſi boum cū. §. ſequenti. ⁊ cū. l. ſeq. ⁊ ſeq. ff. e. Octauo differūt: q2 vſuarius pecoris vel ouiū pōt vti ad ſtercorādū ſ3 non lacte nec agnis neq3 lana niſi modicū ad ſuū vſum ⁊ ſeruorū ſuoꝝ: vt glo. hic. ⁊. ff. eo. l. plenū. §. ſi pecoris. ſed fructuarius percipit oēs fructus pleno iure: vt. l. vſufructu legati. ff. de vſufructu. ⁊. l. qui ſic. §. preterea. ff. de vſufru.

a ¶ Sed differūt. not. has viij. differentias iter vſufructuariū ⁊ vſuariū quas ēt ponit hic Hē. her. poſt prin. ver. no. ſcdo ibi.

b ¶ Itē niſi. vide hic. d. an. de are. q ponit diſtinctionem ſup hac materia. que requiruntur ad vſucapionem.

4 **Sed ſi cum habitatio.** † No. q habitatio eſt tertium genus ſeparatum ab vſufructu ⁊ vſu. nam partim conuenit cū vno ⁊ partim cum alio. conuenit enim cum vſufructu: q2 ſicut vſufructuarius poteſt alijs locare: vt. l. arboribus. §. fructuarius. ff. de vſufruc. ita habens habitationem: vt hic. ⁊. C. eo. l. antiquitas. Sed diſcordat q2 habitatio non finitur niſi morte non autem non vtendo nec capi. dimi. q2 ſine alimentis ⁊ habitatione viuere non poſſumus: vt dicit ibi. §. ſed vſuſfructus finitur multis modis vt. s. ti. j. §. finitur C. eo. l. corruptionem. cū vſu conuenit: q2 habens habitationē pōt recipere eas perſonas quas ⁊ vſuarius. ff. eo. l. ſi habitatio. ⁊ cum iſto magis vr̄ conuenire q̄ cū vſufructu. ideo dicit tex. in. d. l. habitatio. qd effectu quaſi eſt idem legatū vſus ⁊ habitationis: ſed ab eo diſcordat: q2 vſuarius non poteſt alteri locare niſi ipſe habitet vt. s. dictū eſt. ſed habens habitationem ſic: vt hic. cum vtroq3. ſ. tam cū vſufructu q̄ cū vſu conuenit habitatio: q2 poteſt conſtitui inter viuos in contractibus ⁊ in vltima volūtate ſicut vſuſfructus ⁊ vſus: vt hic in glo. in verſi. aliquo modo ⁊. ff. eo. l. corruptionem in fi. Item conuenit q2 non tranſit ad heredem ſine illa duo: vt. d. l. ſi habitatio. §. heredem. Sed cū vtroq3 diſcordat: q2 habitatio cōſtituitur vtplurimum ſolū in domo: ſed vſuſfructus ⁊ vſus etiam in alijs rebus vt dicit glo. in ver. vſumfructū. C. eo. l. cū antiquitas niſi conſtaret de mente teſtatoris per preſumptionem ⁊ coniecturas ſumptas ex eius conſuetudine: vt q2 ſolebat vti vocabulo habitationis pro domo: vt dicit. §. in. d. l. cum antiquitas. Sic etiā interdū accipitur poſſeſſor pro domino vt in eo qui legat poſſeſſiones ſuas. l. interdū. de verbo. ſigni. dic etiam donando vel dando rem ad vſum vel fundum ad alimenta videt proprietas relicta de
5 quo per Bar. in. l. donationes. §. ſpecies. ff. de dona. † Item quid ſi relinquit quis vſumfructū domus cā habitandi an erit relict⁹ vſuſfructus domus an ſola habitatio. dic q ſola habitatio intelligitur relicta: vt. l. cū antiquitas. ⁊. d. l. habitatio. §. ſicut. he leges faciunt qd ſi relinquitur alicui in gaudimentū qd intelligatur ſolum ad vitam eius ⁊ non tranſiuit ad heredes. Sed contrarium determinat Bald. qd imo tranſmittat ad heredem. vt in. §. ſed ſi cui. q2 verbum in gaudimentum adijcitur fauore legatarij ⁊ non reſtringit legatum. ſcdm. d. §. ſed ſi cui. illa verba cauſa habitandi ſunt adiectiua eius pro cauſa finali: ideo reſtringunt legatū. ⁊ de hoc. ſ. quando cauſa ſequens habeat reſtringere legatum p Bar. in. l. libertas. ff. de alimen. ⁊ciba. lega. Quid ſi teſtator vult ⁊ mandet qd vxor poſſit ſtare ⁊ habitare in vna ex domibus eius in qua magis ipſa eligit ſtare: ⁊ ipſa eligit ſtare in vna in qua etiā heres vult ſtare: q2 domus eſt ampla: an poſſit. puto q ſic q2 non ius habitationis ſed facultas habitandi ſolū d2 relicta. vt no. per Bar. in. l. aquilia. ff. de dona. Et qd notat ipſe in. l. quoties. §. maximos ff. de pub. ⁊. l. ſempronio. ff. de vſufru. leg. alias habitatio relinquatur non puto q poſſit ſicut non pōt relicto vſu. l. fi. §. j. ff. de vſu et habi. Et q2 habens habitationem poteſt locare. vt hic. ⁊. C. eo. l. cum antiquitas.

## ¶ De vſucapione ⁊ longi tempo. preſcriptio. Rubrica.

1 ☞ Uſucapione antiqua poſtpoſita res mobiles triennio vſucapiuntur tempeſtate noſtra.
2 Uſucapio ⁊ preſcriptio quinq3 requirunt.
3 Bona fides quando requiratur.
4 Mala fides an interrumpat vſucapionem.
5 Bona fides in vſucapione qualis debeat eſſe.
6 Bona fides an probari debeat ⁊ an excuſet a fructibus perceptis
7 Titulus qualis in vſucapione requiratur. ⁊ nu. 8.
9 Interruptio tituli an interrumpat vſucapionem.
10 Uſucapio quid requirat vt ipſa legitima fiat. ⁊ nu. ſeq.
17 Poſſeſſio continua qualiter probetur.
18 Uſucapio quare ⁊ quo iure introducta fuerit.
19 Res mobilis triennio vſucapitur.
20 Preſcribens ⁊ is contra quem preſcribitur quando preſentes dicantur.
21 Uſucapi que poſſint ⁊ que non.
22 Res furtiua vſucapi nequit. ⁊ nu. 23.
23 Uitia realia que ſint ⁊ que perſonalia.
24 Actio furti quando competat.
25 Uendens ſcienter rem alienam furtum committit.
26 Furtum non committitur ſine dolo vel affectu malo.
27 Occupans poſſeſſionem rei immobilis an poſſit eam preſcribere.
28 Poſſeſſio vacans que dicatur.
29 Poſſeſſio ciuilis curſu longi temporis neglecta velut vacans preſcribi poteſt.
30 Res fiſcales an poſſint vſucapi ⁊ qualiter. ⁊ nu. 31.
32 Principis patrimonium non poteſt vſucapi.
33 Res ciuitatis preſcribuntur centum annis.
34 Res eccleſiarum preſcribuntur ſpacio quadraginta annorum.
35 Emptor rei eccleſie viuente prelato qui vendidit eam non poteſt preſcribere.
36 Res pupilli etate pupillari durante nequeunt vſucapi.

Preſcriptio

37 Pꝛeſcriptio non currit in rebus filio aduentitijs.
38 Res dotalis quando poſſit vſucapi.
39 Vſucapi non dicitur res que reali vitio afficitur.
40 Acceſſione qui vtantur in vſucapione complenda.
41 Succeſſoꝛ ſingularis differt ab vniuerſali.
42 Emens a fiſco rem alienam an ſit ſecurus.
43 Fiſcus in duobus pꝛiuilegiatur. ⁊ nu. 44.
45 Fiſcus rem alienam duobus modis vendere poteſt. ⁊ nu. 46.

**Ure ciuili.** ¶Tex. ſ. in pꝛecedēti ti. in fi. ꝯtinuat hūc ti. Et pꝛincipiū huius ti. h. d.
1 †Reiecta vſucapione antiqua hodie res mobiles vſucapiunt triēnio. immobiles vero inter pn̄tes decēnio ⁊ inter abſn̄tes. xx. anno. ꝓſcribunt. h. d. vſq; ad. §. ſed aliqn̄. Et q̄ actio det ad recuperādū rē quā qs vſucapiebat vel ꝓſcribebat. dic ꝙ cōpetit actio publiciana: vt. ff. de publicis. l. j. ⁊. ſ. de actio. in. §. alie.
2 ¶†Quero quot ſunt neceſſaria ad vſucapionē vel ꝓſcriptionem. dic ꝙ qnq; que ponunt p glo. in. §. alie. Et his verſibus. Nō vſucapies niſi ſint talia quinq;. Bona fides: iuſtus titulus: res nō vitioſa. Qꝺ res tradat: ⁊ tp̄s ꝯtinuet. Querit an ſit neceſſe pꝛobare oīa iſta qnq;. dic ꝙ nō: ſed ſufficit ſolū tria ꝓbare. ſ. traditionē rei. ⁊ titulū ⁊ cōtinuationē poſſeſſionis. reliqua aūt duo. ſ. bona fides. et ꝙ res non ſit vitioſa ꝓſumunt a iure. ⁊ ſtatur aſſertioni vſucapiētis: niſi ꝓbet cōtrariū. ſm gloſſ. in. d. §. alie. dixi pꝛimo ꝙ in vſucapione requirit bona fides. vt hic in pꝛin. ⁊. l. iſta. de vſuca. trāſfoꝛ. Sup quo no. ꝙ in cōtractu emptionis ⁊ vēditionis duobus tpibus bona fides requirit tpe ꝯtus ⁊ traditionis. ſed in alijs ſolū
3 tpe traditionis: vt. l. ij. ff. p emptoꝛe. ¶†Quero pꝛimo quo tpe requirit bona fides. dic qꝺ in ꝯtu emptionis ⁊ vēditionis duobus tpibus bona fides requirit. ſ. tpe ꝯtus ⁊ traditionis vt. l. ij. ff. pꝛo
4 emptoꝛe vt hic in glo. ij. ¶†Quero ſcꝺo an mala fides ſupueniēs interrūpat vſucapionē. dic ꝙ mala fides ſuperueniēs poſt traditionem ⁊ ſic poſt incboatā vſucapionē nō nocet qn̄ ꝓcedat vſucapio de iure ciuili. vt in glo. ij. Et no. in. d. l. vnica. de vſuca. trāſfoꝛ. niſi ſuperueniat ſcīa rei aliene ⁊ furtiue: vt. l. ſi ancillā. ff. p ſocio. ⁊ ex hoc pꝫ cū mala fides ſuperueniens nō noceat: q2 lꝫ denūciatio facta ab initio ꝙ res eſt aliena ꝯſtituat quē in mala fide vt. l. ſi fundū. C. de rei vē. tn̄ talis denunciatio facta poſt incboatā vſucapionē non nocet: ſed de iure canonico cui in hoc eſt ſtādū: q2 tāgit pec
a catū requirit oī tpe bona fides. vt in. c. fi.[a] de pꝛeſcr. in. c. male fidei
5 poſſeſſoꝛ. de re. iu. li. vj. ¶†Tertio quero qualis debet eſſe hec bona fides. dic qꝺ requiritur bona fides. ſ. firmiter ⁊ irreuocabiliter vel dubitanter ⁊ reuocabiliter. Nam ſi poſt incboatam vſucapionem quis cepit dubitare vtrum res pertineat ad eum vel nō. ⁊ ſic non habet bonam vel malam fidem. vel etiam licet medio tempoꝛe vſucapionis putauerim rem alienam: pꝛimo tamen putabam ad me ſpectare. certe iſta non impediunt complere vſucapionē vel pꝛeſcriptionem. vt no. per glo. ⁊ Jnno. in. d. c. fin. ⁊ per Bar. in. l. naturaliter. ff. de vſucapio. ⁊ per Ang. in. d. l. j. C. de vſucap. transfoꝛ.
6 ¶†Quarto quero an debeat pꝛobari bona fides: ⁊ an excuſet a fructibus. dic quod non debet pꝛobari. ſed pꝛeſumit bona fides ſi pꝛecedat titulus verus vel putatiuus iuſto erroꝛe: vt. l. celſus. ff. de vſucapio. ⁊ ibi per Bart. ſecus in iuſto: vt eſt erroꝛ iuris: puta ſi quis credat ſe poſſe vſucapere rem quam non poteſt: nam talis erroꝛ ⁊ ignoꝛantia iuris nocet quantum ad vſucapionem: ſed nō quantum ad fructus vnde non tenetur de fructibus perceptis niſi in quantum eſt factus locupletioꝛ: vt no. per glo. ⁊ per Bart. in l. ſi fur. §. j. ff. de vſuca. ⁊. l. ſed ⁊ ſi lege. §. ſcire. ff. de peti. heredi. Dicit tamen Jnno. in. c. cum veniſſent. de in integ. reſtit. in. iij. col. in in ver. item no. quod non ſufficit. quem ſequitur Ange. de pe. ⁊. l. ☞ pꝛeſcriptione. C. quibus non obijci. pꝛeſcrip. longi temp. ꝙ etiam ſi quis non habet titulum verum nec putatiuum: ſed poſſideat lōgo tempoꝛe ſine controuerſia quod pꝛeſumitur poſſediſſe bona fide. ⁊ ideo talis poſſeſſoꝛ quantumcunq; ſine titulo non tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptoꝛum tanq̄ mala fide poſſederit: niſi de ſua mala fide doceatur. quod no. licet autem bona fides non pꝛobetur tamen volens excludere eum qui aſſerit ſe vſucepiſſe debet pꝛobare eius malam fidem. qꝺ pꝛobabit pꝛobando qꝺ ei fuit a pꝛincipio denunciatum qꝺ res erat aliena. vt. l. fundum. C. de rei ven. Jtem ſi coꝛam aliquibus dixit rem alienam eſſe ar. l. labeo. ff. de ſuppel. lega. Jtem ſi erat fama publica in vicinia ſua qꝺ res aliena erat: vt no. per glo. notabilem in. l. ſi tutoꝛ. C. de per. tu
7 to. de quo per Bar. in. d. l. celſus. de vſucapio. ¶†Secundo requiritur in vſucapione iuſtus titulus: vt emptionis: donationis: legati: ⁊ ſimiles: vt hic. ⁊. ff. de publi. l. j. in fine. cum pluribus legi
8 bus ſequentibus. †Super quo quero duo. ⁊ pꝛimo qualis debet eſſe titulus. dic quod debet intelligi de titulo vero vel etiam putatiuo iuſto erroꝛe interueniēte: puta perſuaſiſti mihi multis factis implicite ꝙ vēdideras mihi talē rem. vel ſi ꝓcuratoꝛ me⁹ vel tutoꝛ vel curatoꝛ vel negotioꝛū geſtoꝛ vel tales pr̄ vel frater meus dixerūt mihi ꝙ emerāt rē noīe meo. vn̄ hoc putās poſſedi bona fide hoc titulo emptiōis putatiuo. certe ſufficit ad vſucapionē ſꝫ tn̄ cōtractu emptionis ⁊ vēditionis pꝛopter eius frequētiā requirit iuſtiſſima cauſa ſiue iuſtiſſimus erroꝛ. de quo pleniſſime per Bar. in. d. l. celſus. Jtē intellige qn̄ talis titul⁹ putatiu⁹ erat poſſibilis haberi per rerū naturā. al's nō ſufficit. nā ſi nō putaui rē fuiſſe moꝛtui q erat viuēs: iſte talis titul⁹ pꝛo herede putatiu⁹ nō ſufficeret:
9 vt. l. j. p herede. ⁊ ibi per Ang. †Scꝺo quero an interruptio tituli ſeu ei⁹ defect⁹ interueniēs interrūpat vſucapionē: puta ſi moꝛiat teſtatoꝛ q poſſidebat p emptoꝛe ante cōpletā vſucapionē: dic qꝺ ego heres poſſum cōplere vſucapionē ex titu. ſ. nono p herede vel legato ⁊ ſic datur acceſſio mei tituli cū titulo teſtatoꝛis: vt. l. pōponius. §. ſed ſi legatario. ff. de acq. poſ. de quo p Bar. in. l. naturalr.
10 ff. de vſucap. ¶†Tertio reqrit in vſucapione qꝺ res nō ſit vitioſa. puta ꝙ nō ſit res ſacra furtiua vel vi ablata: q2 vitiū afficit rē ⁊ reddit reꝫ inuſucapibilē donec vitiū purget. vt. ſ. eo. §. furtiue. ⁊. ff. de
11 vſucap. l. ſequit. §. qꝺ aūt. ¶†Quarto reqrit in vſucapione rei tra
12 ditio. vt. d. l. j. §. fi. ff. de publi. †Sup quo q̄ro pꝛimo an debeat pꝛobari traditio poſſeſſiōis. dic qꝺ vſucapiēs debet ꝓbare poſſeſſionē ſibi traditā in caſib⁹ in quib⁹ nō acqrit dn̄iū ſine traditiōe. vt ī ſuo herede ⁊ in re legata dꝫ pꝛobare appꝛehenſionem poſſeſſionis vel aliud quod loco poſſeſſionis vel appꝛehēſionis habeatur vt quia venditoꝛ tēpoꝛe venditiōis ſciebat rem apud emptoꝛē eſſe. ⁊ intellige de appꝛehenſione ſine vitio: nam vitioſa appꝛehenſio nō pꝛo
13 bat cauſam vſucapiēdi. l. nō dubiū. C. de. leg. †Scꝺo quero qualis debet eſſe traditio. dic qꝺ ſicut ſufficit putatiuus titulus ita etiam ſufficit putatiua traditio dummodo iuſtiſſimus erroꝛ pꝛecedat tēpoꝛe putatiue traditiōis: vt quia reperi in hereditate patris mei rem ab eo emptam. quam putabam ſibi foꝛe traditā. certe ſufficit ad vſucapionem. licet nō fuerit ei tradita. l. iuſta. §. filie. ff. eo. ⁊ per
14 Barto. in. d. l. celſus. †Tertio an requiritur traditio poſſeſſionis dic qꝺ licet quo ad acquiſitionē dn̄ij nō requirat poſſeſſio vacua. l. ſi fundum. ff. de fundo dotali tn̄. in vſucapione requiritur vacua poſſeſſio. vt. l. ſine poſſeſſione. ⁊. l. naturaliter. ff. eodē. ⁊ ideo lꝫ iſte cui eſt tradita poſſeſſio poſſideat naturaliter: tamen ſi alius poſſideat ciuiliter nō incipiet pꝛeſcribere donec poſſidens ciuiliter deſinat poſſidere animo vel negligentia longi tēpoꝛis: vt tenet glo. magna in fi. in. l. j. C. de ſer. fugit. de quo per Bartol. in. d. l. celſus.
15 ¶†Quinto requirit in vſucapione qꝺ tp̄s poſſeſſionis continuet q2 ſuperueniens defectus poſſeſſionis interrumpit vſucapionem
16 vel pꝛeſcriptionem. l. naturaliter. ff. eo. †Super quo quero pꝛimo an ſola ciuilis poſſeſſio ſufficiat ad vſucapionē. dic quod licet attēdatur coꝛpoꝛalis poſſeſſio ſi tn̄ eſt tantum ciuilis illa ſola eſt ſufficiens ad vſucapionē. l. j. §. per ſeruū qui in fuga. ff. de acqui. poſ. de
17 quo per Bar. in. d. l. naturaliter. †Secūdo quero qualiter pꝛobat cōtinua poſſeſſio. dic qꝺ pꝛobat pꝛobatis extremitatib⁹ tēpoꝛis. ſ. incepi poſſidere. certe pꝛeſumoꝛ medio tēpoꝛe poſſediſſe. lege ſiue poſſidetis. C. de pꝛoba. ⁊ ſic cautus articulans in refoꝛmatione capituloꝛum vt dicta teſtium cōcludāt cōtinuū tp̄s reqſitū ad ꝓſcriptionem. nō enim ſufficit articulari ⁊ pꝛobari qꝺ poſſedit a. x. annis ⁊ citra: quia hoc verificaret ſi vna die vel nocte tantū poſſediſſet. l. j. §. quod autē. ff. de aqua quoti. ⁊ eſti. niſi diceret a. x. annis. ⁊ citra: q2 tunc copula ⁊ denotat pꝛincipiū poſſeſſionis fuiſſe iam ſunt. x. anni. ⁊ pꝛeſumitur hucuſq; poſſediſſe. vt in. c. licet cauſam. verſi. ex pꝛemiſſis. extra de pꝛobatio. Jtem ſimiliter non ſufficeret dicere quod poſſedit iſte. x. annis pꝛoximis: quia poteſt verificari in vna die. vt in. d. §. quod aūt foꝛmentur articuli. ergo hoc modo ſ. quod poſſedit a. x. annis ⁊ citra. ⁊ per ipſum tp̄s vel poſſedit per tp̄s. x. annoꝛū pꝛoxime pꝛeteritoꝛū: q2 hec dictio p ſignificat perfectionē totius tēpoꝛis. l. vt vꝛbana. §. pꝛouocare. ff. de verbo. ſign. incboatoꝛū vel finitoꝝ tali anno mēſe vel die vt ſic appareat ꝙ tp̄s ſit finitū ante lit. conteſta. vel litē motā. Nā ſi teſtis diceret qꝺ poſſedit per. x. annos elapſos intelligere a die redditi teſtimonij. ⁊ ſic poſt litem conteſta. quo tempoꝛe iam eſſet interrupta pꝛeſcriptio per lit. conteſt. de quo dic plene per Bar. in. d. l. celſus. de vſucap.
18 ¶†Not. ex pꝛin. ne rerū dn̄ia. quod fauoꝛe publico introducta eſt vſucapio ne reruꝫ dominia remaneāt in incerto. vt hic. ⁊. l. j. ff. e. ⁊ vt ſit finis litium. vt hic in glo. in ver. dn̄ia. Et q2 hoc eſt ſcriptum in ſpecie pꝛefert eqtati ſcripte in genere: q̄ eſt qꝺ nemo debet locupletari cū iactura aliena. vt. l. nā natura. ff. de cōdi. inde. Et an per pactū poſſit renūciari pꝛeſcriptioni. dic per Bart. in. l. j. ff. eodem.
19 ¶†Scꝺo no. in ver. ⁊ ideo quod res mobilis vſucapitur triēnio ⁊ immobilis decēnio inter pꝛeſentes. ⁊. xx. inter abſn̄tes. Et an iſtud tp̄s ſit continuū de momēto ad momētū. dic vt hic in glo. in ver.
20 trienniū. †Jtē qn̄ dicant eſſe pn̄tes pꝛeſcribēs ⁊ ille cōtra quē pꝛeſcribit. dic qꝺ tunc hn̄ ſunt in eadē pꝛouincia vbi pꝛouincia habet dominium ab eodē vt olim habebat ab vno pꝛeſide. Et adeo cum hodie dux ducatus pꝛeſit toti ducatui exiſtentes intra ducatum dicent pꝛeſentes. ſecus in habentib⁹ dominiū a diuerſis: q2 tunc intelligent pꝛeſentes. ſ. in eadē ciuitate exiſtētes. vt in glo. ſingulari. in. l. fi. C. de pꝛeſcrip. lon. tēpo. ¶Jtē not. ex fine. ibi dominia rerū cōiuncta gloſ. per vſucapionē querit dn̄ium. ⁊ aliqn̄ ſola exceptio. de quo dic per gloſſ. in aut. niſi triennale. C. de bonis mater. ⁊ per Dy. in. c. ij. de regu. iur. lib. vj.

a ¶Lc. fi. vbi late vid. per d. Abbatē ⁊. d. Fely. late de hoc ſcribētes ⁊. d. Jo. an. ⁊ Dy. i. d. regula iuris poſſeſſoꝛ.

Nota qualiter pꝛobatur mala fides.

21 **Sed aliquando.** ¶†Liber hõ res religioſa vel ſacra ⁊ ſeruus fugitiuus nõ poſ
ſunt vſucapi.h.d. vſqꝫ ad.§.furtiue.non enim liber homo vſucapi
tur ꝗuis bona fide retineatur etiam centũ annis.vt no.gl.l.fi.C.
de preſcri.lon.tem.que pro libertate.ſecus in aſcriptitijs colonis
qui licet liberi ſint:tñ ſunt aſcripti glebe.i.predio ⁊ ſequunť ipſuʒ
prediũ.l.cũ ſatis.§.cũ aũt.C.de agri.⁊ cenſi.li.xj.Similiter nõ vſu
capitur res ſacra vel religioſa niſi efficiať ꝓphana.vt dicit hic gl.
ſ.ſi capiať ab hoſtibus vt.l.cũ loca.ff.de reli.Silř ſeruus fugitiuꝰ
non vſucapiť qꝛ fugiẽdo a dño facit furtũ ſuiipſius:vt hic in gl.⁊
l.j.C.de ſer.fug.⁊ rei furtiue nõ ꝓcedit vſucapio:vt.j.§.pri.quin
imo nec preſcriptio.xxx.annorũ ꝓcedit in eo:vt dicit hic glo.qꝛ lʒ
ſit in fuga:tñ dñs retinet ciuilẽ poſſeſſionẽ ⁊ per eũ ſibi querit do
nec ab alio cõprehẽdať.l.j.§.ꝑ ſeruũ qui in fuga.ff.de acqui.poſ.⁊
nõ ꝓcedit preſcriptio ẽt.xxx.annorũ nec poſtꝗ dñs depoſuit aĩuʒ
poſſidẽdi qui aĩmus inducit per obliuionẽ vt no.glo.magna in
fi.in.d.l.j.C.de ſer.fugi.

22 **Furtiue.** ¶†Res furtiua vel vi poſſeſſa non põt vſucapi
niſi in ptãte dñi reuertať ⁊ vendẽs rem alienam
ſciẽter cõmittit furtũ:iõ res vt furtiua non poteſt vſucapi.ſecus ſi
vẽdat ignoranter putãs eſſe ſuam iuſto ductus errore:qꝛ tunc nõ
efficitur furtiua:ideo põt vſucapi.h.d.vſqꝫ ad.§.res fiſci. ¶Not.
primo ꝙ res furtiua nõ põt vſucapi nec per ipſum furẽ impedien
te vitio rei furtiue.Et ſic pʒ ꝙ vitiũ reale nocet ẽt ſingulari ſucceſ
ſori ſed vitium perſonale nõ nocet ſingulari ſucceſſori ex cã onero
ſa ſi non vtitur acceſſione dñi ſed hodie requiritur bona fides in
vtroqꝫ.ſ.tradẽte ⁊ recipiẽte:vt in auť.male fidei.C.de preſcri. lon.
tem. ¶Et no.glo.in ver.loga.j.eo.§.qd aũt ad eas.ſed vniuerſali
23 ſucceſſori nocet vt hic in glo.ver.cõpetat.†Et que ſint vitia realia
⁊ que perſonalia ⁊ qualiter noceãt ſingulari ⁊ vniuerſali ſucceſſo
ri.dic vt no.per glo.⁊ doc.in.l.vitia.C.de acqui.poſ.⁊ hoc verũ ꝙ
res furtiua nõ poteſt vſucapi durãte vitio furtiuitatis:ſed eo pur
gato poteſt.⁊ dr purgari ſi res reuertať in poſſeſſionẽ ⁊ poteſtateʒ
dñi:vel quaſi dñi vt tutoris ⁊ curatoris vel alteriꝰ legitimi admi
niſtratoris vt prelati:vt.j.eo.§.aliqñ.ff.eo.l.iij.§.qd aũt.⁊.§.ſi pu
pilli.vel ẽt creditoris pignoris nã qñ res pignorata ſurripiť a dño
cõmittiť furtũ reſpectu iuris pignoris:ideo ius pignoris nõ vſu
capiť:ſed nõ eſt furtiua reſpectu ꝓprietatis ⁊ dominij ⁊ ſic põt vſu
capi ſi vendať alteri ab alio ꝗ a domino.ff.eo.l.ſequitur.§.ſi rem.
24 †Unde no.ꝙ qñqꝫ ſit furtũ ⁊ eſt res furtiua:⁊ cõpetit actio furti:
vt cũ extraneus ſurripit rem meã ⁊ hoc clarũ.Qñqꝫ ſit furtũ ⁊ res
eſt furtiua ſed nõ cõpetit actio furti:vt cũ ſeruꝰ vel filius ſurripit
rẽ dñi vel patris.Qñqꝫ ſit furtũ ⁊ cõpetit actio furti:ſed res nõ eſt
furtiua:vt cũ debitor ſurripit rẽ ſuã quã pignorauerat vt hic notã
ter per glo.in.d.§.ſi rem.Quandoqꝫ autem nõ eſt furtiua res nec
ſit furtum ſed agitur furti vt cum quis perſuaſit ſeruo alicuius vt
ſurriperet rem domini ſui ⁊ ſibi ſuadenti portaret ⁊ ſeruus aſtutꝰ
notificat domino ſecrete qui dñs ſibi concedit vt rem portaret:vt
l.quis ſeruo.C.de fur.⁊ intellige ꝙ res taliter reuertetur vel re vel
ficte.ſ.accipiendo eius eſtimationem.vel ſi res ſit alteri tradita de
voluntate domini.ff.eo.l.ſequitur.§.tunc. Item intellige qd niſi
res furtiua reuertatur in poteſtate domini non vſucapitur longo
tpe.ſ.x.vel.xx.annis:ſed hñ vſucapitur longiſſimo tpe.ſ.xxx.vel.xl.
annis quo tempore omne ius tollitur ⁊ preſcribitur regulariter
per quẽcunqꝫ male fidei poſſeſſorem.l.omnes.⁊.l.ſicut.C.de ꝓſcri.
xxx.vel.xl.annorum.⁊ dic in glo.in verſ.longo tempore.j.eo.§. qd
autem.in ver.longo.⁊ no.glo.in.l.ſi nulla.C.de acqui.poſ.⁊.l.fi.in
fi.C.vnde vi.qd intellige verum de iure ciuili.ſed de iure canoni
co male fidei poſſeſſor nullo tempore preſcribit.vt in.c.ij.de re.iu.
in.vj.⁊.c.fi.extra eo.⁊ qd dictum eſt de re furtiua vt nõ poſſit vſu
capi niſi in poteſtate domini reuertatur.Idem intellige de re vio
lenta ⁊ vi poſſeſſa que equiparatur furtiue.ſ.vt non poſſit vſuca
pi per violentum inuaſorem nec per alium participem niſi in po
teſtate domini vel quaſi taliter reuertatur qd ab eo auferri nõ poſ
ſit.ff.eo.l.ſequitur.§.ſi tu me.⁊.l.non ſolum.§.ſi fundum.⁊ ibi vi
de per Bart.quando dicitur res vi poſſeſſa:ſed ſi res non eſſet vi
poſſeſſa ſed vacans.vt qꝛ expellens per vim non occupat poſſeſſio
nem.⁊ ſic res non eſt affecta vitio violentie poſſet per alium bone
fidei poſſeſſorem preſcribi longo tempore .ſ.x.vel.xx.annorum ẽt
anteꝗ in poteſtate domini reuerteretur:vt.d.§.ſi tu me.⁊.l.nõ ſo
lum.§.ſi dominus.ff.eo.⁊ per ipſum inuaſorem ſpacio.xxx. anno
rum.vt.d.l.fi.in fi.C.vnde vi.⁊ no.per Bar.in.d.§.ſi fundum.Itẽ
intellige de re violenta expulſiua que impedit vſucapionem ⁊ pre
ſcriptionem.ſed violentia compulſiua in qua eſt voluntas licet co
25 acta non impedit:vt.l.ij.C.qd me.cã. ¶†No.hic in.§.vnde ⁊ in re
bus qd vendens ſciẽter rem alienam committit furtum.⁊ ideo cũ
res ſit affecta vitio furtiuitatis non poteſt vſucapi:vt hic.⁊.l. alie
num.⁊.l.ſi ſeruum.C.de fur.⁊.l.j.C.pro emp.⁊ ſimiliter ſcienter do
nans rem alienam committit furtum.l.ij.ff.pro donato.Eſt enim
ſpecies furti de alieno largiri.l.ſi pignore.§.j.ff.de pig.per que iu
ra videtur ꝙ vxor non poteſt eleemoſynam facere de bonis mariti
ſine eius conſenſu ⁊ ſi faciat committit furtum.ſed contrariũ de
clarat Bar.in.l.j.ff.rerum ablatarum.per.l.ſi ſponſus.§. proinde
ff.de dona.inter virum ⁊ vxo.Et adde gloſſ.in.c.quod deo pars.
xxxiij.q.v.⁊ intellige quod vendens rem alienam ſcienter commit
tit furtum quando venditur res mobilis.qꝛ rei immobilis nõ cõ
mittitur furtum.ideo ſi vendatur non impeditur preſcriptio ſi nõ
ſubeſt vitium violentie vel aliud vitium.j.eodem quod autem ad
eas.⁊.l.furtum.§.fundi.cum.l.ſeq.ff.eo.lex ergo que dicit rem alie
nam quem vendere poſſe:vt.l.rem alienam.ff.de contrahen.emp.
procedit in re immobili vel mobili quando non fit furtum vt no.
glo.in.l.rem alienam.⁊ habita diſtinctione an vterqꝫ.ſ.emptor et
venditor ſcit alienam non tenet alienatio.ſecus ſi alter tãtum ſcit
l.ſi emptorem.§.item ſi emptor.de contrahenda.ſecus autem ſi qs
vendat rem alienam mobilem ignoranter ⁊ bona fide errore facti
vt qꝛ reperit eam in hereditate defuncti credens rem eſſe heredita
riam cum eſſet depoſita locata vel conducta defuncto vel etiã er
rore iuris:vt qꝛ fructuarius ancille vendat partum eius:credens
eum eſſe in fructu ⁊ pertinere ad eum ſicut pertinent alij fructus:
vt hic in ver.item ſi is.⁊ ſic patet hic ꝙ error facti nõ nocet ad vſu
capionem:nec error iuris ex parte tradentis ſed recipientis.ſic.ff.
26 eo.l.nunꝗ.⁊ hoc in glo.in ver.committit. ¶†Tertio not.ibi fur
tũ eñ qd furtũ nõ cõmittitur ſine affectu furandi ſcʒ principalř vt
etiam ſecundario vt in eo qui ſurripit ſacculum pecunie cuius nõ
eſt principale propoſitum ſubtrahere ſacculum.ſed eſt in cõſequẽ
tia vt habeat pecuniam.⁊ tamen in ſacculo committit furtum ẽt
l.qui ſaccum.ff.de fur.volũtas enim ⁊ propoſitum diſtinguũt ma
leficia.l.qui in iure.ff.de fur.debet ergo accuſatio vel inquiſitio ſic
formari.ꝙ talis acceſſit ad talem locum aĩo ⁊ intẽtione furandi ⁊
ſubtrahendi talem rem.vt hic ⁊ eius dñium vel quaſi dñium pri
uandi ⁊ in ſuos vſus conuertendi.l.j.in fi.ff.de fur.⁊ eã rem de lo
co ad aliũ aſportauit ⁊ contrectauit contra volũtatẽ dñi vel quaſi
27 l.inter oẽs.§.recte.ff.de fur. ¶†No.hic in.§.qd autem.ꝙ occupãs
poſſeſſionem rei immobilis vacãtẽ ſiue vacuã:qꝛ inter vacantem
⁊ vacuam non eſt differẽtia.vt no.glo.magna in fi.in.l.fi.C.vñ vi.
lʒ ipſe occupãs non poſſit preſcribere propter malã fidẽ veraʒ vel
preſumptam eo qꝛ qd ſuũ nõ eſt ad aliũ pertinere dʒ vt.d.l.fi.C.vñ
vi.tamen ſi alij bone fidei poſſeſſor ex iuſto titulo tradat ille reci
piens preſcribere poterit longo tpe.x.vel.xx.annorum.vt hic ⁊.ff.
eo.poteſt pluribus.cũ.l.ſeq.ſed ipſe occupans preſcribere non poſ
ſet niſi ſpacio.xxx.ann.vt.d.l.fi.⁊ ſic pʒ hoc qd iure iſto mala fides
actoris non nocet ſingulari ſucceſſori.ſed hodie nocet.vt auť.ma
le fidei.C.de preſcrip.lon.temp.⁊ hic in glo.in ver.longa.⁊ ĩpedit
preſcriptionem rei immobilis.idẽ etiam intelligas de occupante
ſcienter poſſeſſionẽ rei immobilis vacãtẽ lʒ ipſe nõ vſucapiat per
malã fidẽ:tñ alius iuſto titulo accipiẽs vſucapiet.vt tʒ Bar.in.d.
l.fi.C.vñ vi.ſecus ſi talis res mobilis nõ eſſet vacãs qꝛ tũc ſcienter
eã vẽdẽs cõmitteret furtũ:vt.ſ.eo.ver.vñ in rebus.in.d.l.fi.C. vñ
28 vi.ver.cũ talis †⁊ que dicatur poſſeſſio vacans vel vacua.dic que a
nemine poſſidetur neqꝫ animo neqꝫ corpore qd euenit propter lõ
gum tempus ſiue obliuionem que cauſatur ex longo tpe vel abſen
tia vel negligentia domini vel dño priuato propter inundationẽ
vel expulſionem:nec tñ expellens apprehendit poſſeſſionẽ vel dño
moriente ſine herede:vel cum herede ante apprehenſam heredita
tem vt hic in tex.⁊ in glo.magna.in.d.l.fin.C.vnde.vi.⁊.l.ij.§.va
cua.ff.de ac.emp.nunquid autem res vacans occupata vel appre
henſa per alium afficiatur hodie vitio reali.ſ.violentie vel furti.ꝑ
d.l.fi.vt ſic non poſſit vſucapi vel preſcribi.gloſſ.hic tenet ꝙ ſic in
verbo longa.Sed contrarium tenet glo.in.d.l.fi.in verbo predo
nem.⁊ illa tenetur.nam poſſeſſio vacans rei mobilis vel immobi
lis non afficietur vitio reali violentie vel furti:ſed afficitur vitio
quaſi violentie.qꝛ vitium eſt perſonale ſicut vitium clandeſtinuʒ:
vt tenet Bar.in.d.l.pomponius.§.cum quis.de acqui.poſſ.teneť
tamen iſte occupans poſſeſſionem vacantem ad eius reſtitutionẽ
cum fructibus tanꝗ predo.in.d.l.fi.ſed non qd res efficiatur vio
lenta niſi antea per dominum fuerat poſſeſſa.ſicut dicimus de re
mobili que antea fuit poſſeſſa per dominum ſed iactata poteſtate
tempeſtatis maris:nam apprehendens eam committit furtum.
l.falſus.§.ſi vacuum.ff.de fur.nam nõ poteſt tunc dici vacaris cuʒ
dominus ciuilem retineat animo:ſecus ſi non fuit antea poſſeſſa
vt res hereditaria cuius non committitur furtum:vt.l. heredita
29 rie.ff.de fur.ſm Bar.in.d.l.fi.C.vnde vi. ¶†Item no.ibi propter
abſentiam vel negligentiam coniuncta glo.in ver.abſentia qd eo
ipſo ꝙ dominus ſtat abſens a re ⁊ negligit accedere ad eam lõgo
tempore inducitur ⁊ preſumitur quedam obliuio per quã domi
nus preſumiť deponere animũ poſſidendi ciuilř ⁊ ſic ex tali obli
uione preſumpta ⁊ inducta curſu longi tpis perdiť etiam ciuilis
poſſeſſio ⁊ res manet vacans.que poſtea poteſt preſcribi.⁊ ideo de
a bes tu preſcribens articulare[a] ꝙ dominus ſtetit longo tempore ꝙ
non acceſſit ad fundum ex quo tpe inducta fuit obliuio ⁊ per talẽ
obliuionem perdidit poſſeſſionem.nã ſolũ ẽt tps centũ annorum
non ſufficit:ſed requiritur longũ tps ad obliuionem.Et dr longũ
tempus arbitrio iudicis.vt in hac glo.notabili.⁊ in gloſſa.l.licet
C.de acqui.poſſeſſ.⁊ per Ange.de peruſi.in.l.furtum.§. fundi.ff.
de acqui.

a ¶Articulare.ſi vis materiã preſcriptionũ ⁊ earum interruptionẽ recurre ad.d. pe. de ſer.in tit. de forma rñſionis rei cõuẽti in gl.ꝓſcriptiõe Et largiſſime i tractatu dñi de vbaldis d peruſio.

de acqui.poſſ.vbi eſt ſimilis glo.Jo.de plate.
30 **Res fiſci noſtri.** ¶†Res fiſci non vſucapiūtur lōgo tēpore.ſ.mobilis triennio.
⁊ īmobilis decennio vel vicēnio.ſecus in re vacāti nondū fiſco nū
31 ciata.h.d.¶†Et no.hic bonā glo.in ver.pōt.⁊ ꝯclude qualr̄ res
fiſci vſucapiant̄ ⁊ preſcribant̄:qꝛ res in patrimoniū fiſci incorpo
rate vſucapiunt̄.xxx.an.l.oēs.C.de preſcri.xxx.vel.xl.an. Fallit in
quatuor caſibus.l.vl.C.de ſa.ſan.ec.ſ.in hereditate legato vendi
to vel donato:vbi requiruntur centum anni.Item fallit in.l.pe.
⁊ fi.C.de fun.patrimo.li.xj.vbi quis preſcribit fundū patrimonia
lē vel tēplarē ex quo ſoluitur vectigal ſpacio.xl.an.de quo dic per
Bar.in.d.l.fi.ſed res nō incorporate in fiſcū ſed ſibi delate ꝓpter
vectigal nō ſolutū preſcribunt̄ quinquēnio.l.ij.C.de vectigal.Et ſi
ſunt delate alia cā tunc ſi ſunt nūciate fiſco preſcribunt̄ quadrien
nio.l.inter quatuor.de diuer.⁊ tem.preſcri.⁊.l.j.§.diuus.ff.de iu
re fiſci.ſed ſi nō ſunt nūciate preſcribunt̄ ſpacio.x.vel.xx.annoꝝ cū
titulo.l.quamuis.ff.de vſucap.⁊ ſine titulo.xxx.annis.l.in omni
32 bus.ff.de diuer.⁊ tempori.preſcriptio.⁊ dic vt ibi per Barto.†In
rebus patrimonialibus principis ꝯclude ꝙ nō vſucapiunt̄ longo
tpe.x.vel.xx.annis.dic vt.l.j.⁊.ij.C.ne rei dn̄ice vel templaris.ſꝫ vſu
capiunt̄ ſpacio.xl.anno.per.l.oēs.C.de preſcri.xxx.ann.qd̄ tenuit
Ja.bu.in.d.l.C.ne rei dominice ⁊ ibi etiam tenuit dn̄s Ang.Sed
contra ea que princeps reſeruauit ſibi in ſignum vniuerſalis dn̄ij
nō preſcribitur vllo tpe vt contra publicas functiones:vt.l.cōpe
tit.C.de preſcrip.xxx.anno.ſed neqꝫ cōtra reſeruata eccleſie roma
ne:vt no.glo.in ver.nō obſtāte.⁊.c.j.de clerico egrotāte.li.vj.Sed
contra alias res publicas principis non videtur ꝙ currat preſcri
ptio hodie niſi cētū annis ſicut nec ꝯ eccleſiā romanā.l.fi.C.de ſa
croſan.ec.qꝛ quo priuilegio gaudet eccleſia romana in p̄ſcriptio
ne gaudet etiam imperium.vt tenet glo.que incipit differunt eīn
in aut.de non alie.§.vt aūt.col.ij.⁊ per dn̄m Ang.in.d.l.ſi in rem
33 C.de preſcrip.xxx.an.†In rebus ciuitatis conclude ꝙ requirūtur
centum anni.d.l.fi.C.de ſac.ſan.ec.⁊ aut.quas actiones.⁊ ibi glo.
⁊ idem tenent ibi doct.In rebus publicis aliarum ciuitatum q̄
rome ⁊ in rebus publicis alicuius imperij:qꝛ reſpublica ⁊ eccleſia
equiparantur:vt.d.l.fi.⁊.l.reſpublica.C.qui.ex cau.ma.licet gl.vi
deatur tenere ꝙ res municipij ⁊ ville vſucapiuntur longo tpe.ſ.x.
vel.xx.annorum in.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infec.
34 †In rebus eccleſie conclude quod preſcribuntur hodie ſpacio.xl.
anno.niſi contra priuatum preſcribentur.xxx.vel.x.annis.ſed con
tra eccleſiam romanam preſcribitur ſolum ſpacio centum annoꝝ
⁊ hoc in rebus immobilibus ſed vſucapio triennalis in rebus mo
bilibus vel quadriennalis quando fiſcus venderet rem eccleſie vt
ſuam durat contra eccleſiam nec reſtituitur eccleſia contra talem
vſucapionem:vt.d.aut.quas actiones.⁊ dic vt ibi per glo.⁊ doct.
licet autem contra eccleſiam non preſcribatur minori tempore.xl.
annorum contra dominum rei immobilis:tamen ad excludendā
publicianam competentem eccleſie pro re aliena quam emerat bo
na fide ſufficit curſus temporis:quod ſufficit contra priuatum.et
35 no.ſin.Bar.in.d.§.ſi de vectigalibus.†Item adde quod ſi prela
tus vendidit rem eccleſie contra iuris ſolennitatem bonefidei em
ptori certe toto tempore vite illius prelati non incipit emptor pre
ſcribere contra eccleſiam:ſed incipiet tempore ſucceſſoris.ita no.
dicit Bal.in.l.qui fundum.§.ſi tutor.ff.pro empto.In vſu autem
publicarum rerum vt itinerum eundi ad palatium publicum vel
ad eccleſiam vel per viam publicam:puta ad ſanctum Jacobum
nullo tempore preſcribitur quia eſt quedam facultas inducta gra
tia publice vtilitatis contra quam non preſcribitur etiam cētum
36 annis:vt dicit glo.in.l.publicam viam.ff.de publ.via.†In rebus
pupilli conclude quod non vſucapiūtur donec durat pupillaris
etas:vt.l.bone fidei.ff.de acquiren.re.domi.niſi vſucapio incepiſ
ſet a maiore quia tunc continuatur contra pupillum licet poſſit
reſtitui.l.emilius.⁊.l.etiam ei.ff.de minori.⁊ dic vt ibi per Bart.
Fallit in preſcriptione longiſſimi temporis que licet inceperit a
maiore dormit toto tempore pupillaris etatis.l.ſicut.C.de preſcr.
xxx.annorum.Sed pupillus vendens rem alienam bene preſtat
cauſam vſucapiendi.l.ij.§.ſi a pupillo.ff.pro empto.dic vt ibi no.
per docto.quando res pupilli vel adulti poſſit vendi ⁊ alienari ⁊
37 in.l.lex que tutoris.C.de adminiſtratione tutorum.†In rebus ad
uentitijs filij in quibus pater habet vſumfructum conclude quod
non currit preſcriptio quandiu eſt in poteſtate patris:quia cum
adminiſtratio ſpectat ad patrem.l.cum non ſolum.§.vbi autem.
C.de bo.que lib.filio non valenti agere uon currit preſcriptio.l.fi.
C.de anna.exce.⁊.l.ſena.cōſulto.ff.de offi.preſi. Sed poſtq̄ eſt ſui
iuris tunc pro re aduentitia alienata a patre incipit currere pre
ſcrip.xxx.annorum contra filium.l.j.in fi.C.de bo.mater.⁊ hic in
gloſſ.ſed ſi filius poſſet agere quia pater remiſit vſumfructum et
ſic filius haberet adminiſtrationem tunc in talibus aduentitijs
currit preſcriptio contra filium ſicut in caſtrenſibus vel quaſi.lege
recte.in fine.ff.ex quibus cauſis maiores.Item licet nō currat pre
ſcriptio contra filium agere non valentem:tamen cōtra vſumfru
ctum ⁊ commoditatē patris poſſet preſcribi arg.eius qd̄ no.in.l.
male agitur.de preſcriptio.xxx.annoꝝ.vbi colonus preſcribit pen
ſionem:licet nō rem conductā. Similiter res data preſidi vel alij
rectori alicuꝰ loci cōtra.l.iul.repetū.ſcꝫ vt faceret aliquid maius
vel minus in ſuo officio q̄ā deberet.vt.l.iiij.ff.ad.l.iuliā repetū.
non pōt vſucapi.vt.l.penul.eo.ti.⁊ eſt ratio:qꝛ hoc eſt vitium reale
qd̄ afficit rem vt nō poſſit vſucapi.vt no.glo.in.l.iſta.C.de acquir.
38 poſſeſ.†Pro iure dotali conclude qd̄ res dotalis non poteſt vſuca
pi vllo tempore niſi fuiſſet vſucapio inchoata antequā eſſet dota
lis.l.ſi fundum.ff.de re dotali.Eſt enim prohibita vēditio rei do
talis in preiudicium mulierū licet teneat in preiudiciū vendētis.
vt not.in.l.cū vir.ff.de vſucap.⁊.l.vbi lex.ff.de fideiuſſoribus. ideo
non poteſt vſucapi in preiudicium mulierum.l.alienationis ver
bo.ff.de verbo.ſignifi.
**Nouiſſime.** ¶Res vitioſa non pōt vſucapi. Item ti
tulus putatiuus impedit vſucapionē.h.
39 d.¶†No.j.ꝙ res affecta vitio reali vt furti vel violētie nō pōt vſu
capi:vt hic.⁊.ſ.eo.§.furtiue.vbi dixi.¶Et not.hic glo.in ver. qd̄
poſſeſſio precaria clandeſtina ⁊ litigioſa non eſt affecta vitio reali
ideo nō impedit̄ res preſcribi a bonefidei poſſeſſore iure iſto.Sed
hodie vitia p̄ſonalia ⁊ mala fides vēditoris vel alia actoris nocēt
emptori ⁊ alteri ſucceſſori.vt in aut.malefidei.C.de preſcrip.lō.tēp.
⁊ q̄ ſint vitia realia pſonalia dic ꝑ glo.in.l.vitia.C.de acq.poſ.⁊ per
Bar.in.l.pōponiꝰ.§.cū qs.ff.de acq.poſ.tetigi.ſ.in prin. ¶Scdo
no.in ver.ꝙ error falſe cauſe ſiue titulꝰ putatiuꝰ iuſto errore inter
ueniēte ⁊ in vēditiōe reqrit̄ iuſtiſſimꝰ.de quo ꝑ Bar.in.l.celſus.ff.
de vſuca.⁊ dixi.ſ.in prin.ti.⁊ not.hic glo.in ver.ꝙ ſolus titulꝰ pro
ſuo nō eſt ſufficiēs ad vſucapionē niſi adſit aliꝰ titulꝰ ſpālis puta
ꝓ emptore ꝓ donato vel legato vel hr̄et vl̄ dote ⁊ ſil̄es.lꝫ glo.ꝓbet
ꝙ tenuit ⁊ poſſedit talē fundū ꝑ tp̄s.x.annoꝝ ꝓ ſuo ⁊ tāq̄ ſuū bo
na fide ⁊ fructꝰ collegit:nō ꝓpea eſt ꝓbata vſucapio ſiue p̄ſcriptio
ex quo nō ꝓbat̄ aliqs ſpālis verus vel putatiuꝰ iuſto errore cui ad
hereat iſte titulus gn̄alis ꝓ ſuo.vt not.ff.pro ſocio.l.j.per Bar.
40 **Diutina poſſeſſio.** ¶†Heres vtitur acceſſione defuncti in vſucapione com
plenda.Et ſimiliter emptor vtitur acceſſione venditoris.h.d.vſqꝫ
ad.§.edicto.concordat.ff.pro emptore.l.ij.§.ſi eam rem.cū.§.ſeq.
Si ergo defunctus bona fide ⁊ iuſto titulo poſſedit rem.ix.annis
heres dictam poſſeſſionē cōtinuando etiā mala fide per annū per
ficit preſcriptionē.ſecus ſi defunctus poſſedit mala fide. nam non
attenditur bona fides vel mala heredis:ſed teſtatoris penes quē
fuit poſſeſſio.ſecus ſi poſſeſſio nō fuit penes defunctum:ſed defun
ctus emit ⁊ poſſeſſio tradita fuit heredi:quia tunc nocet ſua mala
fides.ff.e.l.heres eius.¶Secundo not.in verbo inter venditorē:
quia ſicut tempora autoris coniunguntur cum tempore vl̄is ſuc
ceſſoris ſcilicet heredis ⁊ bonorū poſſeſſoris ad vſucapionem cō
41 plendam ita coniungunt̄ cū tempore ſingularis ſucceſſoris.† Eſt
tn̄ differētia inter ſingularē ſucceſſorē ⁊ vniuerſalē.vt dicit hic glo.
in ver.tempora.⁊ in.d.§.ſi eam rem.quia in autore ⁊ ſucceſſore ſin
gulari debet eſſe bona fides: ſed in ſucceſſore vl̄i non exigit̄ bona
fides defuncti ⁊ eſt ratio:quia etiā ſi nullus eſſet heres hereditas
que repreſentat perſonā defuncti complet vſucapionem.qd̄ ſecus.
eſt in re ſingulari ⁊ hec coniunctio temporis habet locum non ſo
lum in herede immediato:ſed etiam mediato.vt.d.§.ſi rem.Item
habet locum in ſucceſſore omniū bonoꝝ ex teſtamēto ⁊ etiā ex con
tractu vt in emptore hereditatis.l.ij.§.eius bona.ff.pro emptore
ſic etiam mala fides ſerui nocet non bone fidei.⁊ per ꝯñs mala fi
des arrogati ⁊ etiā monachi ſiue profeſſi nocet arrogatori ⁊ mo
a naſterio [a].d.l.ij.⁊.ſi ſeruus.ver.ſi quod.ff.pro emp.
42 **Edicto diui.** ¶†Emens a fiſco vendente rem alienā pro emptore vt ſuam vel a procuratore
ceſaris vendente rem patrimonialē ceſaris vel auguſte: ſtatim eſt
ſecurus.ſed cōtra fiſcū habet dn̄s rei regreſſum ad preciū.ſ. quin
quennium.h.d.vſqꝫ ad fi.titu.concor.l.omnes.⁊ lege bene a zeno
ne.C.de quadri.preſcript.⁊ ſic patet hic quod fiſcus eſt priuilegia
43 tus in duobus.†Primo vt vltra quadriennium non teneatur ad
precium domino rei niſi ſit minor vel alius qui poſſit reſtitui vt
agat ad precium contra fiſcum citra quadriennium lege neqꝫ.C.de
44 reſtitu.mino.† Secundo eſt priuilegiatus:quia vbi priuatus nō
poteſt vendere rem alienam in preiudicium domini quin domi
nus vendicet eam ab emptore.vt nota.in.l.rem alienam.ff.de con
trahen.emptio.Emens a fiſco ſtatim eſt dominus ſeruus: nec po
teſt conueniri ad rem:ſed dominus rei aget vtili rei vendicatione
vel conditiane ex.l.contra fiſcum ad precium.vt hic in gloſſ.in ver
bo actiones.⁊ in gloſſ.in verſi.in rem in lege fina.C. de quadrien.
45 preſcript.¶†Et nota quod fiſcus [b] poteſt vendere rem alienam
b duobus modis.vt not.hic in glo.in ver.emerit.⁊ plenius per glo.
in.l.fi.C. ſi aduer.fiſ.cum primo modo vendit aliqū bona fide rem
alienā vt ſuam quo caſu emptor ſtatim eſt ſecurus:⁊ fiſcus preſcri
bit per quadrienniū actionem ad pretium que poteſt contra eum
interpretari:niſi ille cuius res eſt vendita ſit minor vel alias reſti
tutionem habēs.vt.§.dixi.⁊ loquitur hic.⁊.l.pe.⁊ fi.§. de quadri.
46 preſcript.†Secūdo modo vendit fiſcus rem alienam vt alienam

a ¶Monaſterio. Idē tenet hic Henri.her. quaſi per eadē verba.

b ¶Fiſcus. Qꝛ multa ſunt fiſci priuilegia reſtat videre an fiſcꝰ habeat̄ loco filij. ſi viuētibus parentibus ſi filius fuerit bānitus ⁊ bona eiꝰ cōfiſcata ⁊ poſtea ab īteſtato moriatur.an veniant in gradu ſequētes: vel alij veniētes ab īteſtato vel alij voluntatē parentū expreſſam habētes fiſco excluſo. de hoc vide Pau.de ca.in cōſi.ccxiij. in antiqs ⁊ vide caute: qꝛ ē pulchrū conſilium.

puta propter tributa non ſoluta: tunc ſimiliter ſtatim tenet vẽditio ſiue res ſit maioris ſiue minoris dummodo tria interueniant ſcilicet qđ ſubſit debitum. Sc̃do qđ ſit ceſſatum in ſolutione per biennium: vt tenet hic glo. ⁊ l. j. C. ſi propter publicas penſi. Tertio quod ſit facta venditio cum ſolennitatibus requiſitis. ſ. ꝙ ſit facta licitatio ⁊ plus offerenti detur ⁊ decretum iudicis: vt not. gloſſ. in. l. ſi quos. de reſcind. venditio. Et ſi eſt res minoris vltra decretum iudicis requiritur etiam autoritas tutoris: vt. l. finali. in fine. C. ſi propter publi. penſi. Et adde gloſſ. in. l. ſi tempora. C. de fide inſtrumento. ⁊ iure haſte fiſca. libro. x. ⁊ per Barto. in. l. licitatio. ff. de publica. ¶ Ultimo no. ex verſic. noſtra autem quod imperatrix habet eadẽ priuilegia que ⁊ imperator: vt. l. princeps ff. de leg. non tamen omnia: vt dicit gloſſ. in. l. qđ principi. cum. l. ſeq. ff. de lega. ij.

¶ De donationibus. Rubrica.


1 ¶ Donatio cauſa mortis que ſit ⁊ quot modis fiat.
2 Donatio cauſa mortis reuocatur tribus modis.
3 Donatio cauſa mortis in omnibus fiere aſſimilatur legatis.
4 Donatio cauſa mortis non eſt codicillus nec teſtamentum.
5 Donatio facta in articulo mortis non dicitur cauſa mortis niſi hoc ipſum exprimatur.
6 Donatum cauſa mortis qua actione petatur.
7 Poete ⁊ Medici poſſunt in iure allegari.
8 Donatio inter viuos que ſit.
9 Donatio noſtris temporibus perficitur conſenſu nudo.
10 Donatio inter viuos que debeat inſinuari.
11 Inſinuatio in quibus requiratur donationibus. ⁊ nu. ſeq.
15 Donatio inter viuos ob ingratitudinem reuocatur.
16 Donatio facta vxori in recompenſationem dotis que ſit.
17 Donatio propter nuptias conditionalis eſt.
18 Donationum inter viuos triplex ſpecies.
19 Dos ⁊ donatio propter nuptias equiparantur.
20 Uxor tantum de donatione propter nuptias lucratur quantum vir de dote.
21 Donatio propter nuptias qua actione conſtitui petatur.
22 Nomina debent conuenire rebus.
23 Uendere rem ſuam quando quis compellatur.


a ¶ Ad mortẽ. An ãt donatio cã mortꝭ facta īter vi. ⁊ vxo. cũ pacto de nõ reuocãdo ipſa ⁊ iuro firmata an valeat. Itẽ an et qñ donatiõi requirit̃ traditio. vid pau. de ca. ꝯſi. lxxvj. in antiqs

b ¶ Itẽ adde no. ſingulare dictũ ⁊ tñ vẽ ꝯtrariũq; nemo p̃ſumit̃ iactare ſuũ: ⁊ donatio īter viuos nõ p̃t reuocari ſꝫ hñ donatio cauſa mor. ſed tenẽ opi. glo. ⁊ Joã. de pla.

c ¶ Rẽ tradere. Qualr̃ ãt formet̃ libellus ꝯ donatorẽ. vide p. d. Pet. de fer. in tit. forma libelli p donato.

d ¶ In gl. Et p do. Pe. de fer. in tit. de forma li. pro donatiõe in gl. ſolẽniter. vbi vide multas vtiles q̃ſtiões ad materiá iſinuátionis pertinentes.

# St autem aliud genus.

¶ Supra tractauit de acquiſitione rei per vſucapionẽ: hic tractat de acquiſitiõe per donationẽ. Et diuiditur in quatuor partes. Prima tractat de donatione cã mor. Sc̃da ibi: alie aũt. tractat de donatione inter viuos. Tertia ibi: eſt ⁊ aliud. tractat de donatione ante nup. Quarta ibi: erat olim. decidit ſpecialẽ cauſam donationis libertatis facte ſeruo. vſq; ad fin. Et prima pars hoc dicit. Donatio cauſa mortis eſt q̃ fit cogitatione mortis. Et tribus modis reuocatur ⁊ quaſi per omnia equiparatur legatis. h. dicit.
1 vſq; ad. §. alie aũt. ¶ † No. j. ꝙ donatio cã mortis fit trib⁹ modis primo qñ quis donat ſola mortis cogitatione nullo inſtãti alio periculo. Sc̃do qñ donat metu inſtãtis periculi vt res fiat ſtatim accipiẽtis ſed reuocatur ceſſante periculo. Tertio qñ quis donat metu inſtãtis periculi non vt ſtatim fiat res accipiẽtis: ſed demũ
2 morte ſecuta: vt. ff. eod. l. ij. ¶ † Sc̃do no. ꝙ iſta donatio cã mor. reuocabitur tribus modis. Primo ſi donãs reconualeſcit ab infirmitate ⁊ periculo mortis cuius cã donauit. Sc̃do ſi donãtẽ peniteat. eſt enim in tali donatione locus penitẽtie ſicut in legatis: q̃
a ambulatoria eſt vltima volũtas vſq; ad mortẽ[a] vt dicit hic glo. in ver. penituiſſet. Tertio reuocatur ſi donatarius premoriat̃ donatori. vt hic. ⁊ l. non oẽs. ff. ſi cer. pe. ⁊ l. ⁊ cuius cã donatũ eſt vt no.
3 l. qui precio. ff. eo. in fi. ¶ † Tertio no. in ver. hec mortis. qđ donatio cã mortis habet inſtar ⁊ vicẽ legatorum: ⁊ equiparatur quaſi per oĩa legatis: vt hic. ⁊ l. marcellus. §. paul⁹. ⁊ l. ⁊ ſi debitor. ff. eo. Et iđ in ea requirunt̃ quinq; teſtes ſicut in legatis: vt. C. eo. l. fi. fallit in multis caſibus notatis hoc in gl. in ver. fere in quib⁹ diſcre-
4 pat a legatis. † Et lꝫ hec donatio cauſa mortis hꝫ quaſi oẽs effectus vltime volũtatis. vt dicit tex. in. l. fi. C. eod. non tñ dicitur codicillus neq; teſtm̃: ſed dicitur vltima volũtas que confirmat̃ morte donatoris. vt dicit glo. in. l. tam is. §. filius. ff. eo. Et de donatione cauſa moris que fit a filiofa. patre conſentiẽte. dic plene p Bar. in. d. §. filius. ⁊ dicam. j. quibus non lꝫ facere teſtamentũ. in princ.
5 ¶ † Itẽ adde[b] ꝙ in dubio quantumcũq; exiſtẽs in mortis articulo
b donet: ſi tñ in donatione non eſt dictũ ꝙ mortis cauſa donetur intelligitur donatio inter viuos. ⁊ ſic non poterit per penitentiam reuocari: nec hꝫ locum falcidia reuocatio. ⁊ falcidia hꝫ locũ in donatione cauſa mortis. ⁊ dꝫ talis donatio infirmari ſi ſit vltra legitimum modũ. ⁊ hoc niſi appareat per aliquas coniecturas de mẽte donantis volẽtis donare cauſa mortis: vt no. glo. in. l. ſeia. §. fi.
6 ff. eo. ⁊ hic in glo. in ver. humanitus. † Itẽ qua actione petatur donatum cauſa mor. dic per Bar. in. l. j. ff. eo. vbi etiam dicit ꝙ fit tribus modis. ſ. ſtipulatione: ⁊ traditione olim ⁊ hodie ẽt nudo pacto ſicut donatio inter viuos ⁊ ſapit naturam cõtractus: q̃ debet fieri per pactum: ſtipulationem: vel traditionem. Et requirit penitentiam partis. alias ſi fiat abſenti petitur tanq̃ fideicõmiſſum actione ex teſtõ ⁊ obligatio donans donatario: lꝫ non irreuocabi-
7 liter: q̃ reuocatur tribus modis vt. ſ. dictum eſt. ¶ † Quarto not. in ver. ⁊ in ſumma. apud Homerũ qđ in iure poſſunt allegari autoritates poetarum: vt hic ⁊ l. intãtum. in fi. ff. de re. diui. ⁊ autoritates medicorum vt hypochratis: vt. l. vij. menſe. ff. de ſtatu ho. et talibus autoritatibus creditur in arte ſua. ſed ad deciſionem cauſarum tales autoritates non ſunt neceſſarie: ſed probabiles. ideo eis non ſtatur niſi quantum validiſſima ratione nituntur: vt dicta. lege intantum. in fine. et. l. ſequentis. ⁊ ibi notat. ff. de rerum diuiſione.

8 **Alie autem.** ¶ † Hic tractat de ſimplici donatiõe inter viuos: ⁊. h. d. donatio inter viuos eſt que fit ob meram liberalitatem donantis ſine vlla cogitatiõe mortis perficitur etiam nudo cõſenſu donatoris in ſcriptis ⁊ ſine ſcriptis. ⁊ hec donatio debet inſinuari ſi tranſcendat ſummã quingẽtorum aureorum exceptis quibuſdam caſibus in quibus non eſt neceſſaria inſinuatio: ⁊ hec donatio reuocatur propter ingratitudinem donatarij. h. d. vſq; ad. §. eſt aliud. ¶ No. j. ex prin. ꝙ donatio inter viuos fit ob meram liberalitatem donantis. Unde ſc̃m odo. donatio eſt quedam mera liberalitas a donante in accipientem collata: que ſtipulatione: traditione: ⁊ pollicitatione virtutẽ
9 recipit ⁊ effectum. ¶ † Not. ij. qđ olim non perficiebatur donatio niſi interueniret ſtipulatio vel traditio: ſed hodie perficitur nudo conſenſu mediante legis diſpoſitione: vt hic ⁊. l. ſi quis argentum. §. pe. C. eo. ⁊ idem etiam tenet gl. in donatione cauſa mortis que perficitur hodie ſolo conſenſu in. l. cum pater. §. nemo. ff. de le. ij. ⁊ per bar. in. l. j. ff. de dona. cauſa mor. Fallit autem in obligato rationibus fiſci cuius donationem prius alteri factã fiſcus reuocat propter ſibi debitum niſi interuenerit traditio. l. j. ⁊ ibi no. C. de iure fiſci. li. x. Et hoc. ſ. qđ donatio perficiatur ſolo conſenſu ſine ſtipulatione. limitat Bart. in. l. iuris gen. §. ſed cum natura. ff. de pac. eſſe verum qñ donatur res vel pecunia: ſed vbi donatio cõtinet factum tunc non corrigũtur iura antiqua. per. d. l. ſi quis argentum. §. pe. ſ. qđ perficiatur ſolo conſenſu imo tunc requirit̃ ſtipulatio vel traditio ſicut olim. Item adde qđ donatio que fit in certam perſonam requirit preſentiam vtriuſq; ſcilicet donatoris ⁊ donatarij. ſecus in ea que fit in incertam perſonam non habẽdo rem pro derelicto: vt. ſ. de re. diui. §. hoc amplius ⁊. l. qđ ſeruus. ff. de ſtip. ſeruorum. ⁊ ibi per Bar. An autem donator poſſit preciſe
c compelli rem tradere[c] ⁊ an teneatur de euictione. dic vt. hic in gl.
10 in ver. venditionis. ¶ † Tertio no. in ver. cum retro. qđ ſimiliter donatio inter viuos excedens ſummam quingentorum aureorū debet inſinuari. i. in actis in ſcriptis redigi coram publicis perſonis vt hic in glo. in ver. inſinuatione ſi tamen fiat in preſentia iudicis in iudicio dicitur ſatis inſinuari abſq; alia interpoſitiõe decreti: vt. l. fi. C. de prediis curia. lib. xj. Item poſt factam donationẽ poteſt fieri inſinuatio. l. fi. §. pe. C. de dona. ante nup. Quid autem ſi fiat donatio alicui mediante ceſſione. ſ. cedendo iura alteri contra talem debitorem vltra quingentos aureos an in tali donatione requiratur citatio debitoris tꝫ Bal. ꝙ non per. l. iij. §. due cauſe. ff. de carb. edi. melius per glo. no. in. l. iij. §. ſi cauſa cognita. ff. de bo. poſſ. ⁊ per bald. in aut. eo decurſum. C. de donatio. ante nupt.
11 † Item an liberatione facta alicui vltra quingentos aureos requiratur inſinuatio: dic ꝙ ſic ar. l. nenſenius. §. fi. ff. ad. l. falc. ⁊ ibi hoc
12 tenet do. Ange. † Item quid ſi donatur alicui vltra quingẽtos aureos: ſed qđ vltra eſt rogat̃ alteri reſtituere an talis donatio egeat inſinuatione: dic ꝙ non ar. l. ſi ſpecialiter. §. quidem. ff. de condi. et
13 demon. † Item quid ſi donatur alicui vltra quingentos aureos ſꝫ detractis gabellis ⁊ expenſis proxenetarum ⁊ ſcripturarũ remanent ſolum quingenti vel pauciores: an talis donatio egeat inſi-
14 nuatione. dic ꝙ non ar. l. quoties. ff. ad. l. fal. ⁊ ibi per bar. † Item an donatio facta per ſolutionem indebiti ſciẽter factam egeat inſinuatione. dic per bar. in. l. j. ff. eo. ⁊ de materia inſinuationis donationis dic plene per bar. in. l. modeſtinus. ff. eo. Caſus autem in
d quibus in donatione nõ requiritur inſinuatio. vide hoc in gl.[d] in
legauit pecuniã deinde ex ea emit rẽ an teneat legatũ in re empta
dic qđ ſic quaſi res ſuccedat loco pecunie.l.pater.ff.de adi.le.Ter
tio caſu qñ teſtator rem legatã obligat poſtea ſeu pignorat tũc ſi-
ue hoc faciat ex volũtate ſiue ex neceſſitate non intelligit reuocare
legatũ niſi heres probet teſtatorẽ voluiſſe reuocare.l.iij.C.de le.j.⁊
38 hic in glo.in ver.nõ videri.† Fallit in donatione facta inter virũ ⁊
vxo.que morte cõfirmat:q2 ſi poſt donationẽ pignorentur res pi-
gnorate a donãte videtur reuocare donationẽ.⁊ ideo tanq̃ reuo-
cata non cõfirmatur morte.l.ſi maritus.C.de do.inter virũ ⁊ vxo.
q2 cum talis donatio ſit inualida antequã ꝯfirmet morte facilius
reuocatur etiã per ſolã pignorationẽ:vt innuit glo.in.d.l.ſi mari-
tus.⁊ hic in ver.nõ videri.in fi.⁊ intellige per obligationẽ ſpecia-
lem non generalẽ omniũ bonorũ ſcðm Bar.in.d.l.rem legatã.Et
ſic ptʒ ex predictis qđ hec diſtinctio an teſtator alienauerit ex vo-
luntate vel neceſſitate habet locum ſolum in venditione ⁊ ſimili
alienatione non autem habet locũ in donatione:vt.s. dixi.nec in
pignoratione vt hic niſi res eſſet pignorata pro tãto precio qđ nõ
eſſet veriſimile eam habere:q2 tunc eſt idem qđ in alienatione:vt
tenet Bar.in.d.l.rem legatam.per.l.qui habebat.de leg.iij.vbi vi
de per eum.nec habet locũ in exactiõe debiti legati:q2 teſtator exi
gendo videt reuocare legatũ:q2 perit ſubſtãtia legati:pro exactio
ne:vt.d.§.ſi rem. Itẽ nõ habet locũ quando teſtator legat rem vel
precium:q2 tũc etiã ſi alienat ex volũtate debet.l.lucius.⁊ ibi glo.
ff.de leg.iij. Itẽ nõ habet locũ qñ teſtator legauit rem per verbũ fu
turi tpis vt lego que parata erũt cauſa vxoris mee:q2 tũc ſiue alie-
net ex neceſſitate ſiue ex volũtate durat legatũ.l.quintꝰ.§. idẽ ſcri-
bit.ff.de aur.⁊ argẽ.leg.Et facit.d.diſtinctio de alienatione volũ-
taria ⁊ neceſſaria ad queſtionem ſi dominus comparet in iudicio
ad faciendum actum voluntariũ qui põt expediri per procurato-
rem.qđ videatur ipſum reuocare niſi ꝓteſtet.ſecus ſi ad faciendũ
neceſſariũ:vt in.c.quãuis.de ꝓcu.in.vj.⁊ per Bar.in.l.imitari.ff.
39 de procu. ¶† Itẽ facit tex.in ver.ſi vero quis partẽ.qđ ſi feudata-
rius alienet partẽ feudi irrequiſito dño qđ pro ea parte tantũ feu
do priuetur.ſed dic cõtra.q2 per cõtrafactionẽ partis perdit totũ
feudũ per.l.ſi quis ingrati.§.ſi quis ignorãs.ver.ſi aũt.ff.ad velle
et.l.etiam ſi pars.ff.de leg.j.ſcðm Jaco.de arena.

a ¶ Nullus pluribus. et ibi vide domi. Dy. et Jo.an.i mercu.

b ¶ Et facit.vide.d.Domi.de ſctõ gemi.i c.j.de cõceſ.ꝓbẽ.li.vj.dcre.

c ¶ Et ꝯclude. Et vide h.d. Ang.are.idẽ dicentẽ ⁊ allegantẽ do. Jo an.de pla.

40 **Si quis debitori.** ¶†Creditor põt legare libera
tionem debiti in perpetuũ vel
ad tp̃s.ſed debitor inutiliter legat debitum creditori niſi creditor
ex legato aliquod commodũ conſequat. Et legatum qd ab initio
cõmodũ afferre potuit nõ vitiat lʒ adueniat ad caſum in quo com
modũ nõ afferat.h.d.vſqʒ ad.§.ſed ſi vxori. ¶No.j.ꝙ qñ teſtõr le
gat liberationẽ debitori ſuo vt qr dicit lego liberationẽ titio eius:
qd mihi dʒ:vel nolo peti qd mihi caius dʒ: tũc legatari⁹ nedũ hʒ
exceptionẽ ſi heres petat:ſed etiã põt agere ex teſtõ.qd heres eũ li
beret p acceptilationẽ qñ erat ſolus debitor vel etiã erãt duo correi
ſocij:qr tũc dñt liberari pacto.de quo per Bar.in.l.ex duob⁹.ff.de
duo.reis.⁊.l.iiij.§.nũc de effectu.ff.de lib.leg.vbi eſt tex.⁊ ibi in gl.
in ver.liberet.Quot aũt modis qs leget de bonis debitoris.dicvt
41 hic in glo.⁊ no.¶†Scdo no.in ver.põt aũt.ꝙ ſicut põt legari libe
ratio debitori ne vnq̃ petat ab eo ita põt legari ad tp̃s ne petatur
ab eo vſqʒ ad certũ tp̃s.⁊ tũc p eo tpe nõ põt peti vſura vel pena lʒ
fuerit pmiſſa ſi nõ ſoluat ad tp̃s:qr vbi nulla petitio ibi nulla mo
ra.l.nõ ſolũ.§.j.ff.de li.le.¶Tertio no.in ver.ex ↄrio.qd ſi debitor
leget creditori id qd ſibi dʒ: legatũ nõ tenet ſi nõ afferat creditori
aliquã commoditatẽ ſiue vtilitatẽ.põt aũt afferre vtilitatẽ ⁊ plus
eſſe in legato quã in credito quinqʒ modis.ſ.re: tpe loco vel cauſa.vt
ſ.de act.§.plus aũt.Itẽ quarto mõ propter hypothecã ⁊ dñiũ rei qd
acquirit p legatũ vbi qs primo nõ hʒ per cõtractũ.vt tʒ gl.not.in
l.meui⁹.in prin.ff.de leg.ij.⁊.l.iij.§.ſi rem.ff.de leg.iij. lʒ hic glo. in
ver.ampli⁹ teneat oppoſitũ ⁊ male ſm Bar.in.l.ſi creditori.de le.
j.⁊ intellige qd legatũ quãtitatis affert aliqd cõmodũ ſi eſt expreſ
ſa certa quãtitas alias non tenet cũ habeat neceſſe agere primeua
actione.l.legaui.ver.cõtra aũt.de libe.leg.¶Quarto no.in ver.ꝙ
ſi vno ꝙ qñ actus eſt perfect⁹ ⁊ cõplet⁹ lʒ deueniat ad caſum a quo
nullũ affert cõmodũ.⁊ ſic in illo reſpectu fit inutile.ſ.quãtũ ad cõ
modũ.l.debitor.in prin.de leg.ij.tñ nõ vitiat.vt hic ſecus ſi non ſit
perfect⁹ ⁊ cõpletus.vt in cõtrarijs glo.ſi.ſuper ver.põt.de quo per
Bar.in.l.pluribus.§.⁊ ſi placet.ff.de verb.obli.

42 **Sed ſi vxori.** ¶†Ualet legatũ dotis recepte factum a
marito vxori.ſi aũt maritus leget vxori
dotẽ quã in rei veritate nõ recepit vcʒ ſi eſt expreſſa certa quãtitas
per ſe vel per relationẽ ad aliud.ſec⁹ ſi nõ eſt expreſſa.h.d.¶Not.
ergo qñ maritus legat vxori centũ q̃ habuit lʒ vxor nõ habeat in
ſtrumentũ de dote ⁊ ſi legatũ nõ videat afferre vtilitatem:vt.ſ.§.
vxori.ver.ex ↄtrario.tñ valeat ppter multa cõmoda q̃ ponunt hic
in glo.no.in ver.etiã qua die.ibi:vel eius ſuus heres vel fili⁹ cõis
ex eodẽ matrimonio.vt tenet glo.in.l.ſciendũ.ff.de re iud.non aũt
ex alio matrimonio.ſi aũt vxor nõ hʒ de dote vel vir in rei veritate
nunq̃ recipit dotẽ:tunc ſi nõ exprimit certã qualitatẽ. ſed ſimplr
dicit lego.ſibi dotẽ ſuã tunc eſt clarũ ex quo nihil apparet de dote
vitiat legatũ ppter incertitudinẽ ſi aũt exprimit certã quantitatẽ
vt qr dixit vxori.lego centũ q̃ habui in dotẽ:vel lego quãtitatẽ quã
habui in dotẽ.prout pʒ in inſtrõ matrimonij talis notarij vel lego
domũ pro centũ q̃ habui in dotẽ:tũc valet legatũ:lʒ nullã dotẽ rece
perit.⁊ ſic falſa demõſtratio ſeu falſa cauſa nõ vitiat legatũ.vt.l.et
ſi nõ deſignata.C.de fal.cau.adie.leg.⁊ idẽ ſi teſtõr diceret volo red
di centũ vxori mee q̃ habui pro dote ſua.nã quãuis teſtõr nihil ha
buerit vel habuerit ſed reſtituit ⁊ ſciat ſe reſtituiſſe nihilominus
43 debet legatũ.l.cũ quidã vxori ſue dotẽ.ff.de leg.ij.†Attẽde tñ qd le
gatum dotis minuet propter falcidiã ⁊ propter legitimã filij ſicut
propter alia credita qñ bona defuncti nõ ſufficiũt.vt.l.in imponẽ
da.⁊ aut.ſimilr.⁊ ibi not.C.ad.l.fal.⁊ ideo tunc vtilius eſſet mulie
ri tunc agere actione de dote:quã ex teſtamento ⁊c.

**Si res legata.** ¶Interitu rei legate vel manumiſ
ſione ſerui alieni legati ſine culpa he
redis cõtingẽte heres liberat ſec⁹ ſi ſeruũ ſuũ legatũ ipſe heres ſciẽ
ter vel ignorãter aut is cui donauit manumiſerit.h.d. vſqʒ ad.§.ſi
44 qs ancillã.¶†Not.j.qd ſi res legata pereat ſine mora ⁊ culpa he
redis:vt qr als legatũ moriat vel dom⁹ relicta caſu nate pereat: pit
periculo ⁊ dãno legatarij ⁊ heres liberat:qr nõ tenet dare eſtima
tionẽ:vt hic.⁊.l.cum res.§.ſi.ff.de le.j.Et ſimiliter ſi ſeru⁹ alien⁹ le
gat⁹ manumittit a dño ſuo anteq̃ hẽs ſit in mora vel in culpa eſt
dãnũ legatarij qr hẽs nõ tenetur ad eſtimationẽ qr eſt pinde ac ſi
ſeruus piſſet cũ manumiſſo morti cõparet:vt hic in glo.in v.ma
numiſſus.põt aũt in ſeruo alieno legato hẽs cõmittere culpam vt
hic in glo.not.ſup ver.ſiue facto.¶Ex qua no. qd in re aliena le
gata heres tenetur adhibere diligentiam in denũciando domino
ſerui legati qd vult eũ emere.⁊ ſic hoc caſu cogitur heres eſſe ſolli
citus ad damnum ſuum fauore legatorum:vt dicit gloſſ.in.l.ſi ſer
uum.in prin.de ver.obli.nam tenetur heres de dolo ⁊ lata culpa
⁊ leui rei legate ſecundum gloſſ.ij.hic in fi.¶Secundum not. in
ver.ſi heredis.quãdo teſtator legat ſeruum ppriũ heredis tunc ſi
ue heres eum manumittat ſcienter:ſiue ignoranter:ſiue hñs cãm
ab eo ſemper tenetur qr nõ põt ſe excuſare propter ignorantiam:
qr cum cenſeatur eadẽ perſona cũ defuncto debuit ſcire ⁊ inueſti
gare factum ſuum qd ei incumbebat faciendũ.vt tenuit hic gloſſ.
in ver.non intereſt.in fi.⁊ hoc ideo quia ſentit lucrum ex perſona
defuncti.vt dicit gl.in.l.j.§.ſi ſeruũ.ff.de cõdi.inde.Ex qua habes
qd lʒ alias ſuccedẽs in ius alteri⁹ teneat ignorare:vt.l.qui in alte
rius.ff.de re.iu.tñ qñ res ipſius legat ⁊ eã perdit etiã ignoranter:
id eſt manumittit tenet.nec lʒ ei allegare ignorantiã:qr ſentit com
modũ a defuncto a quo facto eſt legatũ.Et facit iſte tex. in ver.ſed
ſi alij.quod ſi ego promiſi tibi ſub pena non facere infra certũ tp̃s
opus in re mea.qd ſi rem vẽdo vel dono ⁊ emptor vel donatarius
faciat qd ego nõ tenear.ſed dic qd ad penã nõ teneor ego qr nõ feci
nec emptor nec donatarius:quia ſe non obligauit.ſed nunquã te
neatur emptor vel donatarius ad demoliendũ.dic qd ſic: ſi ſit ius
reale ſiue obligatio realis:puta vt nõ edificares ne offuſcarent lu
mina domus mee.ſec⁹ ſi fuit obligatio pſonalis q̃ nõ ſequit fundũ
l.ſi.ff.de contrahen.emp.de quo per glo.⁊ Bart.in.l.iij.§.opus.ff.
de alie.iud.⁊ per Dy.⁊ Bar.in.l.⁊ ſi.ff.de no.ope.nunci. in glo.in
ver.perierit.in ſi.dic diſtinguẽdo melius quatuor tpa.vt not. glo.
in.l.cũ ſeruus.ff.de leg.j.⁊ dixi.ſ.eo.§.ea que.in glo.in ver.non in
tereſt.in ſi.dic etiã aliã rationẽ.ſ.qr ſentit hic heres lucrũ a defun
cto.vt not.glo.in.d.§.ſi ſeruum.Qd aũt hic dicit glo.ſ.quia heres
debet ſcire factũ ſuũ ſcʒ illud qd continet in teſtamẽto procedit in
herede extraneo qui non põt adire niſi ſit certus de viribus teſta
menti ſecus in ſuo.de quo per Bart.in.l.eius qui in prouincia.ff.
ſi cer.pet.⁊.l.ſi ſeruũ.§.de illo.ff.de verb.ob.

**Si quis ancillas.** Legatis duab⁹ reb⁹ principa
libus mediãte iſta copula cuʒ
vna perẽpta debet altera.ſed ſi vna eſt alteri acceſſoria tũc perẽpto
legato quo ad principalẽ rem extinguit quo ad acceſſoria.h.d.vſqʒ
45 ad.§.ſi grex.¶†No.ꝙ dictio cũ poſita inter res quaꝝ vna accedit
alteri:vt eſt peculiũ qd accedit ſeruo cõiungit acceſſoriũ.⁊ ideo ex
tincto legato ſerui p alienationẽ vel manumiſſionẽ.vt ſunt filij an
cille qui nõ accedunt ei propter dignitatẽ tũc cõiungit principalr
⁊ ideo extincto legato ancille legate cũ liberis dicuntur liberi. vt
46 hic.⁊.l.iij.⁊.iiij.ff.de pecu.lega.¶Secundo no.in ver. idem con
iuncta glo.in ver.inſtructus qd differentia eſt an leget fundus cuʒ
inſtrumẽto an fundus ⁊ inſtrumentũ an fundus inſtructus. nam
primũ legatũ cũ ſ dico cũ inſtrumẽto ↄtinet inſtrumentũ fundi nõ
patriſa.qui tenebat ad ſuã delectationem:vt not l.ij.C. de verbo.
ſigni.⁊ ibi plene per Saly.⁊ hoc quantũ ad continentiã.ſ. quãtũ
contineant dicta legata.ſ.quantũ ad eſtimationẽ inter legatũ fa
ctũ per eũ ⁊ factũ per ⁊ qñ ponunt inter res quarum vna non acci
dit alteri non eſt differentia.vt hic in ancilla ⁊ libera.⁊.l. ſi ancilla
47 cum liberis.ff.de leg.j.†Sed qñ ponunt inter res quarum vna ac
cedit alteri:vt in fundo inſtructo:tunc eſt differentia inter cũ et ⁊
qr dictio cũ eñ cõiungit acceſſorie ⁊ ideo extincto principali extin
guitur acceſſoriũ:ſed dictio ⁊ cõiungit principaliter.ideo extincto
48 legato fundi debet legatũ inſtrumentorũ.†Ex his patet ſi lego ti
bi vaccam cũ vitulo mortua vacca nõ debet vitulus.ſecus ſi vaccã
⁊ vitulũ.Item patet ſi dedico me cũ meis bonis monaſterio ſi nõ
valet ingreſſus nec datio bonorum ſecus ſi dedico me ⁊ mea:quia
tunc licet vitietur ingreſſus remanẽt bona monaſterio.de quo in
aut.ingreſſi.C.de ſac.ſan.eccle.⁊ tenet hoc ibi Saly.⁊c.ſed legatum
fundi inſtructi habet naturã ſeparatam.quia adiectiuum inclu
dit ſiue apprehendit inſtrumentũ fundi acceſſorie ⁊ inſtrumentũ
patriſſa.principaliter.ideo extincto legato fundi extinguit legatũ
inſtrumẽti fundi ſed non patriſſa.vt.d.l.ſi cui. in ſi. ⁊ hoc vult hic
glo.in ver.inſtructus.in ver.nã ſubtilius.⁊ illã ſolutionẽ tenet ſm
Bar.in.d.l.ſi cui.Et qualiter debeã formare libellum ⁊ petere in Libellus.
ſtrumentũ patriſſa.qñ fundus inſtructus legatus eſt mihi perem
49 ptus.dic per Bart.in.d.l.ſi cui.† Sed quero an publicato fundo
intelligit publicatũ inſtrumentũ fundi:ſi nõ eſt dictũ in ſnĩa Bar.
qd nõ per.l.ij.§.dotis.ff.de pecu.lega.⁊ ibi per eum.Itẽ quero an
vendito fundo intelligat cedere in venditione aliud inſtrumentũ
ibi exiſtẽs ad laborandũ.dic quod non in.l.fundi.ff.de actio.emp.
ſicut vendito ſeruo non cedit peculium. lege quoties.ff. de con
trahenda emptione ⁊c.

50 **Si grex.** ¶†Legatũ gregis tenet quantũcũqʒ grex dimi
nuatur vſqʒ ad vnã ouem vel pluriũ augeatur.
Itẽ in legato domus cedũt colũne poſt legatũ adiecte.Item pecu
lio legato id qd accidit viuo teſtatore debetur cuicũqʒ legatario.ſi
aũt accedit poſt mortẽ teſtatoris ⁊ ante aditã hereditatẽ debetur
ſeruo in teſtamẽto manumiſſo cui peculium eſt legatũ:non aũt de
betur alteri.h.d.vſqʒ ad.§.peculiũ aũt.concor.l.deniqʒ.§.verbum
ff.de pecu.lega.¶Not.in prin.qd licet a principio grex non poſſit
conſtitui niſi ex pluribus capitibus.vt hic.in glo.j.tñ ſemel conſti
tutus retinet nomen gregis licet diminuatur vſqʒ ad vnam ouem
vt hic.⁊.l.grege legato.cũ.l.ſequen.ff.eo.⁊ hic in legato proprieta
tis:ſecus in legato vſuſfructus gregis: quia extinguit ſi deueniat
ad pauciora.x.capitibus l.ſina.ff.quib.mod.vſufru.amit.ſic etiaʒ
licet vniuerſitas ⁊ collegium non poſſint conſtitui ex vno tantum
tamen ſi deueniant ad vnũ retinet nomen collegij.l.ſicut.§.ſina.ff.
quod cuiuſqʒ vniuer.Diminutio ergo ⁊ augmentum gregis lega
ti pertinet ad legatarium vt hic ſiue augeatur ⁊ diminuat viuo
51 teſtatore:ſiue poſt:vt not.gloſſ.in.d.l.grege.† quot vero homines

faciant collegiū ſiue vniuerſitatē. dic qꝺ tres ad minus. vt. l. nera-
52 tius. ff. de verb. ſig. † ⁊ ſimiliter tres ad minus faciūt familiā. l. de
53 teſtō. ff. de ver. ſig. † duo faciūt cōgregationē. in. c. ij. de elect. ⁊ ibi
bona gl. quā no. ad ſtatuta qꝺ ſi qs faceret congregationem gen-
54 tiū ⁊c. † Dico faciunt rixam. l. p̄toꝛ ait. §. j. ff. vi bono. rap. † Decē
55 faciūt populū ſiue plebē. x. q. iij. in. c. vnio. † Et plures ꝙ decem vt
56 xv. faciūt turbā. l. p̄toꝛ ait. §. j. ff. vi bo. rap. ⁊ ibi ꝑ Bar. ⁊ not. gl. in
57 c. j. Et ſilr glo. habes extra. q. j. ti. j. † Quot capita poꝛcoꝝ vel ouiū
faciunt gregem. dic hic in gl. j. quinꝗ vel quatuoꝛ faciunt gregeꝫ
equoꝝ ⁊ alioꝝū animaliū groſſoꝝ. no. glo. ⁊ Bart. in. l. oēs. ff. de
58 abigeis. † Sꝫ quero collegiū in quo ſunt. x. hoīes cōpꝛomiſit: dein-
de moꝛtui ſunt quinꝗ vel ſeptē: an expiret cōpꝛomiſſum. videtur
qꝺ ſic: qꝛ moꝛte litigātiū expirat nec trāſit ad heredē niſi ſit dictū.
l. diē pꝛoferre. §. j. l. ſed ſi interpelletur. §. ſi ab altera. ff. de arbi. dic
ꝯ. qꝛ retinet nomē collegij ⁊ ſi deueniat ad vnum. dic vt. ſ. dixi. de
quo ꝑ Bar. in. l. que in rerū. §. ſi. ff. de leg. j. ¶ Scđo no. in. §. edibꝰ
qꝺ licet colūne ⁊ marmoꝛa domus non poſſint legari ab initio vt
ſeparent a domibus. l. cetera. de leg. j. tamē legata domo columne
⁊ marmoꝛa adiecta cedunt legatario: vt hic ſic ⁊ legata domo lꝫ
59 ſit cōbuſta tamē debet area. l. ſi grege. de leg. j. † Tertio no. in. §. ſi
peculiū. qꝺ augmētū ⁊ diminutio legati cōtingens viuo teſtatoꝛe
ſpectat ad legatariū ſiue ſit legatū ipſi ſeruo in teſtō manumiſſo:
ſiue extraneo. Et idē ſi cōtingat diminutio vel augmentum poſt
moꝛtē teſtatoꝛis ⁊ poſt aditā hereditatē: vt hic in glo. magna. Si
aūt contingat poſt moꝛtē teſtōꝛis ⁊ ante aditā hereditatē tunc eſt
differētia vtrū peculiū ſit relictū ſeruo in teſtamento manumiſſo.
an ſit relictuꝫ extraneo: vt hic in tex. Et no. hic glo. magnā in ver.
cedere que ponit quādo dies legati cedit. item qꝺ verbum cedere
accipitur dupliciter ⁊c.

## Peculium aūt.

¶ Seruo in vltima voluntate manumiſſo nō intelligit peculium legatū: niſi teſtatoꝛ expꝛeſſe legauerit. ſed ſeruo manumiſſo inter viuos intelligitur in dubio peculiū relictum: niſi expꝛeſſe adimat.
Itē appellatione peculij legati nō cōtinet nec per legatariū repetitur id qꝺ in rationes dominij impendit. Iteꝫ peculiū intelligit
legatū ſeruo cui dn̄s relinqt libertatem cū onere qꝺ rōnes reddat
60 ⁊ reliqua p̄ſtet. h. d. vſꝗ ad. §. tam aūt. ¶ † No. pꝛimo qn̄ ſeruꝰ ma
numittit inter viuos videt in dubio peculiū legatū quāuis nihil
dicatur. ſecus quando in vltima voluntate. vt hic. ⁊ l. j. C. de pecu.
eius q libertatē meruit. rōnem differētie ponit hic gl. in ver. ꝙuis
⁊ opi. Placentini eſt vera. quā tꝫ glo. in. d. l. j. ¶ Scđo no. in ver.
idē reſcripſerunt. qꝺ ille cui eſt legatū peculiū nō pōt repetere ab
heredibus domini id qꝺ impendit in rōnes dn̄i. ſecus ſi ſit legata-
rius cui relicta ſit certa res peculiaris: qꝛ nihilominus repetit qꝺ
in rationē vertit. Et eſt ratio differētie: qꝛ peculiū eſt qd vniuerſa
le. ⁊ equiparat hereditati. ⁊ iꝺ ſicut heres ver. tenet ad debita he-
reditaria: nec pōt repetere ſi qd ſoluit ꝓ defuncto. ita ⁊ vbi eſt lega
tum peculiū tenet ſoluere debita peculiaria: nec repetit debita do
mini peculij. ſed legatarius ſingularis nō tenet ad debita heredi-
taria. ſed habet legatū pꝛecipuū ⁊ etiā petit ſibi debitū niſi eſſet le
gatū animo cōpenſandi. C. de lega. ⁊ hoc vult gl. in. l. diuus. §. teſtō
61 ff. de pecu. leg. ⁊ intellige hic gl. in ver. legato. † Et not. qꝺ ex ꝯſue-
tudine patriſſa. ꝓbat eius volūtas vt intelligat id legaſſe qꝺ lega
tario cōſuetus erat p̄ſtare. vt hic in gl. no. in ver. petitionē. ¶ Ter
tio no. in ver. idē reſcripſerūt. qꝺ qn̄ teſtōꝛ legat libertatē ſeruo et
iubet eū reddere rōnes ⁊ reliqua cōſignare; ꝓ hec vꝛ peculiū ſibi le
gare. alias nō poſſet reddere rōnes ⁊ reliqua cōſignare ſi nō hr̄et
peculiū ⁊ liberos penes ſe. ſecus aūt qn̄ teſtōꝛ dicit: rōnē reddi ve-
to: qꝛ nō vꝛ ſibi legare peculiū. vt hic in glo. in ver. cum rationibꝰ.
nam hic hoc legatum qꝺ nō teneat reddere rationem non impoꝛ
tat vt illa que ſeruus penes ſe hꝫ poſſit retinere: ſed vt ſcrupuloſa
inquiſitio nō fiat in eius ratione reddēda vꝫ quod nō habeat rō
negligētie: ſed bene doli ⁊ fraudis. vt. l. ſi ſeruus vetitus. de leg.
j. ⁊ ſic ſed per foꝛmam ſtatuti capitaneus nō tenet niſi de furto et
barataria non tamen cōpꝛehenditur quod per hoc non teneatur
ad reſtituendum res alienas quas habet penes ſe: ⁊ ad debita ſol
uenda. per dictā legem ſi ſeruus vetitus. ⁊ de hoc legato dic in
l. ꝙuis. ⁊. l. ſi cui libertas. ⁊. l. cum ſeruus. ff. de cōdi. ⁊ demon. et. l.
aurelio. §. gaius. per Bar. ff. de liber. lega.

## 62 Tam aūt.

¶ † Tā coꝛpoꝛalia ꝙ incoꝛpoꝛalia vt iura ⁊ actiōes legari pn̄t: ⁊ ꝑ exactionē debiti extinguit ſubſtātia legati. Itē qualitercūꝗ legatū cōtineat vtilitatē legatarij vꝫ vt tꝫ. h. d. ¶ No. j. ꝙ ſi teſtatoꝛ leget nomē debitoꝛis. i.
leget alicui qꝺ ſibi debet ab alio: heres tenet cedere actionē legata
rio cōtra illū debitoꝛē. lꝫ ſine ceſſione habeant vtilē actionē vt hic
in gl. ij. ⁊ ſic eſt cā hic qꝺ heres nō tenet ſumptibꝰ ſuis exigere illā
pecuniā legatario. ſꝫ tm̄ cedere actionē in re litigioſa legata ſuper
qua tenet hēs ſumptibꝰ ſuis pꝛoſequi litē. ⁊ ſi obtinebit tūc rē da
bit legatario alias nihil conſequatur legatarius. C. de litigi. aut.
nūc ſi heres. Si tm̄ teſtatoꝛ viuus exigit pecuniam ⁊ ſi perimit ſub-
ſtantiā legati tunc videt reuocat legatū. ⁊ intellige quādo exigit. i.
ab inuito debitoꝛe extoꝛſit in iudicio. intellige pꝛecepto vel ſn̄ia
iudicis qꝛ exigere eſt ab inuito extoꝛquere. l. fideicōmiſſaria. §. ſi rē.
de le. j. ſecꝰ ſi nō exigit: ſꝫ legatariꝰ obtulit ⁊ ſpōte ſoluit vel ſi teſtōꝛ
exigit in iudicio ſꝫ pecuniā exactā repoſuit ⁊ ꝓ legatario ꝯſerua-
uit: qꝛ tūc nō vꝛ reuocare legatū. vt hic in glo. not. in ver. exegerit.
¶ Scđo no. i ver. ſꝫ ēt. ꝙ ēt vꝫ legatū ꝙ hēs operet vel faciat opari
in re legatarij ⁊ ipſaꝫ reficere. Itē ꝙ hēs liberet legatariū a certo
debito ad qꝺ tenet alteri: vꝫ ꝙ ſoluat ꝓ eo creditoꝛi ſuo gn̄aliter
qūocūꝗ cōtineat cōmodū legatarij valet ⁊ tenet: vt hic in glo. ſi.

## 63 Si generaliter.

¶ † Si teſtōꝛ de certis rebꝰ quas hꝫ leget incertā electio eſt legatarij: ⁊ ius eligendi trāſmittit ad heredē lꝫ olim ſecus eſſet. Itē pluribus legatarijs quibus cōpetit optio diſcoꝛdantibus inuentuꝫ
eſt ne legatū pereat qꝺ ſoꝛte dirimat qs debeat in electione p̄ferri.
h. d. vſꝗ ad. §. legari. ſi tm̄ teſtatoꝛ leget rem in genere vel incertaꝫ
de certis: an valeat legatū ⁊ cuius ſit electio. dic vt hic in gl. no. in
ver. legatarij. in diſt. Jo. que eſt vera. eandē diſtinctionē habes ꝑ
gl. in. l. heredes. §. ſi incerto. ff. fa. hercíſ. ſꝫ magis latam ⁊ amplaꝫ
diſtinctionē habes in. l. legato generaliter. ff. de leg. j. ⁊ dic vt ibi ꝑ
64 Bar. † Nā incertitudo rei legate regulariter vitiat legatū. vt h. ⁊
l. cū poſt. §. grauē. ff. de iure dotiū. niſi in caſibus notatis hic in gl.
ſicut in ſeruo in genere legato. Itē in domo qn̄ teſtatoꝛ hꝫ domos
in patrimonio. Itē in legatis dotis. in. d. §. alimentoꝝū genera. l.
pe. ff. de ali. ⁊ cib. le. l. qdā in teſtō. de le. ij. Item ſi eſt legatū collatū
in arbitriū alterius. l. j. ff. de leg. ij. Item ſi poſtea venit certifican-
dum. vt in ea. §. incertus. ⁊. l. quidā. ff. de rebus dubijs. Et adde ꝙ
incertitudo vitiat poſſeſſionem vſucapionē ⁊ ceſſionē: ideo nō va
let ſi cedo tibi quicquid iuris habes in illo fundo nec ceſſionariꝰ
poterit vſucapere niſi appareat de iure meo. de quo per Bart. in
l. ſi ſic. §. j. ff. de leg. ij. ¶ Scđo no. in. §. optionis. qꝺ facultas eligen
di tranſit ad heredē. ⁊ ideo legatū optionis ꝙuis habeat in ſe ta-
citam cōditionē ſi elegerit: tamē nō impedit trāſmiſſioneꝫ electio-
65 nis ad heredē ſicut olim. † Et quot requirunt vt teneat electio. dic
qꝺ quinꝗ de qbus ꝑ gl. ⁊ bar. in. l. ſerui electione. in pꝛin. ff. de leg.
j. videlicet ꝙ eligens ſit pſona habilis. ſ. maioꝛ ⁊ ſui iuris. Scđo ꝙ
res ſit eligibilis. ſ. qꝺ ſit teſtatoꝛis ⁊ non aliena. Tertio ꝙ oēs res
ſint exhibite ex quibus debet fieri electio. Quarto ꝙ ſit adita he-
reditas. Quinto ꝙ fiat per verba legitima ⁊ nō ſuſpēſiua: vt quia
66 dicā: eligo ⁊ nō eligere volo. † Sed quero ſi pꝛima electio nō tenuit
an qs poſſit iterū eligere. dic ꝑ bar. in. l. ij. ff. de adi. leg. qꝛ ſi non te-
nuit ex defectu foꝛme tunc poterit. l. qd tamē. ff. de arbi. ſi vero nō
tenuit ex defectu materie: vt qꝛ eligitur res aliena vel cum executo
res teſtamēti eligunt pauperes incapaces: vel electoꝛes poteſtatis
eligunt incapacem tūc ſi fuit factū ignoꝛāter pōt eligi. ſecus ſi ſciē
ter: vt. d. l. ij. ⁊. c. cū in cunctis. de elec. Et adde per Inno. in. c. lite-
ris. de offi. deleg. ⁊ ꝑ Saly. in. l. ſi. C. de ꝯhen. emp. ¶ Tertio no. in
ver. ⁊ diligentioꝛē. qꝺ pluribus inuicem diſcoꝛdātibus ſi vno eli-
gente vnā rē ⁊ alio aliā ſoꝛte dirimitur cuius electio pꝛeualet. ⁊ il-
le talis eligens debet ſoluere eſtimationē ſuarū partium ſocijs. l.
ſi. C. cōia de leg. Sed qd ſi aliqui legatarij habent maioꝛem partē
quā alij: an p̄ferant illi in electiōe ſicut alias p̄fert creditoꝛ maioꝛis ſumme: vt. l. maioꝛē. ff. de pac. dic quod nō ſcđm doc. in. d. l. ſi. lꝫ
67 gl. ibi teneat oppoſitū ſub dubio ſoꝛte. ¶ † Ultimo no. qꝺ eſt hic
remediū ſubſidiariū. ſ. qꝺ lis ſoꝛte dirimat qn̄ aliter dirimi nō po-
teſt. vnde dic qn̄ eſt queſtio ſup facto nō dꝫ recurri ad ſoꝛtē: ſed factū dꝫ ꝓbari. l. actoꝛ qꝺ aſſeuerat. C. de ꝓba. Sꝫ ſi ſit qꝺ ſuper iure
tunc ſi lex declarat qualiter incertitudo dirimatur ſeruatur lex in
d. l. maioꝛē. ff. de pac. ſi lex non declarat tunc aut diſcoꝛdat in p̄iudicium tertij ⁊ non recurritur ad ſoꝛtē: ſed iudex cogit eos concoꝛ
dare aliquando declarat quis ſit potioꝛ vt inter tutoꝛes diſcoꝛdā
tes de adminiſtratione. ſ. de ſatiſda. tuto. §. ſin aūt. ⁊ ibi dixi. Aliquando cauſatur nō audiendo eos niſi cōcoꝛdent: vt inter plures
legatarios agentes diuerſis actionibus in p̄iudicium heredis. l.
hmōi. §. ſi. ff. de leg. j. Si aūt diſcoꝛdent in p̄iudiciū ſui tūc ſi petūt
recurri ad ſoꝛtē ⁊ ſoꝛte dirimitur: vt hic ⁊. d. l. ſi. alꝰ ꝑ diſcoꝛdiā ſe
inuicē impediūt. l. quoties. ff. de vſufruc. ⁊. l. ij. §. ſi. ff. qui. mo. vſuſfruc. amit. ſm̄ Saly. in. d. l. ſi.

## 68 Legati autem.

¶ † Illis poteſt legatum relinqui qui poſſunt ex teſtamēto capere. h. d. Non ergo tenet legatum factum alicui abinteſtato. l. in codicillis. vt. j. de codicillis. §. non tantum. niſi ille poſſit capere ex teſtō:
vel eſſet habilis vt poſſit inſtitui vel ei relinqui in teſtamento. vt
69 hic. † Qui autem ſunt illi q nō pn̄t capere ex teſtō notantur hic in
glo. in qua dic ibi peregrinus ⁊ depoꝛtatus. ⁊ cui queritur heredi
tas vel res legata tali depoꝛtato. glo. tenet in. l. ideo de here. inſti.
ꝙ queritur fiſco. ⁊ ita tenet Saly. Sꝫ Bar. ⁊ plures alij tenent qꝺ
queratur ⁊ deueniatur venientibus abinteſtato illius qui relin-
quit. dic in. d. l. j. in ea. glo. ibi. Item in metallum damnatus ⁊ legatum ⁊ heredibus huic relicta debet venienti abinteſtato. d. l. ſi
in metallum. Et idē ſi fratres minoꝛes inſtituantur heredes qui
ſunt incapaces. per cle. exiui de paradiſo. de verboꝛum ſigni. hereditas tanꝙ pꝛo non ſcripta remanet apud venientes abinteſtato. et idem in hereditate vel legato relictis damnatis ad moꝛ-
tem: vel

tem:vel ad perpetuũ carcerẽ poſſunt relinqui alimenta.per.ꝺ.l.ſi
metallũ.⁊ ibi per Bar.in ea.gloſ.ibi inceſtuoſi.i.ex nephario ꝺã-
nato vel inceſtuoſo coitu nati.vt in aut.ex cõplexu.C.ꝺe natura.li-
be.⁊ hoc verũ qꝺ nõ põt eis relinqui a patre quoquo mõ in teſtõ
vel inter viuos ꝺonari imo ſi pater relinquit expreſſe tũc ꝺebet ve
nientibꝰ ab inteſtato:⁊ ſi relinquit tacite ⁊ in fraudẽ per ſuppoſi-
tam pſonã ꝺebet fiſco.ſm Bar.in.l.lucius.§.fi.ꝺe le.j.Sed ab alio
extraneo bñ põt relinqui tali ſpurio:niſi fiat in fraudẽ.tenet gloſ.
in.ꝺ.§.vlti.in gl.alle.Itẽ põt relinqui a patre ad alimẽta.vt in.c.
cum haberet.ꝺe eo qui duxit in matri.quã polluit ꝑ adulterium.
¶In ea.glo.ibi maioris hereſis.ſecus ſi aliqs erraret in aliquo
articulo fidei:qꝛ ꝑ hoc nõ ꝺicit hereticꝰ niſi ꝑtinaciter reſiſtat.vt
70 no.l.ij.C.ꝺe hereti.¶†In ea.glo.ibi itẽ mulier nubẽs infra annũ
ſcõm apoſtolũ.ſed cũ hodie mulier mortuo primo viro poſſit in-
continẽti nubere.vt in.c.pe.⁊ fi.ꝺe ſecũ.nup.An hodie poterit he
res inſtitui ⁊ ei legari.glo.qꝺ ſic.in.l.ij.C.ꝺe ſecun.nup.⁊ ſimiliter
hodie nõ erit infamis.vt.ꝺ.l.j.in hoc tñ an pene impoſite mulieri
nubẽti infra tp̃s luctꝰ a iure ciuili que ſunt multe.vt.ꝺ.l.j.ſint cor
recte ꝑ ius canonũ.Inno.in.ꝺ.c.pe.⁊ fi.ꝺe ſecũ.nup.concludit qꝺ
ius canonicũ tollit penas ĩpoſitas mulieri ꝓpter feſtinãtiã nubẽ-
di.ſ.infra annũ luctꝰ vt qꝺ poſſit inſtitui:⁊ ſibi legari.vt hic.⁊ qꝺ
non ſit infamis:vt.ꝺ.l.j.nõ aũt tollit penas ſibi impoſitas fauore
priorũ puerorũ ex eo qꝛ ſcꝺo nubit.Et ideo lucra habita a primo
viro tenet etiam hodie reſeruare filijs primi matrimonij.ꝺe quo
a ꝺic per Bar.in.l.genero.[a] ff.ꝺe his qui no.infa.

71 **Incertus vero.** ¶†Incertitudo pſone legatum libertatis ⁊ tutele ꝺationẽ vitiat.
et alieno poſthumo,põt hodie hereditas ⁊ legatũ relinqui.h.ꝺ.
72 vſqꝫ ad.§.ſi quis in nomine.†Et cõclude ſm Bar.in.l.quidã rele
gatus.ff.ꝺe reb.ꝺu.qñ eſt incertitudo rei legate an vitiet legatum
ꝺic vt.ſ.eo.§.generaliter.qñ eſt incertitudo in pſona legatarij.et
tũc ꝺic qꝺ regula eſt qꝺ incertitudo vitiat legatũ ſi nullũ nomen
legatarij teſtator expreſſit.vt ſi ꝺicat lego.x.⁊ nõ ꝺicat cui.l.paulꝰ
reſpõdit cum nomẽ.ff.ꝺe reb.ꝺu.Fallit primo ſi teſtator expreſſit
perſonã ⁊ ꝺubitat ꝺe qua ſenſerit:cum plures eſſent eiuſdẽ nomi
nis.nam tũc cũ legatũ tenet in ſui ſubſtãtia:lꝫ ꝓpter incertitudi-
nem redderet ĩutile niſi legatarius ꝓbaret teſtatorẽ ſenſiſſe ꝺe eo
põt heres ſoluere cur vult gratificari.l.ſi qs ſeruũ.§.ſi inter ꝺuos.
ꝺe le.ij.Scꝺo fallit qñ ab initio eſt incerta perſona legatarij:ſed ex
poſtfacto venit certificãda.vt.ꝺ.l.quidã relegatꝰ.⁊ hic in ver.in-
certa.⁊ ver.illud.nam qñ perſona legatarij eſt incerta:ſed poſtea
venit certificãda corrigit ille tex.ꝑ ver.ſed ne huiuſmodi.j.eo.qꝛ
olim nõ valebat:ſed hodie valet.ſed qñ omnimodo remanet ĩcer-
ta perſona legatarij nec poſt venit certificãda:tũc nec olim nec ho
die valet.⁊ ſic nõ corrigit in principio.ſcõm glo.⁊ Bar.in.ꝺ.l.qui
dam relegatꝰ.Tertio fallit qñ relinquit incerte pſone ꝺe certis.vt
hic in verbo ſubiecta.⁊.l.ſi ſeruus legatꝰ.§.huiuſmodi.ff.ꝺe leg.j.
Quarto fallit fauore pauperũ ⁊ captiuorũ.qꝛ pauperibꝰ ⁊ capti-
uis in redẽptione quantũcunqꝫ incertis,põt relinqui ⁊ legari.l.ſi
73 quis ad ꝺeclinandã.⁊.l.nulli.C.ꝺe epiſ.⁊ cle.¶†Scꝺo no.in.§.in
certis aũt perſonis.qꝺ ſicut ꝓpter incertitudinem poterat retine
ri legatũ:ſolutũ vero per errorẽ non poterat repeti:ſic etiã ſolutũ
per errorẽ ex cauſa ꝺotis non repetit tanquã ex cauſa pietatis ſo-
lutum.l.cũ his.§.ſimiliter.ff.ꝺe cõdi.inde.⁊.l.j.C.eod. ¶Tertio
no.in ver.ſed nec.cõiuncta gloſ.in verbo conſtitutio.que ꝺicit qꝺ
hec cõſtitutio nõ reperit quotieſcũqꝫ in alia lege vel ſtatuto fit mẽ
tio alterius legis vel ſtatuti qꝺ nõ reperiat:tñ illud faciẽs mẽtio-
nem ꝺe ſe ꝺiſponit.vt hic.⁊.l.iulia.ff.ꝺe cõdi.inde.⁊ ibi per Bart.
ſecus aũt eſt in inſtrumẽtis.vt in aut.ſi quis in aliquo.C.ꝺe eden.
74 ¶†Quarto nota in.§.tutor.qꝺ ꝺatio tutoris incerti nõ vꝫ etiam
ſi in aliquo futuro euentu veniat certificãdus:vt hic.⁊.l.tutor in-
certus.ff.ꝺe teſt.tute.lꝫ ſecus ſit in legato qꝺ vꝫ ſi ex poſtfacto certi
ficetur pſona legatarij.vt.ſ.ꝺixi.Et eſt ratio ꝺifferẽtie qꝛ tutela eſt
maioris p̃iudicij quã legatũ.nam ſi valeret qñ teſtator ꝺicit relin-
quo tutorẽ eũ q primo venerit ꝺe curia poſſet venire qꝺã ribaldꝰ
cui nõ cõueniret tutela ſcꝺꝫ gl.in.l.ſi qs a filio.§.ſi qs plures.ff.ꝺe
leg.j.Et hec vera qñ teſtator relinqt incertũ tutorẽ.ſi aũt ſenſit ꝺe
incerto aut ꝺubitat ꝺe quo ſinaũt cũ plures eſſẽt eiuſdẽ nominis
tũc vꝫ ꝺatio ꝺe ſe ſed ꝓpter ꝓbationẽ reddit inutilis.l.ꝺuo ſunt
titij.ff.ꝺe teſta.tute.An aũt incertitudo vitiat heredis inſtitutio-
75 nem ⁊ electionẽ.ꝺic per Bart.in.ꝺ.l.quidã relegatꝰ.¶†Quinto
no.in.§.poſthumꝰ.qꝺ olim ꝺe iure antiquo poſthumꝰ alicuius.ſ.
qui non naſcebat ſuus.i.in poteſtate teſtatoris nõ poterat inſtitui
ſed poſtea ꝺe iure p̃torio ⁊ hodie ꝺe iure ciuili per cõſtitutionẽ im
peratoris põt inſtitui ⁊ ei legari.ꝺe hoc ꝺic per Bart.in.l.gallus.
§.ille caſus.ff.ꝺe lib.⁊ poſt.¶Et no.hic bonũ tex.qꝺ poſthumꝰ ſi
ue partꝰ alienus tũc nõ põt inſtitui qñ eius mater inſtitui nõ põt
cenſet eñ portio viſcerũ matris:vt ſicut nõ põt inſtitui nec legari
matri:ita nec eius partui licet al's partꝰ habeatur pro nato qñ tra
ctatur ꝺe eius commodo:vt.ſ.ꝺe tutel.§.cum autem.

76 **Si quis in nomine.** ¶†Error in ꝓprio noĩe cognomine vel agnomi-
77 ne legatarij non vitiat legatum:ſi ꝺe corpore conſtat.h.ꝺ.¶†Et
no.hic in glo.ꝺifferentiã inter nomẽ prenomẽ cognomen ⁊ agno
men.vt Marcus tullius aſinellus affricanus.Et ꝯclude qꝺ error
in proprio nomine cognomine vel agnomine nõ vitiat legatũ he
redis inſtitutionẽ ſtipulationẽ nec alios cõtractꝰ ſi ꝺe corpore cõ-
ſtat.Nam licet per errorẽ nominẽ petrũ eum qui vocat Gulielmꝰ:
non vitiat actꝰ.nã nomina ꝓpria nõ ſunt impoſita niſi ad cogni-
tionẽ rerũ:vt hic.l.ad recognoſcẽdos.C.ꝺe ĩge.manu.⁊ ideo qua-
litercũqꝫ cognoſcat ⁊ certificet res etiã ſine nomine ꝓprio ſufficit.
vt.l.certũ.ff.ſi cer.pe.Sed error in nomine appellatiuo:vt nomi-
nãdo per errorẽ equum ꝓ boue bñ vitiat:qꝛ nomina appellatiua
ſunt ꝓdita ⁊ inuẽta ſimul cũ ipſis rebꝰ:⁊ ideo ſunt ĩmutabilia.et
ideo error in eis vitiat actũ in totũ.l.ſi qs in fundi vocabulo.ff.ꝺe
leg.j.Fallit qñ ſunt appellatiua quorũ vnũ hꝫ ꝓximitatẽ cum alio
vt ſi librũ appello chartã.l.librorũ.§.tñ caſſiꝰ.ff.ꝺe le.iij.Itẽ fallit
qñ vnũ appellatiuũ cõſuetũ eſt poni cõiter pro alio.vt palefredus
pro equo.l.labeo.in fi.ff.ꝺe ſuppel.le.Quid ſi errauerit in regiõe.
ꝺic qꝺ nõ nocet.l.patronꝰ.§.ij.ff.ꝺe le.iij.Itẽ quid ſi erret in nomi
nibus adiectiuis.vt albũ appello nigrũ.ꝺic idem qꝺ in ſubiectis.
ſcõm ꝺicta in.ꝺ.l.ſi qs in fundi.Item qꝺ ſi errat in corpore rei.ꝺic
78 qꝺ veniat ſicut ſi erret in appellatiuis vt.ꝺ.l.ſi quis.† Sed quero
qualiter ꝓbabit qꝺ teſtator errauerit in nomine ꝓprio rei.ꝺic per
ꝺemõſtrationẽ vel ꝺeclarationẽ cõfiniũ a teſtatore appoſitã: vt qꝛ
ꝺixit lego campũ oliueti poſitũ iuxta tales ⁊ tales cõfines.⁊ ſic nõ
vocabat cãpus oliueti:ſed habebat aliud nomẽ ⁊ erat alius cam-
pus ꝺiuiſus a cãpo oliueti.l.nam ſi confines rei cõcordãt: qꝛ ſunt
illimet confines valet actus:licet vocabulũ ⁊ nomen rei ꝺiſcordat
ſcõm glo.⁊ ibi per Barto.in.l.iiij.ff.ꝺe lega.j.

a ¶l.gño. Tu vide ꝺo.abb.i c.cũ ſm aplm extra ꝺe ſecũ.nu.vbi plene ꝺe hac materia.⁊ ꝑ Saly.in.l.j.C.eo.ti.

79 **Huic proxima.** ¶†Falſa ꝺemõſtratio non vitiat ſi ꝺe corpore cõſtat.Itẽ falſa cã ſimili-
ter non vitiat niſi ſit cõditionaliter ꝓlata.h.ꝺ.¶Et no.hic glo.
notabilẽ ⁊ materiã.⁊ adde aliã pleniorẽ in rubrica.ff.ꝺe cõdi.⁊ ꝺe
80 mon.†Cõclude latius quã in glo.qꝺ falſa cã nõ vitiat legatũ niſi
cõditionaliter appoſitũ.vt in tex.⁊ niſi teſtator al's nõ fuiſſet reli-
ctus.ſ.ſi putaſſet cãm falſam.l.cũ tale.§.falſam.ff.ꝺe cõdi.⁊ ꝺemõ.
Et ꝺe hoc ꝺic plene per Bar.in.l.ꝺemõſtratio.§.j.ff.ꝺe cõdi.⁊ ꝺe-
mon.ſed ꝺefectus cõditiõis facit ꝺeficere legatũ:vt in glo.ꝺe quo
plene per Bar.l.iij.ff.ꝺe cõdi.⁊ ꝺemõ.Similiter ſi modus nõ im-
81 pleat nõ ſoluit legatũ.†ꝺiffert tñ modꝰ a ꝯditione in ꝺuobꝰ:qꝛ in
legato cõditionali ante euentũ ꝯditionis nõ eſt nata obligatio ⁊
actio.Sed in legato ſub modo eſt nata obligatio ⁊ actio.⁊ ideo le
gatarius ante modũ impletum agit ⁊ ſibi ſoluitur legatum ſi ca-
uet ꝺe implẽdo modũ.l.ſi tibi legatũ.ff.ꝺe leg.iij.ꝺe quo plene per
82 Bar.in.l.quibꝰ ꝺiebus.§.terminus.ſ.ꝺe condi.⁊ ꝺemon.†Scꝺo
ꝺiffert qꝛ legatũ cõditionale nõ trãſmittit ante euẽtum conditio-
nis:ſed legatũ ſub modo bene tranſmittitur ante modũ impletũ
l.a teſtatore.ff.ꝺe ꝯdi.⁊ ꝺemõ.in ꝺemõſtratione ꝺic qꝺ falſa ꝺemõ-
ſtratio adiecta ſpeciei non vitiat ſi ꝺe corpore cõſtet:vt hic.ver.ſed
huic proxima.ſed falſa ꝺemõſtratio adiecta quãtitati in ſcꝺa vel
tertia perſona ꝺebitoris:vt lego tibi id qꝺ mihi ꝺebes:vel qꝺ ꝺe-
bet mihi titius vitiat legatũ:qꝛ ſi ꝺemõſtratio eſſet vera.ſ.qꝺ ꝺebe
res mihi:vel qꝺ titius mihi ꝺeberet heres meus teneretur ſolum
te liberare vel actionẽ contra titiũ cedere.⁊ ideo cũ non ſubſit cau
ſa ꝺebiti nõ põt fieri ceſſio nec liberatio.ſecus ſi falſa ꝺemõſtratio
ſit adiecta legato in prima pſona:qꝛ tũc ſi quãtitas eſt expreſſa.vt
x.que tibi ꝺebeo.nõ vitiat legatũ qꝛ ſi ꝺemõſtratio eſſet vera heres
meus teneretur ibi ꝺare.⁊ ſic ſubeſſe ſubſtãtia legati.ſed ſi non eſt
expreſſa certa quãtitas nõ valet.tex.eſt in.l.ſi ſic.§.j.ꝺe lega.j.⁊ ibi
per Bar.Et ꝺe iſta falſa ꝺemõſtratione per que verba fiat quan-
do vitiat legata contractus ſententias ⁊ reſcripta.ꝺic plene per
Barto.in.ꝺ.l.ꝺemonſtra.ff.ꝺe condi.⁊ ꝺemon.

**An ſeruo.** ¶In legatis pure inſpicimus valorem eorum tẽpore teſtamẽti ⁊ in eis regula catonia
na vendicat ſibi locũ.In conditionibus vero temporũ exiſtentis
conditionis ⁊ ad ea non pertinet regula catoniana.h.ꝺ.vel ſic:
83 †Legatum ſeruo a ꝺomino ſuo herede ĩſtituto nõ valet ſi legetur
pure ſecus ſi ſub conditione.ſed legatum a ꝺomino ſeruo eius in
84 ſtituto etiam pure valet ⁊ tenet.h.ꝺ.¶†No.ergo qꝺ vt videatur
an valeat legatum purum vel non ꝺebemus attendere tempus
teſtamẽti.nam ſi tẽpore teſtamẽti cõditi ſi tũc moriat teſtator va-
let legatũ:valebit etiã poſtea ſi aũt tp̃e teſtamẽti ſi tũc moriatur te
ſtator non valet legatum nec etiam poſtea validatur licet impedi
mentum ceſſet.Et ideo ſi legetur ſeruo heredis:qꝛ ſi tunc moreret
teſtator non valeret legatũ:qꝛ qꝺ heres ſolueret ſeruo ſuo ſibiipſi
acquireret nõ cõfirmatur legatum:licet heres viuo teſtatore ſer-
uum alienet ꝓpter regulã catonianã que ꝺicit qꝺ legatũ purum
qꝺ non valeret ſi tunc moreretur teſtator nõ cõualidatur poſtea:
licet ceſſet impedimentũ.vt hic in ver.qꝛ qꝺ inutile.⁊.l.j.ff.ꝺe re.
cato.Sed pure legatum a ꝺomino ſeruo inſtituto bene valet: qꝛ
tunc valeret ſi teſtator moriatur tunc:qꝛ ꝺominꝰ nõ reperiret lega
tarius ⁊ heres:qꝛ nõ acquiritur ſibi hereditas antequã iubeat et
ſeruus adeat hereditatẽ.⁊ interim ſeruus poteſt manumitti vel

¶Not.hoc tertiũ notabile.

alienari.⁊ interim tenet legatũ.ſed in legatis cõditionalibus in
ſpicim⁹ tẽp⁹ exiſtẽtis cõditiõis:⁊ ſi tũc nõ ſubſit ĩpedimẽtũ valet
legatum.⁊ ideo in legatis cõditionalibus non habet locũ regula
catoniana:qꝛ ipſa attẽdit tẽpus teſtamẽti ⁊ nõ conditiõis:vt hic
85 in ver.ſub cõditione.⁊.l.pe.ff.de re.cato. ¶†Secundo no. qõ nõ
valet legatũ ſeruo a dñó inſtituto niſi in minima re quã põt ſeru⁹
retinere conniuẽtibus oculis dñi.vt.l.iiij.ff.de manu.Et niſi pro
alimentis:qꝛ tunc põt ſeruus pro tali legato implorare officium
iudicis.l.ſeruos.ff.de ali.⁊ cib.Et ſimiliter valet legatũ fratribus
minoribus ad alimenta.ſcdm Bar.in.d.l.ſeruus.Et ſimiliter nõ
valet legatũ vel fideicommiſſum pure relictũ a patre filio:qꝛ ſibi
ipſi quereretur.nec recõualeſcit:licet interim emãcipet cũ ꝓpter
regulam catonianã.que eſt qõ ſi legatum nõ valeret tẽpore teſta
mẽti ſi tũc teſtator moreret̃ nec poſtea recõualeſcit:vt hic.⁊ hoc ve
rũ quãdo valet relictũ a patre filio:niſi ſit delatũ in tẽp⁹ ſui iuris.
ſ.qõ pater reſtituat ei facto ſui iuris:qꝛ tũc bene vꝫ.l.cũ filio.⁊ ibi p
Bar.de le.j.ſed econuerſo bene valet legatũ vel fideicõmiſſum pu
re relictum patri a filio inſtituto ſicut hic valet relictum a ſeruo
domino per eãdẽ rationẽ:qꝛ tunc non inſpicimus tẽpus legati fa
cti ſed tẽpus adite hereditatis quo tẽpore filius põt eſſe fact⁹ ſui
iuris ⁊ tunc valet legatum ſed ſi nõ eſt factus ſui iuris nõ valet.l.
a filio.ff.de le.j.⁊ ibi per Bar.¶Tertio no.in ver.⁊ poſſit per eũ
qõ inſpicimus qõ euenire põt:vt hic.⁊.l.ſi idem.§.ff.de iuriſ.om.
iud.⁊ hoc quãdo natura rei eſt apta ad futurũ contingens. alias
nõ vt.l.ſciendum.§.pe.ff.qui ſatiſ.cogan.⁊ no.in.d.§.fi.

**Ante heredis.** ¶Ante ⁊ poſt ⁊ intermediã here
dis inſtitutionem põt hodie lega
tuꝫ ⁊ libertas relinqui.Itẽ hodie tenet legatũ qõ cõfert̃ poſt mor
tem vel in tẽpus ꝓximum mortis heredis vel legatarij. h.d. vſqꝫ
86 ad.§.pene quoqꝫ.¶†No.ex principio qõ heredis inſtitutio eſt ca
put ⁊ fundamentum totius teſtamenti adeo ꝙ nullũ eſt teſtamen
tũ ſine heredis inſtitutione.vt patet ex diffinitione teſtamẽti : vt
ff.de te.l.j.imo legata etiã relicta ab inteſtato in codicillis nõ va
lẽt niſi adeat̃ hereditas per aliquẽ heredẽ ab inteſtato veniẽtẽ vt
l.ij.C.de fidei.liber.Et no.glo.in.l.qui filio.§.j.ff.de heredi.inſtit.
87 ¶†Secundo no.qõ ordo ſcripture nõ attẽdit̃ ſi conſtat de mente
ſtatuentis:qꝛ tunc attendimus ordinem ſcripture. vt in ꝯtrarijs
gl.hic ſuper ver.ordinẽ.⁊ ideo omiſſio ordinis circa ea que depen
dent a mente ⁊ voluntate diſponentis non vitiat: vt hic.⁊.l.ij .§.
ſi prius.de vulg.⁊ pupil.ſubſti.Ex quo infertur qõ licet petam ti
tiũ cogi ⁊ compelli ad reſtituendum mihi cẽtũ que ſibi mutuaui
⁊ ad predicta ipſum cõdẽnari tamẽ nõ vitiat̃ libellus quaſi videa
tur petere prius executionẽ quã cõdẽnationẽ cõtra.l.j.C.de execu.
rei iu.qꝛ apparet de mente qõ volo eũ cõdẽnari ⁊ poſtea ad ſoluẽ
dum cogi.ſecus autẽ ſi non eſſet ordo circa ea que depẽdent a vo
luntate ſed dependent a mẽte ⁊ ſolẽni forma tradita.l. prolatam.
C.de ſenten.⁊.l.cum hi.ff. de tranſac.§.ſi pretor.de quo dic p Bar.
88 in.d.§.ſi prius.¶†Tertio no.in.§.prius.qõ legata ⁊ fideicõmiſ
ſa poſſunt relinqui poſt mortem heredis ⁊ legatarij ſicut etiã ſti
pulationes ⁊ alij cõtractus:vt.j.de inuiti.ſtipulatio.§. poſt mor
tem.⁊.C.vt actiones ab heredibus ⁊ cõtra.l.j.Nam ſi ꝓmitto tibi
decem poſt mortem tuã perinde eſt ac ſi heredi tuo legem vel pro
mittam.⁊ ſic incipit obligatio ab herede:vt.d.l.j.Eſt tamen diffe
rentia inter legatũ ⁊ ſtipulationem:qꝛ in ſtipulatione ante mortẽ
nata eſt obligatio ſed non efficax niſi poſt mortẽ:ſed legatuꝫ ante
mortem legatarij nullo modo debetur.⁊ incipit deberi eius here
di.vt hic in glo.in ver.lego ⁊ no.in.d.l.j.Sed dic qõ glo.dicit vex
quando dixi tibi lego poſt mortẽ heredis mei:qꝛ tunc eſt differen
tia inter ſtipulationẽ ⁊ legatũ qꝛ iſtud ſtipulatione certũ eſt oĩno
iri debitũ.ſed nõ in legatis:qꝛ legatari⁹ poſſet mori anteq̃ heres
meus ⁊ ſic non tranſmitteret ad heredẽ ſuũ:ſed cũ dico lego tibi
poſt mortem tunc eſt idem qõ in ſtipulatione:qꝛ eſt certũ omnino
debitũ iri ſicut in ſtipulatione:vt no.glo.in.l.cedere diẽ.ff.de ver.
ſig.ſcdm doc.in.d.l.j.vt actio ab heredibus ⁊ contra heredes.

89 **Pene quoqꝫ nomine.** ¶† Olim legatum
etiã a militibus no
mine pene factum nõ tenebat:hodie ſecus niſi ſit impoſſibile:aut
probroſum aut legibus interdictum.h.d.vſqꝫ ad fi. Et intelligi
tur qõ olim non poterat relinqui nomine pene ſcilicet de iure an
tiquiſſimo ante tẽpus ffor̃ũ.ſed dic de hoc tẽpore loquit̃ hic. ſed
tpe ffor̃ bene poterat.l.j.§.itẽ ſi ita.ad.l.fal.ſcdm Bar.in.l.multa.
ff.de condi.⁊ demon.nõ poterat ergo olim heres grauari ſub pe
na ſcꝫ qõ quicquid faceret vel non faceret.alias ꝓpter eius inobe
dientiã ſolũ ⁊ tantũ nomine pene vel priuaret̃ hereditate.ſed ho
die talis pena adiecta valet ⁊ tenet ſiue ſit adiecta per modũ ſolu
tionis.ſ.qõ heres teneat̃ ſoluere tm̃ ſi nõ implet volũtatẽ defuncti
ſiue per modũ priuationis vt qõ priuet̃ ei⁹ hereditate ſiue per mo
dũ tranſlationis ⁊ ademptionis.vt qꝛ qõ prelegauerat heredi le
gat alteri.⁊ hoc niſi talis pena ſit adiecta diſpoſitioni impoſſibili
de natura vel de iure.⁊ in eius fraudem pena ſit adiecta heredi ſi
non implet voluntatẽ defuncti.vt lego qõ heres meus det mon
tem aureũ petro:vel rem ſacrã:vel religioſam:vel primo eũ here
ditate vel damno eum dare centum tali eccleſie. certe hoc caſu ex
quo nõ tenet principalis diſpoſitio propter impoſſibilitatem na
ture vel iuris nec etiam tenet acceſſorium penale. ⁊ idem ſi teſta
tor diſponit aliquid probroſum:vt qõ heres proijciat in flumine
pulcherrima veſtimẽta ipſius teſtatoris:vel eius oſſa in mari ia
ctet:al's priuat eum hereditate.certe non valet hec diſpoſitio nec
tenetur heres parere:vt hic in glo.fi.Et idem ſi diſpoſuit aliquid
legibus interdictũ:vt qõ heres debeat dare aſcriptitios ſine pre
dijs vt hic in glo.in ver.interdicta.vel debeat dare relicta incapa
ci.al's priuetur hereditate.vt dicit gloſ.in.l.j.C.de his que pe.no.
nam his caſibus non tenet diſpoſitio defuncti:nec pena.ideo he
res tunc non tenetur ſeruare eius diſpoſitionem nec incidit in pe
90 nam:vt hic.⁊.d.l.j.†Conclude qõ ſi impoſſibilitas vel turpitudo
vel interdictio legis adijcitur cõtra ſubſtantiã inſtitutionis vel le
gati:vel per modum diſpoſitionis:vt cum iubet teſtator reſtitui
hereditatem incapaci vel legatũ vel legat rem ſacram vel religio
ſam.vt.l.apud iul.§.j.ff.de leg.j.vel qõ interficiat patrem:vel eum
non redimat ab hoſtibus:vel faciat furtum vel aliud legibus in
terdictũ.Et ſi heres non implet adijcit ſibi penam de aliquo dã
no:vel qõ priuetur hereditate:tunc dic qõ impoſſibilitas vitiat
diſpoſitionem ⁊ penam ſibi annexã vt hic.⁊.d.l.j.de his que pene
no.Sed ſi impoſſibilitas non adijcitur contra ſubſtãtiam ſed cõ
tra aliqõ accidens:vt cum legat ſeruũ diſtantẽ per octo dies:quẽ
vult tradi infra tres dies poſt mortem ipſius:tunc hec impoſſibi
litas ⁊ anguſtia tẽporis reijcitur de medio ⁊ remanet firmum le
gatum.l.ſi mihi ⁊ tibi.§.ſi quis ſeruos.ff.de le.j.Si autem impoſ
ſibilitas adijcitur non per modũ diſpoſitionis ſed per modũ cõ
ditionis:vel ſi fiat inſtitutio vel legatũ ſub impoſſibili cõditione
de natura vel de iure:vt inſtituo te vel lego tibi ſi celum digito te
tigeris vel patrem ab hoſtibus non redemeris: tũc reijcitur con
ditio ⁊ inſtitutio ⁊ legatum remanet purum vt.ſ.de here.inſti.§.
impoſſibilis.⁊ ibi glo.⁊.l.j.ff.de condi.inſti.⁊.l. obtinuit.ff.de cõ
di.⁊ demon.Et hoc voluit glo.in verbo vitiari.⁊ in verbo impoſ
ſibilia.⁊ in.d.l.j.ff.de cõdi.inſti.reiecta diſtinctione glo.hic in ver.
impoſſibilia.ſ.qõ aut impoſſibilitas eſt adiecta heredi aut legata
rio:que diſtinctio non probatur.l.⁊ eſt contra dictũ.§.ſi quis ſer
uos.ſm Barto.in.d.l.j.ff.de condi.inſti. Contractus autẽ ſtricti
iuris bene vitiat impoſſibilis conditio.vt.j. de inuti.ſtipu.§. im
poſſibilis.ſed non contractus bonefidei.l. inſulam.§.j.ff. locati.
91 †Quero nunquid pena priuationis hereditatis vel legati adie
cta mulieri ſi nupſerit vel eius patri cum dicit teſtator ſi filiã ſuã
non collocauerit titio in matrimonio reijciatur tanquã inducẽs
viduitatem.que conditio ſic inducens debet reijci.l. mulieri.⁊.l.
heres meus.§.fi.ff.de condi.⁊ demon.⁊.l.ij.C.de indic.vidui.⁊ dic
qõ tũc reijcitur cõditio ⁊ pena quãdo inducit viduitatẽ reſpectu
omnium perſonarũ ſed reſpectu eiuſdẽ perſone non reijcitur:vt
hic ⁊.l.cum ita legatum.§.j.ff.de cõdi.⁊ demon. Item reijcitur in
virgine ſed non in vidua.vt in aut.cui relictus.C.de indic. vidui.
de quo dic per Bart.in.d.l.mulieri. item quero eo caſu quo valet
adiectio pene que non ſit adiecta diſpoſitioni impoſſibili probro
ſe vel reprobroſe poſſit eam teſtator apponere vſqꝫ ad quãtãcunqꝫ
ſummam velit.dic qõ nõ.ſed ſi ſit adiecta vltra legitimũ modum
poſitum in.l.eos.C.de vſur.reducitur ad legitimũ modum.per.l.
92 iij.§.fi.ff.de annuis lega.†ſed nunquid teſtator poſſit adijcere vſu
ras in teſtamento:vt ſi heres meus non ſoluerit infra menſem ſol
uat tantũ nomine vſurarũ.dic qõ hodie vſure ſunt in totũ ꝓhibi
te de iure canonico ideo non poteſt eas teſtator apponere.de quo
93 dic per Bar.in.l.ij.ff.de his que pe.no.†Item quero que dicatur
diſpoſitio probroſa.dic qõ omnis illa que eſt reprobata moribus
vel iure ciuili vel pretorio.vt.l.filiuſfa. de condi.inſti. ⁊ ideo cum
diſpoſitio inducens viduitatem per.l.reijciatur.vt.ſ.dixi ſi teſta
tor dicit relinquo centum filie mee ⁊ nolo qõ poſſit nubere ſine cõ
ſenſu talis vel cadat a dicto legato nõ valet hec pena adẽptionis
legati ⁊ legatum remanet firmum.l.cum tale.§.j.ff.de condi.⁊ de
mon.et idem in grauamine impoſito legitime filij: vel impoſito
clericis.dic per Bar.in.d.l. j.de his que pe.no.

## ¶De ademptione legatorum. Rubrica.

1 ☞Legem ſibiipſi imponere nemo poteſt.
¶Continua rubricam vt in gloſ.⁊ dum dicit qõ ambulatoria eſt
1 vltima voluntas ⁊c. †ex hoc pꝫ qõ nullus poteſt taliter eius te
ſtamentum firmare etiã cum iuramẽto vel alio modo quin poſſit
illud mutare qꝛ nemo poteſt ſibi imponere legẽ ⁊c.de quo dic per
Barto.in.l.ſi quis in principio.ff.de lega.iij.
1 ☞Legatum in teſtamento factum in eodem vel alio vel codicil
lis adimi poteſt.
2 Codicilli vltimi priores ſibi contrarios reuocare cenſentur.
3 Legatum factum alicui an valeat ſi duo eiuſdem nominis re
periantur.
4 Legatum facto legatarij poteſt adimi.
5 Teſtes quot in legatis requirantur adimendis.

Adẽptio

1 **Ademptio legatorum.** †Lega-
tum relictum in teſtamento poteſt in eodem vel
in alio vel in codicillis poſtea factis adimi vel ab
vno in alium tranſferri.h.d.vſqꝫ ad fi. Et intellige
quod ſiue legatum adimatur in eodem teſtamẽto
ſiue in alio ſolenni ſiue in codicillis poſtea factis intelligitur adẽ
ptum legatum ipſo iure:qꝛ codicillus eſt ſufficiens voluntas adi
mẽdi ipſo iure ⁊ non ſolum ope exceptiõis.lꝫ hic gl.in ver.firma.
⁊ in.l.oratis.C.de lega.⁊.l.ſi ita ſcriptum.de leg.j.teneat ⁊ male qđ
ſolũ adimatur ope exceptionis.ſed ſi fiat ademptio in alio teſtõ
minus ſolẽni tũc bene adimitur ope exceptionis.ſecundũ bar.in
d.l.ſi ita ſcriptũ. Itẽ intellige ꝙ legatũ relictũ in teſtamẽto reuo-
caẗ ipſo iure in codicillo ſiue codicillis ſiue teſtamẽto cõfirmatis
ſiue non.vt lꝫ hic gl.ij.⁊ plenius ꝑ gl.⁊ Bar.in.l.heredes palam.
§.ſi quis poſt.ff.de teſta.ſiue codicilli precedãt ſiue ſequãtur teſtm̃
ſemꝑ intelligiẗ hodie teſtm̃ confirmari niſi ſint reuocati.l.ante.ff.
de iure codici.⁊.l.ſiue in initio.C.de codi. Si autem ſint facti co
dicilli abinteſtato tũc requiritur confirmatio ꝑ aditionem here-
ditatis venientiũ abinteſtato.⁊ vt no.in.l.qui filio.§.j.ff. de iure
2 codici.⁊ dicã.j.de codi.in prin. ¶ †Et adde ꝙ vltimi codicilli ↄ̃riũ
intelliguntur reuocare priores ſicut vltimum teſtamentum reuo
cat primum.C.de codici.l.iij.⁊.ſ.qui.mo.teſta.infir.§.poſteriore.
Sed quid ſi apparent duo codicilli in vno dicitur fundũ lego ti-
tio.⁊ in alio dicitur fundum nõ lego titio:nec apparet quis ſit prior
nec quis ſit poſterior.dic qđ intelligiẗ vltimus ille q cõtinet adem
ptionẽ:qꝛ nõ põt adimi qđ non eſt datũ.l.nõ põt videri.ff.de reg.
iur.Sed quid ſi dr̃ in vno fundum lego titio.in alio dicitur eun-
dem fundũ lego Gaio.nec apparet quis ſit prior:nec quis ſit po-
ſterior.dic ꝙ admittitur cõcurſus vtriuſqꝫ legatari.l.ſi pluribus.
3 de le.j. †Sed qđ ſi reperiatur fundus legatus titio ⁊ duo qui vo-
cantur hoc nõie titius:nec apparet de quo ſenſerit teſtator an va-
let legatum.dic ꝙ ſic.⁊ melior eſt conditio poſſidentis.⁊ ſi neuter
poſſidet locus eſt gratificationi.ff.de leg.j.l.ſi quis ſeruum.§.in-
4 ter duos. †Item no.hic ꝙ legatũ non ſolum adimitur volũtate
teſtõris expreſſa vel tacita ſed etiã facto legatarij priuantis ⁊ ſe in
dignũ facientis legato:puta ſi efficiatur inimicus teſtõris.vt hic
in glo.in ver.alijs.vel ſi poſt mortem teſtatoris ante traditionem
legati legatarius ſtuprauit vxorem teſtatoris:vt nota.gloſſa in.l.
fideicommiſſum.C.de fideicom.⁊ vide ibi per Bart.ſecus autem
dic eſſe in hereditate:que propter inimicitias ſupuenientes non
reuocatur ſola volũtate:ſed cũ ſolẽnitatibus requiſitis.l.ex parte
⁊ ibi no.ff.de adimen lega.Sed qđ ſi ille in quẽ transfertur lega-
tum non eſt capax an teneat ademptio.dic ꝙ ſic.vt hic in gloſſ.fi.
⁊.l.⁊ ſi transferã.⁊.l.legatũ.§.j.ff.de adimen.leg.⁊ hic in gloſſ.fin.
nec obſtat regula iuris in vj.que dicit ꝙ non preſtat impedimen-
tum qđ de iure nõ ſortiatur effectũ:qꝛ hic voluntas defuncti ſorti
tur effectum eoipſo ꝙ declarat ſe velle adimere.hoc enim ſufficit
ad adimendum.vt.d.l.⁊ ſi transferam. Item ſi conditio erat adie
cta primo legatario an intelligatur repetita in perſonã eius ad
quẽ fit tranſlatio.dic ꝙ ſic.niſi ſit conditio inherens perſone legã
5 tis.l.legatũ ſub cõditione.ff.de adimen.leg. †Item quero quot te
ſtes requiruntur in adẽptione legati.in hoc ſunt opiniones. Ali
qui dicunt ꝙ ſicut in omni vltima voluntate regulariter excepto
teſtõ requiruntur quinqꝫ teſtes.l.ſi quis agere.§.fi.C.de codi.ita
requirantur in ademptione legati que eſt.vltima voluntas.hoc
dicit quaſi dicat ſicut requiruntur quinqꝫ teſtes quando relinq-
tur legatũ in codicillis abinteſtato ita quãdo adimitur qꝛ nihil
tam naturale.vt.l.nihil tam naturale.ff.de regu.iur. Bald.conſu
lit ꝙ ſufficiat probare ademptionẽ legati ꝑ duos bonos teſtes:qꝛ
ſicut ex teſtõ minus ſolẽni obligatur hẽs naturaľr ſoluere legata:
vt no.in.l.ſi poſt diuiſionem.C.de iur.⁊ fa.igno.ſic ex ademptio-
ne minus ſolenni tollitur obligatio naturalis qua tenebatur he
res.⁊ ſic obſtat exceptio.⁊ adde qđ not.per glo.⁊ doc.in.l.ij.C.de
bo.poſ. ſecundum tab.⁊.l.heredes palam.in prin.ff.de teſta.⁊ ibi
per barto.

¶ De lege falcidia. Rubrica.


1 ☞ Teſtator quantum olim de ſuo patrimonio ⁊ quantũ hodie legare poſſit.
2 Falcidia de quibus ſit detrahenda.
agit mandati poſtq̃ ſoluit non ante. Fallit autem in quatuor caſi
bus hic notatis in gl. j. ⁊. l. ſi pro ea. C. mandati. Adde quintum ca
ſum. ſ. qñ fideiuſſor obtulit conſignauit ⁊ depoſuit pecuniã credito
ri. l. qui mutuã. §. fideiuſſor. ff. mãdati. ⁊ no. glo. in. d. l. lucius. Ad
de ⁊ ſextum. ſ. qñ fideiuſſorem obligatus per inſtrumentũ guarẽti
giatum qͦ habet paratam executionẽ ex forma ſtatuti. nã tũc põt
agere cõtra reũ principalẽ anteq̃ ſoluat ſicut põt qñ eſt cõdemnatꝰ
ſm Bar. in. l. fideiuſſor ꝓ venditore. ff. de euictione. licet Angel. de
peru. ibi contradicat Bar. in hoc caſu Sed quid ſi quis fideiuſſit
de euictione pro aliquo venditore: ⁊ poſtq̃ diu ſtetit in obligatiõe
vult agere mandati contra venditorem anteq̃ ſoluat vel conueniaꝛ
de euictione vt eum liberet ⁊ a fideiuſſione eximat an poſſit. Deter
minãt doc. qͦ non in. d. l. ſi pro ea. nã qͦ fideiuſſor dicaꝛ diu ſtetiſſe
in obligatione eſt neceſſe qͦ potuerit cõueniri vt. d. l. lucius. ff. man
dati. ſed iſte nõ poterit conueniri cum fideiuſſerit ſub cõditione. ſ.
ſi res vẽdita euincatur q̃ cõditio nõdũ venit nec ceſſit dies obliga
b tionis vt. ſ. de ver. ob. §. ex conditionali. merito agere nõ põtᵇ har.
18 tangit in. l. lucius. predicta. † Itẽ qñ diceꝛ fideiuſſor diu ſtetiſſe in
obligatione. dic ꝙ in arbitrio iudicis. Et arbitraꝛ iudex ex quanti
tate tpis ⁊ cõditione perſonarũ vt ſi ſit mercator habẽs pecuniam
paratã vel pauper. Et intellige iſtam glo. in. d. l. lucius. ⁊. l. ſi ꝓ ea.
⁊ in. c. ſi. extra de fideiuſſo. Et adde qͦ fideiuſſor non agit mandati
contra reũ poſtq̃ ſoluit niſi doceat reũ liberatũ vel caueat de eo de
fendendo ſi cõueniatur. l. ſi ex duobus. §. quoties. ff. iudicatũ ſolui.
19 ⁊ ibi per Bar. † Itẽ nunquid fideiuſſor poſſit ſoluere ſpõte vel de
beat expectare qͦ fiat ſibi preceptũ a iudice qͦ ſoluat. ſicut debet ex
pectare tutor pupilli vt libereꝛ plene vt. ſ. qui. aliena. licet. vl. §. nũc
admonẽdi. Rũdet hic glo. in princi. qͦ poteſt ſoluere ſponte. nam
fideiuſſor tenetur agnoſcere bonam fidem. l. idez qͦ. §. fideiuſſores.
ff. mandati. ſicut ⁊ tutor. l. quoties. §. ſicut. ff. de admini. tuto. Nec
c tenetur fideiuſſor opponere exceptionem dilatoriam ᶜ contra credi
torem puta qͦ non poſſit eſſe procurator. l. ſi fideiuſſor. §. quidam.
⁊ in glo. magna. ff. mandati. ſed peremptoriam ſic vt. d. l. ſi fideiuſ
ſor. Sed ſi habens exceptionem oppoſuit illam ⁊ iudex per iniu
riam eum condemnauit an poſſit agere mandati. dic qͦ non ſi nõ
appellauerit vt. d. l. ſi pro ea. C. man. in ſi. ſicut tenetur ꝓcurator ap
pellare licet non proſequi. l. inuitus. C. de procu. Itez no. hic in ver.
grece. quod diuerſitas lingue ſeu idiomatum non vitiat fideiuſſo
riam obligationem nec ſtipulationem. de quo dixi. ſ. de verbo. obli
gatio. §. vtrum.

20 **In ſtipulationibus.** ¶ † In dubio ſtandum
eſt ſcripture de eo quod
continetur in ea. h. d. vſq̃ ad ſi. Concordat. l. precibus. C. de proba.
vel ſic. Obligatio fideiuſſoria in dubio preſumitur ſolenniter inter
ceſſiſſe. ſ. mediãte interrogatione precedente ⁊ reſpõſione ſubſequẽ
te. h. d. vel ſic. Solẽnitas ĩtrinſeca preſumitur in ſcriptura interceſ
21 ſiſſe. ſi verba ſunt apta comprehendere illã. h. d. vſq̃ ad ſi. † Que tñ
ſit ſolennitas intrinſeca ⁊ que extrinſeca. dic qͦ intrinſeca ſolenni
d tasᵈ eſt quam natura verborum prolatorum comprehendit vel eſt
apta comprehendere vt fideiuſſio vel ſtipulatio que de ſui natura
comprehendunt interrogationem preceſſiſſe ⁊ reſponſionem ſubſe
quutam eſſe. l. j. ff. de ver. ob. ⁊. l. blanditus. C. de fideiuſ. Extrinſeca
eſt quam natura verborum prolatorum non cõprehẽdit vt inter
poſitio decreti: tutoris autoritas ſubaſtatio rei. ⁊ ſilia ſm Bart. in
22 l. ſciẽdum. ff. de ver. ob. † Et cõcludeᵉ qñ ſolẽnitas debita preſumaꝛ
e interueniſſe. Et primo de ſolẽnitate extrinſeca cõclude quod non
preſumitur niſi ꝓbetur. l. quicunq̃. §. ſi. ff. de publiciana. Fallit qñ
de ſolennitate ſit mẽtio in inſtrumento. Et eſt ſolennitas que tunc
temporis potuit interuenire. ſ. tempore confecti inſtrumẽti vel ſcri
pture vt cũ dicitur in ſcriptura precedente tractatu collegij: ⁊ deli
beratione inter eos qͦ hoc ſit iuſtũ precium rei vel dicitur preſtita
ſatiſdatione vel promiſſione facta ⁊c. ⁊ tunc talis ſolennitas preſu
mitur vt. d. l. ſciendum. ⁊. l. j. C. de ſi. inſtru. ⁊. l. haſte fiſcalis. li. x. Et
ita etiam poſſet intelligi hoc ſecus ſi tempore confecti inſtrumenti
nõ potuiſſet interueniret vt ſunt ſubaſtatiões rei vt dictis iuribꝰ.
23 ¶ † Scdͦ fallit qñ de ſolẽnitate ſit mẽtio inter eaſdẽ ꝑſonas: qꝛ in
ter eas ꝓbat etiam ſi tempore confecti inſtrumenti non potuit in
teruenire vt qꝛ talis fuerit preſens qui in rei veritate erat abſens
vel qͦ talis ſeruus talis dñi cõtraxit qui in veritate erat alteriꝰ do
mini. l. optimã. C. de cõtrahẽ. ⁊ cõmitten. ſtipu. qͦ ita eſt ſi eſt talis
ſolennitas cui partes nõ potuiſſent renũciare. alias ſecꝰ vt in bene
ficio reſtitutionis in integrum cui nõ poteſt renunciari. l. doli. ver.
diuerſum. ff. de noua. ⁊. l. ſi iudex circũuento. ff. de mino. Sed inter
alias perſonas quã cõtrahẽtes nõ ꝓbat argu. in aut. ſi quis in ali
24 quo documẽto. C. de edẽ. In ſolẽnitate aũt intrinſeca conclude qͦ
ſi eſt ſolẽnitas naturalis vt eſt precium in venditione ⁊ non preſu
mitur ſolutũ niſi ꝓbetur per teſtes vel ſcripturam. j. de contrahen.
emp. §. preciũ alias procurator. Sed ſi eſt ſolẽnitas formalis quam
natura verborũ prolatorũ de neceſſitate cõprehẽdit vt eſt verbum
fideiubeo qͦ importat de neceſſitate interrogationem preceſſiſſe
⁊ reſponſionem ſubſequutam eſſe: vt dicta. l. blanditus. vel eſt ap
ta comprehendere: vt in ver. promiſit. quod refertur ad ſtipulatio
nẽ ⁊ nudã ꝓmiſſionẽ: vt. l. ſciẽdũ. §. dictũ. ff. de edi. edic. tũc ſi ꝓfera
tur in ſcꝑtura ſiue publica ſiue ꝓuata ꝓſumiꝛ vt hic. ⁊. d. l. ſciẽdũ. l.
iuriſgentiũ. §. qͦ fere. ff. de pac. ⁊. ſ. de inuti. ſtip. §. ſi ſcripiũ. Sed ſi
proferaꝛ a teſte nõ preſumiꝛ. l. j. C. de vſur. rõnẽ differentie dixi in. d.
§. ſi ſcriptũ. Ex his inferꝛ qͦ ſi minor iuraſſe diciꝛ in cõtractu non
cõtrauenire ⁊ mulier renũciaſſe velleiano cũ ſint ſolẽnitates extrin
ſece nõ preſumuntur interueniſſe. Sed ſi mulier renũciauit velleia
no an preſumatur certificata. dic qͦ nõ: qꝛ eſt ſolẽnitas extrinſeca:
vt tenet glo. in. l. ſi mulier. ff. ad velleia. Similiter ſi teſtes ſint de
ſcripti in inſtrumento non preſumuntur rogati niſi dicatur in in
ſtrumento per. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. Sed ſecus eſt in nota
rio cui preſumitur mandatum ex quo fuit adhibitus ad ſcribẽdũ
vt tenet glo. no. in aut. de tabellionibus. §. nos aũt. coll. iij. Simili
25 ter preſumiꝛ rogatꝰ ſi dixi ſcripſi vel publicaui. † Et rõ dñe ẽiter no
tariũ ⁊ teſtẽ: qꝛ notariꝰ nõ pt ꝯficere iſtꝛm publicũ niſi ſit rogatꝰ vel
ei mãdatũ fuerit ⁊ ſic hic ꝓſumiꝛ ſolẽnitas ĩtrinſeca. ⁊ pᵹ extra de

a ¶ Precioſiꝰ principali. Quid ſi pricipalis ẽ obligatus ſimpliciter fideiuſſor vͦo eſt obligatꝰ publico inſtrumẽto qͦ hz ex forma ſtatuti executionẽ paratã an valeat ⁊ vr̃ qͦ non qꝛ in duriorẽ cãm bar. tñ dicit contrariũ j. l. hi q accеſſiõis. ff. e. ti. rõnez reddit: quia nõ ẽ obligatus in plus ſꝫ efficaciꝰ.

b ¶ Nõ poteſt Idez tz hic d. Aret. quẽ vide.

c ¶ Exceptionem dilatoriã. Iniũge hic diſtictionẽ quaz hic põit. d. are. in. ij. col. vſ. in ea. gl. i ſi. ⁊ iũge ẽt diſtinctionem quam facit Bar. in. l. hi qui. ff. eo. ti.

d ¶ Intrinſeca ſolẽnitas Idem dicit hic do. Are. i. ij. col. verſ. q̃ro q̃ dicaꝛ ſolẽnitas intrinſeca.

e ¶ Et cõclude. Iunge hic diſtictionẽ. d. Are. i ſi. j. col. verſ. in glo. ſi.

25 prebē.c.ſi motu ꝓprio.li.vj.⁊.l.j.C.de rap.vir.†Sed teſtis pōt adhi
beri non rogatus:qꝛ nō requiritur qȯ teſtes ſint rogati.l.ad fidem
ff.de teſti.Fallit in ſex caſibus in quibus oportet qȯ ſint rogati vt
d.l.hac cōſultiſſima.⁊ auṫ.rogati.C.de teſti.Primus eſt in teſtamē
tis.d.l.hac cōſultiſſima.in prin.licet ſecus in codicillis vel dona-
tione cauſa mortis.l.fi.C.de codi.Secundus eſt in ſolutione facta
creditori eius debiti qȯ erat in ſcriptis.Tertius eſt in confeſſione
creditoris confitentis tale debitū ſibi fore ſolutū vt.d.auṫ.rogati.
Quartus eſt in diuortijs in quibus requirunṫ ſeptē teſtes liberi ⁊
rogati.l.nullum.C.de diuor.Quintus eſt vbicunqꝫ quis vult cau-
te deponere ⁊ contractus excepit librā auri ⁊ eſt priuata ſcriptura.
nā tunc requiruntur tres teſtes vt in auṫ.de fi.inſtru.§.ſi quis autē.
coll.⁊ in auṫ.ſi quis vult caute deponere.de fi.inſtru.alias qui po.
in pig.ha.⁊ in auṫ.ſi contractus.C.de fi.inſtru.Sextus eſt ſi depoſi
tarius cōpellitur ab vno ex heredibus deponentis quod reſtituat
ſibi partem ſuam pecunie ſigillate penes eum depoſite:nam debet
in preſentia iudicis vel honeſtorum virorum teſtium ad hoc voca
torum diſſigillare ⁊ reſtituere.ff.depoſi.l.j.§.ſi pecuniam.Et hos
caſus vide in ſpec.in ti.de teſt.§.j.ver.item non fuit rogatus.

## De literarum obligatione Rubrica.

Continua rubri.ſm do.Are.ad precedētia.Supra vidimus de
obligationibus que contrahuntur verbis:nunc ponit de his que
contrahuntur literis.

1 Exceptio non numerate pecunie infra bienniuꝫ opponenda.
2 Obligatio literarum vnde oriatur.
3 Confeſſio chirographaria ante biennium oppoſita contenta in cautione non probat.
4 Cautio chirographaria quid continere debeat.
5 Numeratio non probatur per confeſſionem ſolius partis.
6 Cautio cuius manu ſcripta eſſe debet.
7 Obligatio literarum quo iure introducta fuerit.
8 Exceptio non numerate pecunie vſqꝫ ad quantum tempus opponi poſſit.
9 Exceptio non numerate pecunie in quibus ceſſet caſibus.

a Olim[a] ſcriptura fie. †Exce-ptio non
1 numerate pecunie q̄ cōpetit cū quis ex cā mutui
ſe aliqd recepiſſe in ſcriptura cōfeſſus eſt infra
bienniū efficaciter opponiṫ elapſo vero biēnio
niſi debitor clare ꝓbet ſibi numeratū nō eſſe ex
ceptione nō numerate pecunie minime ſe defen
det:licet olim dictum tempus eſſet aliter limitatum.h.d.totus ti.
2 †Et ꝑ intellectu huius materie premitte qȯ obligatio literaruꝫ de
qua hic loquiṫ.⁊.C.de non nu.pe.l.ſi ex cautione.inſurgit qn̄ debi-
tor facit chirographum creditori in quo cōfitetur ſe debere ex cau
ſa mutui ſub ſpe future numerationis.Et ſic ad ſubſtantiā obliga
tionis literarum de qua hic loquiṫ eſt ſcriptura neceſſaria.Alias
ſi debitor confitetur ſine ſcriptura nō eſt obligatio literarū.ſm Sa
3 lyce.in.l.generaliter.C.de non nu.pe.†Et iſta cōfeſſio chirographa
ria ante bienniū oppoſita nō ꝓbat cōtenta in cautione.⁊ eſt ſpāle
in ea licet regulariter cōtra vt.l.publia.in fi.ff.depoſiti.nec preſum
ptionē facit cōtra cōfitētem:alias transfereṫ in eum onus ꝓbandi
l.ſiue poſſidetis.in.l.cū precibus.C.de proba.Nec refert an hec cau
tio ſit ſtipulatione vallata vel nō:⁊ hoc verū qȯ nō refert quantum
ad modum probādi.de quo loquitur.d.l.ſi ex cautione.Sed bn̄ re
fert quatum ad modum excipiēdi:qꝛ qn̄ non interuenit ſtipulatio
daṫ exceptio in factū:vt.l.cum vltra.C.de nō nu.pe.vt hic in glo.in
b verbo debere.Et circa[b] hāc materiā eſſent querēda duo principali
ter.Primo de hac cautione quid debeat continere ⁊ cuius manu
debeat eſſe cōfecta.⁊ an habeat locū ex alia cauſa ꝙ̄ mutui.⁊ qualr
ex ea agiṫ ⁊ quo iure fuit introducta.Secundo querendum de exce
ptione que daṫ cōtra talē cautionē qualiter ⁊ qn̄ poſſit opponi ſeu
infra quantum tempus ⁊ quis debeat probare:⁊ in quibus caſibꝰ
4 ceſſet.†Quero ergo primo quid debet cōtinere iſta cautio vt ex ea
poſſit agi.dic qȯ debet cōtinere cōfeſſionem patris ex cauſa mutui
ſpe future numerationis:⁊ diſpoſitionem expreſſam vel tacitam cō
feſſionē ideo dixi qꝛ ſecus ſi cautio nō cōtinet cōfeſſionē ſꝫ numera
tionē:qꝛ tūc ſi inſtrumētum publicū atteſtaṫ de numeratione tunc
non obligaṫ literis debitor:ſed re.i.ex mutuo recepto vt.ſ.qui.mo.
re cōtrahiṫ obligatio.in prin.⁊ hic in glo.in ver.numeratū.niſi re-
darguaṫ inſtrumētum de falſo.ſcōm gl.in.d.l.ſi ex cautiōe.Et ideo
no.ꝙ in inſtrumēto publico eſt differētia an dicaṫ talis cōfeſſus eſt
habuiſſe recepiſſe an dicaṫ habuit ⁊ recepit:qꝛ primo caſu non pro-
batur numeratio in ſecundo ſic.ideo non pōt opponi exceptio.ſe-
cundum glo.in.d.l.ſi ex cautione.Sed in priuata ſcriptura non eſt
differentia an debitor confiteatur habuiſſe ⁊ recepiſſe:an dicat qȯ
habuit ⁊ recepit vt vult glo.in.l.ſi nō ſinguli.C.ſi cer.pe.⁊.l.fi.C.de
dote cauta nō numerata.Itē eſt differētia in inſtrumento publico
an dicaṫ confeſſus recepiſſe ⁊ habuiſſe.x.vel habuit ⁊ recepit in pre

a Olim.Diuidiṫ iſte titulꝰ in duas ptes.prīo ponit qualr oli ſcptura obligabaṫ ⁊ eius correctionē ⁊ nouuꝫ ſtatutū.Scdo ponit īfra quātū tp̄s oliꝫ ⁊ hodie pōt exceptio opponi nō numerate pecunie ſcđa ibi multum.

b Et circa.Iſte titulus eſt ſingulariter notādus a quolibet iuriſcō.qꝛ multa ⁊ notabiliter tractat d.Jo.de pla.autor huius libri.⁊ valde ſuccincte.

c Sed quid vide hic do.Are.

Not.quibus caſibꝰ ceſſat exceptio nō numerate pecunie.

ſentia mei notarij:qꝛ primo caſu eſt ſola cōfeſſio:ſcđo vero ꝓbaṫ nu
5 meratio.ſm Bar.in.d.l.ſi ex cautione.†Sed quid[c] ſi in inſtrumen
c to dicaṫ cōfeſſus eſt ſe habuiſſe ⁊ recepiſſe decē a tali dāte ⁊ ſoluēte.
dic qȯ eſt ſola cōfeſſio partis nec probaṫ numeratio ſm Benedictū
de plumbi.in queſtione per eū diſputata q̄ incipit ſtatuto caueṫ ex
cā mutui.Ideo dicit ꝙ ſolū in rebus mutuabilibus que conſiſtūt
numero pōdere vel mēſura hꝫ locū hec obligatio literarū.Nā ſi ex
aliqua cauſa quis cōfiteaṫ ſtatim ſibi preiudicaṫ.l.generaliter.C.de
nō nu.pe.⁊ hic in glo.fi.niſi in dote confeſſata in qua eſt ſtatutum
ſuū tp̄s ad excipiēdū.l.fi.in auṫ.ibi poſita.C.de do.cau.non nu.Et
in ſolutione debiti vbi ſtatuūtur.xxx.dies.l.in contractibus.⁊.§.ſu
per certū.C.de non nu.pec.In alijs aūt rebus habet locū exceptio
rei non habite ſed excipiēs debet hoc probare:qꝛ cōfeſſio ſtatim pre
iudicat ſm Saly.in.d.l.in cōtractibus.Spe future numerationis
ideo dixi:qꝛ ſi ex cauſa de preterito cōfiteor me debere.x.nō attendi
mus numerationem ſed an precedēs cauſa fuerit iuſta ⁊ ſolēnis vt
l.aduerſus.C.de nō nu.pe.Et no.gloſſ.in.d.l.in contractibus.ſ.an
fuerit ex cauſa donationis vel per errorem.vel cā ſtipulationis vel
ſine vt hic in glo.in ver.debere.Diſpoſitionem expreſſam vel tacitā
ideo dixi:qꝛ ſecus qn̄ non cōtinetur in iſta cōfeſſione diſpoſitio ex-
preſſa vel tacita:qꝛ tunc cōfeſſio extraiudicialis non inducit obli-
gationē ſed ꝓbationē.l.publia meuia.in fi.ff.depoſiti.Et eſt expreſ
ſa diſpoſitio cū confiteor me habuiſſe ⁊ recepiſſe.x.ideo promitto
reſtituere.Tacita eſt cū cōfiteor me recepiſſe ⁊ me debere.x.ex cau-
ſa mutui videor ꝓmittere de ſoluēdo vel reſtituēdo vt hic in glo.in
6 ver.debere vel verius.†Secundo quero cuius manu debeat eſſe cō
fecta hec cautio.dic quod poteſt eſſe publica:⁊ tunc eſt ſpeciale in
hac confeſſione ex cauſa mutui propter frequentiam talium con-
feſſionum quas faciūt volētes mutuā pecuniam:qꝛ alias ſtatur pu
blico inſtrumento donec ꝓbetur contra.l.precibus.C.de proba.Et
licet alias reus in exceptionibus ſit actor.l.j.ff.de except.tn̄ in hoc
nō ſtatur publico inſtrumento:nec opponēs hāc exceptionē teneṫ
ꝓbare.ī.biēnium.Item hec cautio poteſt eſſe priuata ⁊ ſubſcripta
manu triū teſtiū.⁊ tūc idem qȯ in publica.l.ſcripturas.C.qui pot.
in pig.ha.Item poteſt eſſe priuata ſcriptura manu debitoris ſcili-
cet antipoca vt hic.⁊ tunc nō refert ſiue dicat debitor quod habuit
⁊ recepit ſiue confeſſus eſt habuiſſe ⁊ recepiſſe vt.ſ.dixi.Sed priua
ta ſcriptura manu tertij non probaret vt.l.inſtrumenta.de proba.
⁊ per glo.in.d.l.ſi ex cautione.Tertio quero qua actione agatur ex
iſta cautione.dic quod ſi ſtipulatio interceſſit tunc clarum vt in gl.
hic in ver.obligatione.Si autem non interceſſit tunc dicit Bart.
in.l.j.ff.de condi.ex lege.quod ſi certum venit in cautione detur cer
ti condictio ex literarum obligatione.Si autem venit incertū tūc
datur actio ex literarū obligatiōe ſicut ſi dicimus in ſtipulatiōe ꝑ
l.nō figura.ff.de ac.⁊ ob.vbi equiparanṫ obligatio verbis ⁊ literis.
7 †Quarto quero quo iure fuit introducta hec obligatio literarum
dic qȯ de iure ciuili.Nam regulariter oēs contractus ſunt de iure
gentium exceptis quatuor qui ſunt introducti de iure ciuili.ſ.lite
rarū obligatio.ver.obligatio.Ↄtus emphyteoticus ⁊ ſponſaliorū
largitas.vt not.ſ.de iure natu.§.ius aūt gētiū.Et hec obligatio li
terarum eſt ſolū ciuilis ante bienniū.⁊ ſic alias ſola ciuilis non eſt
efficax ad agendū.vt dixi.ſ.de obligatiōibꝰ.in prin.tn̄ in caſu iſto
poſt bienniū ſaltim erit efficax:⁊ etiā ante biennium ſi ſit ei renun
ciatum.vt infra tangā.Quinto quero de noīe huius exceptionis
que datur cōtra hanc confeſſionem factā per ſcripturā dic qȯ ſi ſti
pulatio de reddendo nō interceſſit ⁊ numerato ſequuta non fuit
tunc ſi ex ſtipulatione ſed confeſſione mutui tm̄:tunc etiā exceptio
datur nō numerate pecunie.Et ſic patet qȯ varietas exceptionis
proponēde colligitur ex medio concludendi in libello.⁊ hec exce-
ptio in factū limitatur tēpore biēnali ſicut exceptio non numerate
8 pecunie.l.non vltra.C.de non nume.pecu.†Sexto quero vſqꝫ ad
quantū tp̄s poſſit poni hec exceptio ⁊ quis debeat probare.dic qȯ
intra bienniū pōt opponi vt hic.⁊ debet probari a creditore pecu-
niam fuiſſe numeratā.Et ſic eſt hic ſpeciale quod non probat ſuā
exceptionem ſed actor.vt ſupra dixi.Sed poſt bienniū ſimpliciter
pōt opponi exceptio doli generalis.vt tenet gl.in.l.ſi ex cautione.
C.eo.vel exceptio non nu.pe.vt tenet hic glo.not.in ver.obligenṫ.
Sed differētia eſt in hoc qꝛ ante bienniū probat creditor pecuniaꝫ
numeratā:ſed poſt bienniū debet probare debitor nō numeratam
qȯ probat per teſtes interiuerūt vel ꝑ cōfeſſionē creditoris.vt hic
in glo.in ver.ſcriptura.in fi.modo aūt poterit ꝓbare ꝑ iuramētū
actoris qꝛ lapſus termini biēnalis eſt iuſta cauſa recuſandi iurm.
9 vt.l.in Ↄctibꝰ.§.illo.C.de nō nu.pe.†Septimo q̄ro in quibus caſi-
bus ceſſet hec exceptio.dic qȯ in quinqꝫ caſibꝰ notatis in.l.contra
ctibus.§.ſi quando.C.de non nu.pec.Primus qn̄ quis confitetur
depoſitū ſe recepiſſe.Secundus qn̄ procurator fiſci confitetur pu-
blicas functiones recepiſſe:id eſt ſolutiones tributoruꝫ ⁊ collecta-
rum.vt.l.fi.C.de apochis publicis.lib.x.Tertius quando maritꝰ
poſt dotalia inſtrumēta confitetur dotē vel eius partem habuiſſe.
vt.d.§.ſed qm̄.Quartus qn̄ procurator fiſci vendens rem confiteṫ
tibi preciū ſolutum.l.ij.§.fina.C.de quadrien.preſcript.Quintus
qn̄ mulier in inſtrumēto fideiuſſionis confiteṫ ſe preciuꝫ recepiſſe

pro

pro fideiuſſione vt.l.antiqui.C.ad velleia. Adde ſextuꝫ qñ quis re-
nunciauit huic exceptioni licet poſt renunciationem poſſit oppo-
nere tñ renunciatio transfert in eum onus probãdi vt.d.l.ſi ex cau-
tione. Bar.tñ tenet ibi qd huic exceptioni non poteſt renunciari: ⁊
quod ſi renuncietur non preiudicat niſi fuerit iuratum vt tenet in
l.fi.C.de non nu.pe.

¶De obligationibus ex conſenſu Rubrica.

1 ☞Obligatio inter abſentes ſolo oritur conſenſu.
2 Obligiato ex mandato reuocato orta an teneat.

CONſenſu fiunt. ¶Quidam ſunt cõtractus qui ſo-
lo conſenſu perficiuntur ⁊ pariunt actionē ⁊ obli-
gationē vt eſt emptio:locatio:conductio:vēditio
ſocietas:⁊ mandatum. Ideo dicuntur perfici ſo-
lo conſenſu:qr in eis quantum ad ſubſtantiã obli
gationis non requirit̃ ſcriptura ſicut in obligatione literarum:nec
requirunt̃ verba nec preſentia contrahentium ſicut in ſtipulatione
ſed inter abſentes ſine verbo mediãte organo nũcij vel epiſtola fie-
ri põt:nec requirit̃ res ſicut in cõtractibus qui re perficiunt̃ vt eſt
commodatum:depoſitum:ſocietas ⁊ pignus. Item in his ſupplet
officium iudicis inquantum ex bono ⁊ equo viſum fuerit ſed in ſti
pulatiõibus ſolũ quatenus ſtipulatio interceſſit.h.d.in terminis
1 ⁊ in ſumma vſqꝫ in fi.vel breuius.†Solo conſenſu etiam inter ab-
ſentes adhibito abſqꝫ re verbis literis vel preſentia oritur obliga-
tio in vēditione:locatione:mandato ⁊ ſocietate.h.d.cõcor.ff.de ac.
⁊ ob.l.conſenſu.¶No.ergo qd ſolus conſenſus etiã verbis non de-
claratus perficit obligationē in contractibus qui cõſenſu perficiũ-
tur. Hinc eſt qd mutus ⁊ ſurdus hos contractus peragere põt.l.
non vbi nõ voce.ff.de reg.iur. Sed in ſtipulatione debet eſſe cõſen-
ſus verbis declaratus:⁊ ideo mutus ⁊ ſurdus nõ poſſunt ſtipula-
ri vt.ſ.de inuti.ſtip.mutũ. Solus igit̃ conſenſus in alijs contracti
bus non ſufficit ad ſubſtantiam obligatiõis niſi aliud interueniat
vt verba in ſtipulatione res in contractibus qui re perficiunt̃. Sed
in his ſufficit ſolus conſenſus adhibitus tñ ad hoc:nã ſi eſſet cõſen
ſus ſed non adhibitus ad hoc obligaret. Et ideo ſi dico tibi quod
hanc rē vēdas titio ⁊ alius audiēs meũ conſenſum vadat ⁊ vēdat
nõ obligat qr non adhibui illũ conſenſum ſibi ſed tibi vt vult gloſ.
ff.de contrahen.empt.l.j.in fi.⁊ idem dicit gloſ.in.d.l.ex conſenſu.
2 †Quid autem[a] ſi miſi tibi literam vel nuncium de vendendo:⁊ an
a teꝗ̃ litera vel nuncius ad te perueniret reuoco mãdatum ⁊ me pe
nitet:ſed nihilominus nuncius ignorãs ad te vadit ⁊ literam tra-
dit an teneat obligatio glo.tenet qd ſic in.d.l.j.in fi.de contrahen.
emp.ff. Sed doc.contra qr nuncius non contra hic nec litera ſed cõ
ſenſus dñi qui ante contractũ defecit ⁊ ideo contractus eſt nullus.
Caſus eſt in.c.fi.de ꝑcu.li.vj.⁊.l.ſi pater.ſcdo rñſo.C.manu.vindi.
Ex quo eñ non eſt queſitũ ius aduerſario põt venditor penitere te
netur tñ ad dãnũ ⁊ intereſſe ſi qd eſſet:qr non certiorauit aduerſa-
rium vt.l.q hominem.§.ſi titium.ff.de ſo.⁊.l.ſi tibi mandaſſem.ff.
mandati.⁊.ij.mandati.§.itē ſi adhuc. Itē no.in ver.item in his. qd
in contractibus qui conſenſu perficiuntur.⁊ etiã in alijs contracti
bus bone fidei qui ſunt fauorabiliores ꝗ̃ ſtricti iuris:qr in bone fi-
dei contractibus ſupplet iudex ex officio ſuo exuberantius ⁊ pin-
guius ⁊ fauorabilius inquantum ſibi videtur ꝗ̃ in contractibus
ſtricti iuris.vnde poſt moram officio iudicis petuntur vſuſfructus
⁊ intereſſe ⁊ veniunt rupta ⁊ ceſſa niſi ſpecialiter fuerint comprehē
ſa vel fuerint affixa.l.fundi.per totam.l.cum.l.ſeq.ff.de ac.empt.et
l.cum fundus.ff.de fun.inſtru. Item venit quod venditor teneatur
de morbo ⁊ vitio rei etiã ignorãs.l.ij.§.cauſa.ff.de edi.edic. Itē ve-
nit petitio deteriorationis rei poſt rem receptam vt tenet glo.ma-
gna in fi.in.l.eleganter.§.non ſolum.ff.de dolo. Et in ſtricti iuris
contractibus non veniunt niſi ea que in contractibus fuerunt ex-
preſſa:⁊ que ſtricte exigit natura actionis.de quo dic plene per glo.
j.de act.§.actionum. Omnes alie ſunt ſtricti iuris vt ibi dicit gloſ.

¶De emptione ⁊ venditione Rubrica.

1 ☞Emptionis ⁊ venditionis contractus ſolo perficiuntur con-
ſenſu.et nu.4.et.5.
2 Venditio dicitur perfecta dum ſcriptura eſt in mundum redacta.
3 Venditio quando in ſcriptis ⁊ quando ſine dicatur.
6 Scribere literam vel ſe ſubſcribere paria ſunt.
7 Arrhe in quo contractu dari poſſint.
8 Arrhe qua actione reſtitui petantur.
9 Arrha quanta ⁊ pro quanto precio dari debeat.
10 Venditio ſine re ⁊ precio non perficitur.
11 Precium non põt in poteſtate alterius partis cõtrahentiũ poni.
12 Arbitrari inique quando quis dicatur.
13 Arbitrari an quis poſſit cogi.
14 Venditor an cogatur preciſe rem ſuam tradere.
15 Venditio ⁊ locatio paribus ambulant paſſibus.
16 Precium in pecunia numerata conſiſtere debet.
17 Permutatio ſpecies contractus innominati dicitur.
18 Contractus quis ⁊ quando nominatus dicatur.
19 Autoritates poetarum philoſophorum ⁊ medicorum in cauſis al
legari poſſunt.
20 Periculum rei vendite quando ad emptorem ⁊ quando ad ven-
ditorem pertinet.⁊ nu.ſeq.
25 Periculum in actionibus perſonalibus ex maleficio deſcendenti-
bus ad delinquentem pertinet.⁊ nu.ſeq.
29 Emptor non eſt dominus rei empte ante traditionem.
30 Venditio pura quando perfecta dicatur.
31 Emens rem ignoranter quando contra venditorem ad intereſſe
agere poſſit.
32 Ciuitas an poſſit locum publicum vendere principe inconſulto.

EMptio et vēditio. ¶Emptio et
venditio ſine
ſcriptis contrahitur ſolo conſenſu:ſed in ſcriptis
celebranda perfecta non eſt donec contractus fue-
rit in mundum redactus de partium voluntate
⁊ ideo ante poteſt diſcedi impune non tamen ſi-
ne pena arrharum ſi que date ſint.hoc dicit.vſqꝫ ad.§.precium.
1 ¶†No.ex prin.quod contractus emptionis ⁊ venditiõis ſine ſcri
ptis perficiuntur ſolo conſenſu licet non interueniat tũc traditio
rei vel precij vel arrharum. Et dicitur perfici quantum ad obliga-
tionem vt non poſſit diſcedi inuita altera parte:non tamen eſt ita
perfectus vt res non debeat tradi ⁊ precium ſolui.nam triplex eſt
perfectio cõtractus.vna reſpectu penitentie:alia reſpectu periculi
rei:tertia reſpectu traditionis rei ⁊ precij vt hic ⁊ in prima glo.no.
2 ⁊ in glo.l.neceſſario.ff.de peri.⁊ commo.rei ven.¶†Secundo not.
quod venditio ⁊ alij contractus in ſcriptis ita demum perficit̃ qñ
ſcriptura eſt in mundum.i.in ſcripturam publicam ſine immundi
cia ⁊ ſine vituperatione conſiſtente redacta ita quod ſit a partibus
abſoluta.i.habita pro completa ⁊ perfecta vt quia ſi ſcriptura eſt
publica poſtꝗ̃ eſt lecta a tabellione partes laudauerunt ⁊ approba
uerunt.⁊ ſi eſt priuata poſtꝗ̃ partes ſe ſubſcripſerũt.⁊ ita intellige
hic glo.in ver.a contrahente.⁊ in ver.abſoluta.ſecundum Cy.in.l.
3 contractus.C.de fi.inſtru.⁊ ibi etiam gl.†Quomodo autem appa
reat an ſit venditio in ſcriptis an ſine ſcriptis tenet hic gloſ.que in-
cipit patet hic eſt in ſcriptis quando a principio ante contractum
⁊ in ipſo contractu inter contrahentes fuit actum tacite vel expreſ
ſe quod inde fieret ſcriptura gerentes in animo vt aliter nõ valeat
niſi inde fiat ſcriptura vt dicit gloſſ.in.d.l.contractus. Et adde qd
vbi contractus debet celebrari in ſcriptis ante ſcripturam comple
tam ⁊ approbatam non obligantur partes:⁊ ideo interim donec
ſcribatur eſt locus penitentie vt hic ⁊ probatur in.d.l.contractus.
Sed nunꝗ̃ protocollum quod eſt factum anteꝗ̃ ſit redactum in
mundum ⁊ in publicum inſtrumentum facit fidem vt dicatur con-
b tractus in ſcriptis dic per Saly.[b] vt.d.l.cõtractus.¶†Tertio no.
4 quod hic contractus emptionis ⁊ venditionis perficitur ſolo con
ſenſu vt hic tñ ſi eſt data arrha vident̃ partes ſibi reſeruare pote-
ſtatē diſcedendi a venditione vbi alias venditor preciſe cogeretur
tradere rē ſi haberet facultatē rei tradēde vt tenet Bar.in.l.j.ff.de
act.emp.nam arrha non eſt de ſubſtantia contractus ſed eſt argu-
5 mentum emptionis ⁊ venditionis contracte vt dicit hic text.†Et
hoc verũ qd licet diſcedere qñ ſunt ſimpliciter date.ſecus ſi ꝓ parte
ſolutionis precij hic in glo.in ver.compellit̃.in ver.ſed nunquid ſi
dedit. Unde verſus. Arrhe cum dant̃ pro ſe precioqꝫ tenent̃: Par-
tes ſeruare que ꝓmiſere viciſſim. Cum dantur nude nil eſt niſi pe-
6 na timenda.¶†Quarto no.in ver.his autem.ibi vel manu ꝓpria
c quod paria ſunt[c] ſcribere literam vel ſe ſubſcribere litere manu al-
terius ſcripte niſi ſcribens errauerit.l.ſicut.§.non videtur.ff.quib.
mo.pig.vel hypo.ſoluitur vel ſe ſubſcripſerit vt teſtis.l.gaius.ff.de
pig.act.⁊ per Barto.in.l.qui dotis.ff.ſoluto matri. Et debet eſſe
ſubſcriptio ſpecialis non autem ſufficit generalis.l.diuus.§.item
ſenatus.ff.de fal.vbi per Barto. Nunc venio ad queſtiones quero
primo nunꝗ̃ contractus arrharum ſit contractus perfectus.gl.te
net qd ſic ⁊ bñ vt.d.l.contractus.ſed nõ habet ſubãſttiã per ſe quia
alteri neceſſario accidit. Et ita ſoluit̃ opinio martini in.d.l.contra
ctus. Secundo querit̃ nunquid pro arrha poſſit aliquid dari quaꝫ
pecunia.dic qd ſic:quia anulus vel alia res dari poteſt.l.ij.C.quan
7 do lꝫ ab emptiõe diſce.⁊.l.ex empto.§.qui vna.ff.de ac.emp.†Ter-
tio querit̃ an arrhe poſſint dari ab alio contractu ꝗ̃ exceptionis ⁊
venditionis.dic quod ſic:qr cum ſit contractus coherēs alteri con
tractui vt.ſ.dixi.poteſt ergo coherere alijs contractibus ꝗ̃ vēditio
8 nis:donationis vel numerationis in.d.l.cõtractus.in fi.†Quarto
quero qua actione petat̃ reſtitutio arrharũ duplicatarũ.glo.hic in
ver.compellit̃.dicit ꝙ triplici ratione.ſ.condictiõe ex hac.l.⁊ officio
iudicis ⁊ actione ex empto qñ fuit contractus ſine ſcriptis.dic lati⁹
de hoc per Saly.in.d.l.contractus. Quinto quero an reſtitutis ar
rhis duplicatis nihilominus poſſit agere ad intereſſe.in glo.prio
dicta in ver.compellit̃ ſunt opiniones. Bart.tenet opinionē Bul-
garij ⁊ Jo.vt nihilominus poſſit peti intereſſe:quia per ſpecialem

a ¶Quid aũt. De hac queſtione.vid h domi.Aret. ⁊ pau.de ca. in.l.j.ff.de cõtrahē.empt. ⁊ vendi.

b ¶Per ſalyc. Qui tenent ibi qd ſic ſi hꝫ oĩa requiſita ad inſtrumētũ publicũ puta millesimã diez ⁊ menſem ſubſcriptionem notarij cum eius ſigno requiſita de iure vel conſuetudine alias non ꝓbat.

Verſus.

c ¶Paria ſũt. Idē tenet.d. Pe.de fe.in ti.for.op.cõtra inſtru.in gl.⁊ maxime in fi.gloſ.

prouiſionem hominis non videt̃ receſſum a generali ꝓuiſiõe legis
vt no. l. ij. C. de iure emphy. ⁊ hoc bar. tenet in. l. j. §. dicit aliqs. ver.
vñde querit̃. ff. de publi. Sed ſaly. in. d. l. ꝯtractus tenet opi. ꝯ Bar.
⁊ Azo. ſ. qđ ꝑdictis reſtitutis arrbis duplicatis non poſſit agi ad
intereſſe quaſi hoc videntur tacite agere contrahentes cũ tradunt
arrhas vt eis liceat diſcedere perdendo arrhas vel reſtituendo du
plicatas. ⁊ hoc videtur velle iſte tex. ⁊ tex. in. d. l. contractus. Et hec
vera vbi contractus erat perfectus: ſed ibidẽ nõ erat perfectus tũc
oẽs concordant qđ intereſſe peti nõ pôt: q̃ obligatio non pôt ſucce
dere ad que nata non erat in. d. l. contractus. ver. vt nulli. in fi. ⁊ vt
vult hic gl. ſup v. ſin ⁊ pena. Sexto quero quid ſit arrhe ſunt date ꝓ
parte arrharum ⁊ ſolutionis precij dic qđ tunc non licet diſcedere
per perditionẽ vel duplicationem arrharum: ſed venditor penitẽs
debet reſtituere arrhas duplicatas ⁊ nihilominus manet firma. ⁊
ſic illa verba pro arrhis ⁊ pagamento habẽt vim clauſule rato ma
9 nente pacto ſm Saly. in. d. l. contractus. † Sed dubium eſt quantũ
cenſetur pro arrha ⁊ quantum pro precio. dic qđ ꝓ media nomine
arrharũ ⁊ pro media nomine precij: q̃ copula ⁊ diuidit in partes
in. l. j. C. ſi plures vna ſententia. ⁊ in aut̃. ſi qñ. C. de conſti. pecu. ⁊. l.
nomen filiorum. §. portionis. ff. de ver. ſig. Et quid ſi vẽdita eſt res
pro decẽ ⁊ duo vel tria data ſint ſimpliciter non expreſſo: an pro ar-
rhis an pro parte ſolutionis. dic qđ pro vtroq; datum eſſe videtur
vt no. glo. in. d. l. C. quando licet ab emp. diſcedere.

**Precium autem.** ¶ Vẽditio ſine certo precio nul
la eſt. ⁊ in contractibus non re-
ceditur ab arbitratoris ſententia. hoc. d. vſq; ad. §. item precium.
10 ¶ † Et no. hic regulam qđ ſine re ⁊ precio non conſiſtit perfecta vẽ
ditio vt hic. ⁊. l. ſi. C. eo. ⁊. l. ij. §. j. ea. Et precium debet eſſe a princi-
pio vel ex poſtfacto. Item debet conſiſtere in pecunia numerata vt
j. eo. §. j. ¶ Scđo no. qđ preciũ in vẽditione pôt cõmitti in arbitriũ
alterius certi nõ aũt incerti vt hoc in glo. in ver. noiatus. niſi in pi
gnore dimittẽdo creditori facta cõi eſtimatione per aliquẽ bonum
virum: nã tunc preciũ committit̃ in perſonã incertã fauore debito-
ruꝫ vt facilius repetãt pecunias. l. ſi fundus. §. ſi. ⁊ ibi no. ff. de pig.
11 act. † Simiter non poteſt committi precium in poteſtate alterius
contrahentiũ. l. qđ ſepe. §. j. ⁊ ibi no. ff. eo. Et no. in. l. in ementis. C.
eo. ſicut nec cõmercium ſeu facultas contrahendi. puta ſi volueris
vt. d. l. ementis. ⁊. l. ſi in emptiõe. §. ſi emptio. ff. eo. ſed ipſa res ⁊ rei
qualitas bene poteſt cõferri vt ſit tibi empta ſi res tibi placuerit vt
j. eo. §. emptio. nã accidentalia contractus bene poſſunt cõferri in
ementis arbitrio non ſubſtãtia vt. l. hec vẽditio. ff. eo. ſed legatum
bene poteſt conferri in expreſſa voluntate legatarij vt lego tibi ſi vo
lueris: q̃ eſt actus qui non eſt obligatorius hincinde ⁊ ſi moriatur
legatarius anteq̃ declaret ſe velle non tranſmittit legatum ad he-
redem. l. ſi ita expreſſum. ff. de condi. ⁊ demon. licet non expreſſa vo
luntate heredis. l. ſenatus. §. legatum. ff. de le. j. ¶ Tertio no. quod
qñ precium confertur in arbitriũ tertij tunc ſi non declarat preciũ
vt quia non vult: vel non pôt non vꝫ vẽditio: nec recurrit̃ ad arbi-
trium boni viri. i. iudicis qui declaret preciũ ſꝫ ſi inique declaret be
ne recurritur ad arbitriũ boni viri vt hic in gl. in ver. diffiniuerit.
nam hoc caſu cum declarat ſubeſt obligatio inter partes ſuper qua
pôt fundari officiũ iudicis ſecus vbi nullo modo declarat ſm bar.
in. l. ſi quis arbitrator. §. arbitrorũ. ff. de verb. ob. Et ſic patet qđ in
contractibus regulariter non diſceditur a perſona debẽtis arbitra
ri. Fallit qñ confertur in voluntate alterius contrahentiũ eo caſu a
quo pôt recurrit̃ ad arbitriũ boni viri. l. hec venditio. ff. eo. Scđo
fallit ſi arbitrator aſſumptus fuerit ſuper aliquo acceſſorio alicuiꝰ
cõtractus iã perfecti vt ſi vendo tibi fundũ cũ vno de bobus meis
arbitrio titij. ar. l. ſi in emptione. ff. eo. i. ſuper diminutione precij q̃
fit a iudice ꝓpter diminutionẽ rei vt. l. ſue rei. ff. eod. Tertio fallit
qñ debẽs arbitrari inique arbitratur vt. d. §. arbitrorũ. nã his caſi
bus receditur a perſona arbitratoris. ſm Bar. in. d. l. ſi quis arbi-
tratu. Sed in vltimis voluntatibus bene receditur a perſona: quo
ad ſubſtãtiam legati. l. ſi. §. ſed ſi quis. C. communia de leg. ⁊. l. j. ⁊. l.
ij. ſiue ſit collatum in perſona tertij in. d. §. ſed ⁊ ſi quis. ſiue heredis
eo caſu quo poteſt in eius voluntatem committi ſcilicet veluti vt
cum teſtator legat tibi ſi eius heres eſtimauerit cum approbauerit
vel iuſtum eſſe probauerit. nam herede non arbitrante recurritur
ad arbitrium boni viri. l. ſi ſit. ff. de le. j. nõ expreſſe vt lego tibi ſi he-
res meus volet. l. ſenatus. §. legatum. ff. de leg. j. Et no. glo. in. d. l. j.
⁊. l. ij. C. communia de le. Sed non creditor quo ad pene commiſſio
nem. ff. multa. ff. de condi. ⁊ demonſtra. de quo per Bar. in. d. l. j. ff.
12 de lega. ij. † Sed quero quando dicatur ille cuius arbitrium eſt ele
ctum inique arbitrari. glo. hic in ver. diffiniret. dicit quando vltra
dimidiam iuſti precij arbitratur. ⁊ hoc clarum. l. ij. C. de reſcin. ven.
alias autem ſtatur in arbitrio iudicis. Bar. tenet in. l. ſi ſocietatem
§. arbitrorum. ff. pro ſocio. quod inique dicitur arbitrari quando
13 arbitratur plus vel minus quinta parte totius. † Secundo quero
an ille cuius arbitrium eſt electum cogatur arbitrari. dic vt innuit
glo. in. l. ſi. C. eo. quod ſi eſt arbiter non cogitur niſi ſit adiecta pe-
na vel aliud loco pene vt. l. diem proferre. §. ſi. ff. de arbi. Sed ſi eſt
arbitrator tunc cogitur poſtq̃ acceptauit ſic etiã cogitur quis con-
ſulere in cauſa vel puncto ſibi commiſſo. dicit glo. in. l. in ſacris. C.
de proximis ſacro. ſcrinio. lib. xij. ſicut tenetur quis iudicare. l. ſanci
mus. C. de aduo. diuer. iudi. de quo vide per Innoc. in addi. Spe
cu. in libro de requiſitione conſilij. ver. ſed nunquid. licet ſpecu. ibi
teneat oppoſitum. Tertio quero an arbitrator poſſit declarare ſen
tentiam ſuam abſentibus partibus. dic quod partes debẽt eſſe pre
ſentes vel legitime citate coram eo qui eas debet interrogare ⁊ cuꝫ
eis ſe informare ſecundum Bartolum in dicta lege ſi quis arbitra
14 tor. licet alij contra. † Quarto quero an in emptione ⁊ venditione
venditor cogatur preciſe rem ſuam tradere: an vero liberetur pre-
ſtando intereſſe. gl. hic in ver. tradatur. tenet quod preciſe cogatur
rem ſuam tradere ſi facultatem habeat tradendi alias liberat̃ pre-
15 ſtando intereſſe. de quo dic per Bar. in. l. j. ff. de act. empt. ¶ † Vlti-
mo no. in ver. qđ ius. ꝙ venditio ⁊ locatio ambulant paribꝰ paſſi-
bus: ⁊ habent conformitatem: q̃ ſicut non vꝫ venditio ſine re ⁊ pre
cio vt hic ita nec locatio vt. j. loca. in prin. ⁊ ſicut non valet ⁊ annul-
latur venditio non arbitrãte eo in cuius arbitrium eſt collatũ pre-
cium vt hic ſic nec locatio. l. ſi merces. in prin. ff. locati. differunt ta-
men in quibuſdam. nam in emptione ſpectat periculum ad empto
rem etiam ante traditionem vt puta ſi vinum venditum effundat̃
vel accreſcat poſt deguſtationem. l. j. ff. de pericu. ⁊ commo. rei ven.
Et nota. j. eo. §. cum autem. Sed in locatione non. l. ex conducto.
§. j. ⁊. ij. ff. loca. Secundo differunt quia venditor tenetur vel rẽ tra
dere ſi habet facultateꝫ vel preſtare intereſſe vt. ſ. dixi. Sed locator
aliqñ excuſat̃: puta ſi ſuperuenit ei neceſſitas poſt locationẽ retinẽ-
di rem locatã ꝑ ſe vt. l. iij. C. loca. Tertio differunt q̃ vẽditio eſt ti-
tulus habilis ad tranſlationẽ dñij vel vſucapiendi conditionem. l.
ex empto. ff. de act. emp. ſed locatio nõ. l. non ſolet. ff. loca. Et de hoc
dic per Azo. in ſum. in ti. de loca. iuxta ſi. Sed quid in dubio ſi non
apparet an fuerit venditio vel locatio. dic qđ eſt attendenda quan
titas precij ⁊ an ſemel vel annuatim ſoluatur ſecundum glo. ſuper
ver. agendi.

16 **Item precium.** ¶ † Precium qđ exigit̃ in venditio
ne cõſiſtere debet in pecunia nume-
rata. ſi autem conſiſtat in ſpecie tunc eſt contractus permutatiõis.
Item prima vꝫ opinio que validioribus rationibus ⁊ argumen-
tis defenditur. h. d. vſq; ad. §. cum autẽ. Et intellige ſane quod pre-
cium debet determinari in pecunia certa ⁊ determinata ſed poſtea
in ſolutione bene poteſt ſolui vna res pro pecunia volente credito-
re: non autem eo inuito vt. l. precij. C. de reſcin. ven. Et no. in. l. ij. in
fin. ff. eo. Sed quid ſi trado tibi librum meum pro tuo ⁊ pro deceꝫ:
an erit venditio vel permutatio. dic quod ſi principaliter agatur
de permutando erit permutatio ſi econtra erit venditio. In dubio
autem inſpiciaꝫ quod plus valet vt ſi plus vꝫ res que datur pro re
q̃ pecunia tunc ſit permutatio: alias ſit emptio vt in. c. ad queſtio-
nes. extra de rerum permuta. de quo per Bart. in. l. ariſto. ff. de do.
17 † Item no. permutationem eſſe propriam ſpeciem cõtractus inno-
minati per ſeſeparatum a contractu emptionis ⁊ venditionis. Et
ex eo demum agi poteſt quando quis impleuerit ex parte ſua con-
tra recuſantem implere vel condictio ob cauſam ad repetẽdum da
tum ſicut in alijs contractibus innominatis vt hic in gl. pe. in ver.
ſpeciem. Et quare permutatio non ſit nomen ſufficiens ad facien-
dum contractum nominatum gloſſ. pe. hoc tangit. Sed dic ſecun-
18 dum glo. in rubri. C. de rerum permu. † Ad hoc vt aliquis ſit con-
tractus nominatus duo requiruntur. Primo quod cadat in cer-
tam ſpeciem contractus. Et ſecundo quod habeat ſpeciale nomen
congruens illi ſoli contractui ⁊ non alij. Sed nomen permutatio-
nis eſt adeo latum ⁊ generale quod conuenit etiam alijs contracti
bus ideo non dicitur contractus nominatus vt dicit glo. Sic etiaꝫ
tranſactio eſt contractus innominatus propter generalitatem no
minis. de quo per Bar. in. l. j. ff. de pac. ¶ Vltimo no. in validiori-
bus rationibus ⁊ argumentis ⁊ vbi rationes ſunt impares obti-
nent illi qui habent plures rationes pro ſe: quia due rationes vin
cunt vnam vt in aut̃. de vterinis ⁊ conſanguineis fratribus. §. hoc
igitur. col. vj. Et no. in aut̃. itaq;. C. communia de ſucce. Et ratiões
vbi omnino ſunt pares in numero vel validitate poteſt iudex gra
tificari vt no. in. l. cum prolatis. ff. de re iud. ⁊. l. ſi. ff. de relig. ⁊ ſump.
19 fu. † Item collige hic ſecundum glo. quod autoritates poetarum
philoſophorum ⁊ medicorum poſſunt in cauſis allegari. Dic tñ ꝙ
ſunt probabiles que ratione nitũtur non aũt deciſiue niſi in arrhe
ſua vt. l. in tantum. §. ſi. ⁊. l. ſequen. ff. de rerum diui. Et vide in. l. j. ⁊
per Bar. ⁊ Florentinum. ff. ſi cer. pet. ponitur etiam. ſ. de donatio-
ne. in princip.

20 **Cum autem.** ¶ † Rei vendite in ſpecie omne pericu
lum ⁊ commodum ⁊ incommodũ per-
tinet ad emptorem etiam ante traditionem: niſi in ea venditor do-
lum culpam ⁊ moram commiſerit: quia tunc non committitur et
cum quis ideo tenetur quia habet actionem eam cedendo liberat̃
21 h. d. vſq; ad. §. emancipando. ¶ † Not. ergo quod poſtq̃ res eſt vẽ-
dita in ſpecie: ſi anteq̃ tradat̃ pereat ſine mora vel culpa vendito-
ris vt quia equus venditus moriatur: vel domus vendita combu-
ratur vel vinuꝫ in ſpẽ venditum acetum fiat vel effundat̃: periculũ
eſt emptoris

eſt emptoris: qr nihilomin⁹ tenet ſoluere vẽditori p̃ciũ. Nã augmẽtũ ⁊ diminutio rei in ſpẽ vẽdite ſpectat ad emptorẽ nec tenet vẽditor cuſtodire rẽ vẽditã quãtũ ad exactiſſimã diligentiã ⁊ cuſtodiã niſi p pactũ ſuſceperit in ſe cuſtodiã. vt dicit hic tex. qr tunc tenet etiam de leuiſſima culpa. ⁊ ſic de exactiſſima diligentia ⁊ cuſtodia vt ſic pactum aliquid operetur vt hic in gloſſ. in ver. is caſus ſed ſi non ſuſceperit cuſtodiaꝫ tenetur tamen de cuſtodia emptori qr tenetur de dolo lata culpa ⁊ leui. vt hic in gloſſ. in ver. neqꝫ culpa. ⁊ l. qd ſepe. ⁊ §. ſi res. ff. e. ⁊ l. cuſtodiã. ff. de pericu. ⁊ com. rei vend. Sed quando venditur res in genere: tunc ante traditionem vel morã vel culpã periculũ eſt venditoris: ⁊ ad eũ ſpectat omnis cuſtodia: qr qd in genere debetur perire nõ põt. l. incendiuꝫ. ff. ſi cer.
22 pe. ⁊ l. in rõne. §. incerte. ff. ad. l. fal. ¶ †Quot autẽ requirũtur vt periculũ tranſeat ad actorẽ. dic ꝙ nouem que ponunt hic in gloſ. magiſtrali. ⁊ no. in ver. ſtatim. Et ſimilẽ gl. habes in. l. licitatio. ff. de picu. ⁊ cõmo. rei ven. Et dũ gl. dicit ꝙ fiat pure. alias ⁊c. dic qd qñ venditio nõ fit pure: ſed ſub cõditione. ⁊ tunc eius cõditio dependet a futuro euentu: puta ſi nauis ex aſia venerit. tunc ſi res perit pendente cõditiõe perit periculo venditoris. Si autem deterioretur vel melioret cedit in lucro ⁊ dãno emptoris. ſecus autẽ eſt in tacita conditione depẽdente a ptãte venditoris vt menſuratio ponderis vel numerationis: qr piculũ peremptiõis ⁊ deteriorationis in totũ ſpectat ad vẽditorẽ in cuius ptãte eſt ſe exonera
23 re põderãdo metiendo ⁊ numerãdo. vt. j. in fi. gl. ¶ †Seq̃ i gl. quã publicationẽ rei dic ſi res vẽdita anteꝙ tradat publicet. tũc ſi publicat culpa vel delicto vẽditoris eſt eius damnũ ⁊ tenet emptori ad reſtõnẽ precij ⁊ ad omne intereſſe. Si autẽ publicatur ſine eius culpa: vt qr militibus aſſignat vt dicit glo. in. l. ſi fundus. ff. loca. ⁊ l. itẽ ſi vberatũ. ff. de rei ven. tũc tenetur venditor ſolũ reſtituere p̃ciũ. nõ aũt tenet ad aliud intereſſe. ⁊ ſic eſt ſpeciale hoc ſecũdo caſu qd piculũ peremptionis rei vendite non ſpectat ad em
a ptorẽ[a] vt dicit glo. in. d. l. ſi fundus. †Item dum dicit glo. de pacto
24 periculũ ſpãliter vel gñaliter appoſito. dic vt hic in. d. §. queſitũ. qr ſufficit expreſſio aliquorum caſuũ in ſpecie. ⁊ deinde ſequatur clauſula generalis que refertur ad alios caſus non ſpecificatos minores vel equales ⁊ non maiores. vt in cle. ij. de procura. Item dum dicit glo. ſiue res erat alio modo peritura penes emptorem:
25 ſiue nõ. ¶ †No. ꝙ in actionibus perſonalibus deſcendentibus ex maleficio: vt furto: rapina: ⁊ metu: ⁊ deſcendentibus ex contractu indiſtincte ſpectat periculũ ad delinquentem ⁊ moroſum nec adhibetur illa diſtinctio an res eſſet eodẽ modo pitura penes actorẽ vel nõ que diſtinctio adhibetur in reali. vt dicit gl. magna in fi. in. l. itẽ ſi verberatũ. §. fi. ff. de rei vẽ. nã fur ⁊ moroſus eqpant. l. inter ſtipulãtẽ. §. ſi ſtichũ. ff. de ver. obli. ⁊ p bar. in. l. qd te. ff. ſi cer. pe.
26 †Itẽ dũ dicit de re que deguſtationẽ deſiderat dic melius ꝙ glo. hic put tꝫ gl. in. l. qd ſepe. §. in his. ff. e. ⁊ l. j. ff. de pi. ⁊ cõmo. rei vẽ. vꝫ in rebus que recipiũt deguſtationẽ vt vinũ gingiber ⁊ ſimilia ſiue in rebus que cõſiſtunt numero põdere vel mẽſura. vt. d. §. in his. ſi vẽdunt in genere tunc clarum eſt ⁊ omnes concordãt ꝙ omne periculum deteriorationis ⁊ amiſſionis eſt venditoris anteꝙ duo interueniant. ſ. guſtus ⁊ menſura. Si a primo ſcꝫ a guſtu incipias tunc nõ curamus an velit guſtare vel non emptor. licet raro eueniat qd non guſtet. vt dicit glo. magna in ver. vbi autem. in d. l. j. C. de picu. ⁊ commo. rei ven. ſi autem dicte res vendantur in ſpẽ: tunc tꝫ gl. in. d. l. j. ⁊ in. d. §. in his. vꝫ qd ſtatĩ ſpectat periculũ
27 ad emptorem ſicut in ceteris rebus. †Ante deguſtationeꝫ ſiue ſit vinum: ſiue gingiber ſiue alia res: vt in. d. §. ex his. ⁊ hoc niſi venditor in ſe ſuſciperet periculum: quia tunc tenetur vſqꝫ ad deguſtationem tantum: ſi non fuit determinatum aliud tempus vſqꝫ ad qd teneretur de periculo in. d. l. j. ff. de peric. ⁊ commo. rei ven.
28 †Et ſi emptor recuſaret deguſtare vel intereſſe menſurationi põderationi vel numerationi qñ res eẽt vẽdita in genere tũc ſi nõ ſit determinatũ tp̃s dꝫ eũ expectare vſqꝫ vel ꝑpe ſequẽtẽ vĩdemiã vt tũc poſſit hr̃e vaſa vacua. al's poſt illd tp̃s facta ꝑ teſtatiõe emptori põt vẽditor vinũ effundere. vel ſi velit ex vrbanitate vegetes ꝯducere vel vinũ vendere. vt. d. l. j. §. lꝫ. ⁊ §. fi. ⁊ l. ſi qs vina. §. fi. in fi. Et hoc qñ venditor nõ eſt mercator. alias ſi eſt mercator debet expectari vſqꝫ quo cõmodo vẽditoris tolli poſſit vt. l. hoc ita. ff. de pericu. ⁊ commo. rei vendi. Et de nouem ſupradictis requiſitis ☞ datur verſus. Si ſine ſcriptura fiat diſtractio pura. Fraude: moraqꝫ mei ſi certe ſit ſpeciei. Non deguſtando ſine pacto non pu-
29 blicando. Transfert ad emptorẽ caſus ante traditioneꝫ. ¶ †Itẽ nota. in verſicu. itaqꝫ tam. quod quamuis vnus emerit rem non tamen eſt dominus rei: niſi ſibi tradatur. Et ideo ſi rem furetur interim aliquis ſine dolo ⁊ culpa leui venditoris emptor non poteſt vendicare vel condicere: quia rei vendicatio datur domino. l. in rem. ff. de rei ven. ⁊ ſimiliter conditio ex lege. ff. de condi. furt. ſed venditor tenetur ſibi cedere rei vendicationem ⁊ condictionẽ furtiuam: ⁊ non tenetur ad aliud: quia quoties quis tenetur ex eo qr habet actionẽ illã cedendo liberat. l. qd debet. ff. de pec. ſꝫ ſi tenetur ex alia cã: qr eius culpa ſubrepta eſt res tunc non liberatur cedendo illam ſed tenetur illam vendicare ⁊ preſtare emptori vel ſoluere intereſſe. vt hic in glo. penultima in verbo exhibere.

**Emptio autem.** ¶ Etiam ſub cõditione põt emptio contrahi ⁊ accidentia cõtractus poſſunt in voluntatem alterius ꝯhẽtium conferri. h. d. vſqꝫ
30 ad. §. loca. ¶ †No. igit qd venditio pura tunc eſt perfecta quantũ ad transferendum periculum in emptorem quando apparet qd quale ⁊ quãtum ſit in re ⁊ precio: vt. l. neceſſario. ff. de peri. ⁊ ꝯmo. rei ven. Et quando ſub conditione tunc depẽdet a futuro euẽtu conditionis que ſi defecerit nulla eſt emptio: vt. d. l. neceſſario. in fi. ſi aũt extiterit conditio tunc trahitur retro ad tempus contractus. l. potior. C. qui po. in pig. ha. ⁊ l. filius. ff. de ver. ob. ¶ Scdo no. ꝙ accidentalia ⁊ qualitates rei vẽdite: vt eſt ſi res placebit tibi poſſunt conferri in placitum ⁊ voluntatem alterius contrahẽtium: vt hic ⁊ l. hec venditio. ff. eo. Et idem in venditione reſoluẽda: vt vendo tibi: et ſi rei tibi diſplicuerit ſit inempta: vt. l. iij. ff. eod. ſed ſubſtantialia contractus ⁊ ipſum commercium vt res ſit tibi empta ſi voles: vel pro quanto precio voles: non poſſunt conferri in voluntatem alterius contrahentium: vel in ementis ⁊ vẽdentis arbitrio. C. eodem lege in ementis. ⁊ dixi. ſ. eodem. §. precium. Et eſt ratio quia quis non aſtringitur ad contrahendum de neceſſitate. vt dixit textus. in. d. lege in ementis. Et ideo venditio eſt nulla. nam ex quo de preſenti non vult contrahens ſe obligare: non eſt veriſimile ꝙ velit in futurũ: ⁊ ſic cãm perpetue volũtatis vr̃ habere: ſm Saly. in. d. l. in ementis. vbi glo. reprobat glo. hic poſitam. que dicit ꝙ ipſa res poteſt conferri in arbitrium emptoris: niſi ſalues glo. intelligẽdo ꝙ ipſa res. i. rei qualitas ⁊ bonitas ſeu forme vel colorũ cõplacentia ſm diuerſitatem rei que cognoſcitur ⁊ diſcernit poteſt conferri in voluntatem contrahẽtis. Et eſt ſimile in. l. ſi in lege. in prin. ff. loca. ⁊ de verbo. oblig. l. cum ſtipulatus ſim mihi a proculo. alias autem nec res nec precium. nec venditio poteſt conferri in arbitrium alterius contrahentiũ. Et iſta eſt ratio ſm Cy. qr lex ꝓuidit nec cõtract⁹ ſint diluſorij ludibrij ⁊ trufatorij. qd eſſet in aliqd iſtorum conferretur in volũtatem contrahentis qr lex preſumit ꝙ nolit ſe obligare qui in ſuo arbitrio vult committi. ſcdm Cy. in. d. l. in ementis.

a ¶ Ad ẽptorẽ. Iũge hic di. quã facit hic. d. Are. i. ij. col. ante me. v. ⁊ ꝯcluſio. ẽ ⁊ ſic habebis hanc materiã periculi expeditam.

31 **Loca ſacra.** ¶ †Emens rem ignoranter que non eſt in commercio putans eam eſſe in cõmercio contra venditorem agit ad totale intereſſe. h. d. vſqꝫ ad fi. Et intellige ꝙ agit ad totum intereſſe, quando venditor ſciebat rem non eſſe in commercio ⁊ emptor ignorabat: vt hic. Et idem ſi ipſe venditor ignorabat. ſ. an ſaltim teneatur ad reſtõnem precij. dic vt in. l. emptorẽ. in fi. ff. de act. emp. ⁊ per Bar. in. l. cum lex. ff. de fideiuſſ. Si autem emptor ſcit tunc non agit ſed ſibi imputet: quia damnum qd quis ſua copula ſentit ⁊c. vt in regula iuris damnũ. Et ſic patet hic ꝙ quando emptor ignorauit vel ambo ignorauerunt quot valet venditio rei: cuius non eſt commercium vt ſacre religioſe publice liberi hominis. qd eſt verum quantum ad obligationem ⁊ actionẽ inter contrahentes dandam non aũt quãtũ ad ipſam rem. vt dicit glo. in. l. liberi. ff. eo. ⁊ per Barto. in. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig. Sed nunquid ſi interim res ſacra efficiatur prophana reconualeſcat ſtipulatio ⁊ vẽditio dic ꝙ non per reſpectum. l. qd ab initio. de re. iur. ⁊. ſ. de inuti. ſtip. §.
32 iuris. ¶ †Item qd ſi ciuitas ipſa vellet vendere plateã vel alium locũ publicũ: an poſſit irreqſito principe. dic qd ſic ſi non recognoſcit ſupiorẽ: qr cũ ſit ppl's liber ſibi ipſe princeps eſt. l. non dubito. ff. de emp. Si aũt recognoſcit ſuperiorẽ tunc debet fieri prius ſtatutum qd poſſit vendi vel ꝙ ille locus publicus deinceps habeat pro priuato ⁊ deinde vẽdatur. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. ⁊ per Bartolũ in. l. continuus. §. cum quis. ff. de verborum oblignatione.

Verſus. ¶ Not. iſtos verſus.

¶ De locatione ⁊ conductione. Rubrica.

¶ Diuiditur titulus iſte in quinqꝫ ptes. Primo ponit qd ꝯtus iſte hꝫ ſilitudinem cum ꝯtu emptionis. Scdo iſtud per exempla declarat. Tertio qd veniat in iſto ꝯtu. Quarto ad quid teneatur conductor. Quinto an iſte ꝯtus tranſeat in heredem. ſcda ibi: nã ⁊ emptio. tertia ibi. §. conductor. quarta ibi: qui pro vſu: quinta ibi: in fi. mortuo.

1 ☞ Locatio in quibus venditioni aſſimiletur. ⁊ nu ſeq.
4 Contractus diuerſitas reſultat ex diuerſitate precij.
5 Locatio in vno nummo fieri nequit.
6 Locatio non fit ſine precio vel mercede.
7 Contractus emphyteoticus differt ab emptione ⁊ venditione.
8 Contractus emphyteoticus tribus contrahitur modis.
9 Emphyteota an poſſit vendere ius ſuum quod habet in re emphyteotica.
10 Contractus emphyteoticus in quare conſiſtat ⁊ quo iure introducatur. ⁊ nu. 11.
11
dem. Secũdum ius fuit antiquũ. ſ. tempore ffoꝝ. de quo dic qð fie
bat nouatio ipſo iure in dubio in duobus caſibus. Primus quã
do ſecunda ſtipulatio continet plus re quã prima. vt primo pro
miſi decem certa cauſa ⁊ deinde promitto quindecim ex eadẽ cau
ſa. l. qui vſumfructum. ff. de verbo. obliga. Secus ſi ſecunda conti
net plus tẽpore: vt ſi promiſi decem vſq; ad menſem deinde pro
mitto vſq; ad annum. nam in ſecunda videt̃ fieri prorogatio ter
mini prime promiſſionis. nõ antẽ nouat̃ prima ipſo iure: ſed ope
exceptionis tantũ: vt no. glo. ff. de preto. ſtip. §. pe. Scðs caſus eſt
in quo fiebat nouatio ipſo iure tpe ffoꝝ qñ ſcða ſtipulatio tantuȝ
cõtinebat ſicut prima: ſed interueniebat noua perſona niſi eſſet
actum qð eſſent duo rei. vt. l. iij. in prin. ff. de duobus reis. ⁊ hoc in
ſtipulatione conuentionali: ſed in pretoria fiebat nouatio ope ex
ceptionis: vt. d. l. pe. Ad hoc ergo vt de antiquo iure ffoꝝ preſume
retur nouatio ipſo iure tria ſunt attendenda. Primum qð ſit ſti
pulatio conuentionalis: qꝛ in pretorijs ope exceptionis. vt dixi. ſ.
ſcðm qð continet plus re: ſecus ſi plus tempore: vt dixi. Scðm qð
ſi ſecunda continet tantũdem quãtum prima qð interueniat no
ua perſona: vt. d. l. iij. de duobus reis. Tertiuȝ fuit ius nouũ poſt
ius ffoꝝ: quo iure nunquã preſumitur nouatio fieri ipſo iure: niſi
expreſſe agatur: vt hic. ⁊ l. ſi. C. eo. Sed in caſibus in quibus olim
fiebat nouatio ipſo iure: hodie fit ope exceptionis: vt. ſ. dictuȝ eſt.
Et predicta omnia in ſtipulatione conuentionali. Sed in ſtipula
tione penali: an ſtipulatio penalis ſequens nouet precedentem
obligationẽ: dic plene per Bar. in. l. ſi ita ſtipulatus. ff. de ver. ob.
16 **Hoc amplius.** ¶† Obligationes que ex cõſenſu cõ
trahũtur cõtrario cõſenſu re integra
ipſo iure diſſoluuntur. h. d. Si aũt non eſt res integra non tollit̃
obligatio ipſo iure: niſi retro interueniat actus priori ſimilis: vt
hic in glo. ij. ⁊ l. j. C. quãdo liceat ab emptiõe diſcedere. ⁊ ſic eſt mi
rabile qð licet al's pactum nudum pariat exceptionem: vt. l. iuriſ
gen. §. ſed cum nulla. ff. de pac. Tamen hoc caſu non perit: qꝛ non
ponitur ad cõtrahendũ: ſed potius ad diſtrahendum priorem cõ
tractum. vt tenet. d. glo. ſi. in. d. l. ij. ⁊ per Barto. in. l. ab emptione
ff. de pac. Sed quando res retrotrahitur ⁊ precium reſtituitur: an
erit noua rei venditio: dic qð non erit nouus contractus: ſed prio
ris diſtractus. ⁊ ſic de ſecundo non tradetur noua gabella: vt di
cit gloſ. penul. in. d. l. ſi. C. quando liceat ab emptione diſcedere: et
17 Bar. tenet in. d. l. ab emptione. † Sed an arrharum datio faciat
rem deſinere eſſe integram vt nõ poſſit diſſolui obligatio ipſo iu
re ſolo conſenſu. dic qð nõ facit deſinere ſi eſt data nomine arrha
rum tantum. Si aũt nomine precij tũc debet arrha retrotrahi vt
ipſo iure poſſit diſcedi ab obligatione. hoc tenet gloſ. in. d. l. ij. C.
quãdo liceat ab emptione diſcedere. Sed quid ſi preciũ ſit promiſ
ſum per ſtipulationem an res ſit integra: dic qð nõ. ⁊ ideo opȝ qð
interueniat actus cõtrarius vt diſcedat̃ ipſo iure ab obligatiõe. ſ.
18 liberatio per acceptilationem. vt. l. emptor. ff. de pac. † Similiter ſi
venditor conſtituit ſe emptoris nomine poſſidere: nõ eſt amplius
res integra: qꝛ dicit̃ tradita poſſeſſio: qꝛ ille poſſidet cuius nomi
ne poſſidetur. l. generaliter. ff. de acquir. poſ. Et ideo vt diſcedat̃
ipſo iure opȝ qð fiat contrariũ pactũ importans traditionem. l.
pactum. qð venditor poſſideat ſuo nomine. ſcðm glo. ⁊ Barto. in
19 d. l. ab emptione. † Quero quid de obligationibus ex maleficio an
tollantur ſolo conſenſu: ſicut obligationes ex cõtractu que ſolo cõ
ſenſu cõtrahũtur: vt hic dicit tex. cum glo. j. qð actiones ⁊ obliga
tiones ex maleficio que infamant: vt eſt actio furti iniuriarũ: ⁊ ſi
miles: vt. l. j. ff. de his qui not. infa. vel ſunt penales ab vtraq; par
te: vt ſunt predicte obligationes: qꝛ actori nihil abeſt ⁊ reo nihil
adeſt. vt. j. de actio. §. ſequens. in gloſ. in ver. conducto. tollunt̃ ipõ
iure per pactum: quia ſunt debiles in contrahendo ⁊ odioſe: ideo
de facili tolluntur. vt. l. ſi tibi. §. quedam. ff. de pac. qui eſt caſus ſin
gularis: ⁊ ibi per gloſ. ⁊ Bar. Tu intellige qð tolluntur quantum
ad intereſſe partis: non quãtum ad penam publicam: ſi qua den
tur fiſco: vt. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. ff. de pac. Et dum glo. j.
hic dicit alie non ipſo iure. i. alie obligationes que ſolo conſenſu
non contrahũtur: ſed contrahunt̃ re: vt mutuum depoſitũ ⁊c. vel
verbis vt ſtipulatio: nam iſte non tolluntur ipſo iure ſolo cõſenſu:
ſed debet interuenire act⁹ retro priori ſimilis: vel equipollens: vt
transferre obligationẽ in aquilianã ſtipulationẽ: ⁊ poſtea liberare
per acceptilationẽ: vt. ſ. e. §. ſed ⁊ id. ¶ Ultimo no. hic glo. magnã
que ponit modos quib⁹ tollit̃ obligatio naturalis ⁊ ciuilis ipſo
iure in qua dum dicit ibi: item per nouationem. dic per Bart. in
20 l. aliam. ff. de noua. † qð triplex eſt nouatio. Quedã eſt vnius obli
gationis in aliam tranſfuſio: ⁊ iſta fit ſtipulatione. Item litis con
teſtatio facta a volentibus animo nouandi nõ aũt inuito credito
re vt dixi. ſ. eo. §. precedenti. Quedam eſt nouatio. i. noue qualita
tis ad veterẽ adiectio: vt qꝛ prima obligatio ꝑpetuatur ⁊ fit trãſi
toria in heredes: ⁊ iſta fit per litis conteſta. caſus eſt in. d. l. aliam.
Quedam vero eſt nouatio. i. noue actionis ad veterem adiectio:
et iſta fit ſententia: qꝛ vltra primam actionem oritur actio in factũ
ex ſententia: vt. l. actori. C. de rebus credi. ⁊ l. ſi. C. de vſu. rei indi. ⁊
plene per glo. ⁊ Barto. in. l. j. C. de iudi. Item per compenſationẽ
ſcilȝ poſtquam fuit appoſita ab homine: ⁊ in aliquibus caſibus
ipſo iure abſq; eo qð apponat̃ ab homine: vt. l. ſi conſtat. C. de com
penſa. ⁊ l. verũ. cũ. l. ſeq. ff. de cõpenſa. vbi dicit qð fideiuſſor non te
netur ipſo iure ad aliquid qð reus compenſare poteſt: ⁊ ſic patet
qð compenſatione oppoſita ab homine vel a iure tollit ipſo iure

a ¶ Format q̃ſtionem. Hãc queſtionẽ poſuit hic latius d. Are. in. iij. col. v. ⁊ predicta inducunt̃ per Barto.

b ¶ Ope exceptiõis. Dicit hic. d. Are. ꝙ vbicũq; olim preſumet̃ nouatio etiã tacite hodie fit nouatio ſaltẽ ope exceptionis. ſm Bar. ⁊ Ange. i. l. ij. ff. de noua. et gloſ. ⁊ doc. i. l. ſi. C. de dona.

primam obligationem: nec requiritur q̄ opponatur in iudicio:
ſed ſufficit extra iudiciū: vt. d. l. verū. ⁊ ibi per Bar. Itē ꝑ trāſfu⸗
ſionem. vt quando debitor deportatur vel aliud delictum cōmit⸗
tit ꝓpter quod omnia eius publicant̄. Nā transfunduntur obli⸗
gationes in fiſcum: ⁊ ipſe tenet̄ creditoribus: ⁊ debitor ipſo iure
liberat̄. vt. d. l. ſi debitori. ff. de fidei. nō tamē tenet̄ fiſcus vt heres
ſed tanquā ſucceſſor: licet gl. cōſenſerit in. l. ij. C. ad. l. iul. de vi pub.
21 ¶ †Item per oblationē dic vſq̄ ad litis cōteſtationē ſufficit ſola
oblatio vt in actorem tranſeat periculum interitus. l. ſed ⁊ alia. ff.
de conſti. pec. niſi fieret abſenti: qꝛ tunc requiritur etiam cōſigna⸗
tio ⁊ depoſitio. vt no. gl. in. l. ſtatuliberos. §. ſtichus annua. ff. de
ſtatulibe. ſed poſt litem cōteſtatam ſi vult plene liberari: licet res
interim pereat: iſta tria requirūtur. ſ. oblatio depoſitio ⁊ cōſigna
tio: ⁊ preſentibus teſtibus. ⁊ q̄ totū debitum liquidum depona⸗
tur. ⁊ q̄ fiat congruo loco ⁊ tempore. ⁊ ſufficit etiā ſi extraneꝰ ꝑ
debitore etiam inuito offerat: deponat cōſignet. vt not. glo. in. l.
obſignatione. C. de ſolu. ⁊. l. acceptā. C. de vſur. nā iſta tria. ſ. obla⸗
tio depoſitio ⁊ ꝯſignatio habent vim ſolutionis. l. fideiuſſor qui
minori. ff. de ſol. Et iſta depoſitio debet eſſe talis q̄ creditor ha⸗
beat liberam poteſtatem accipiēdi depoſitū ſi velit. vt. l. ſi ſolutu⸗
rus. ff. de ſol. ⁊ ibi per Bar. Et ſi deponitur offertur ⁊ conſignat̄
ſpecies debita ipſo iure liberat̄ debitor. Et ſi debitū ī genere tūc
ope exceptionis. vt. l. que decem. ff. de ſol. Et an ſufficit offerre
marſupium cum pecunia q̄ ſic ſcđm glo. in aut. vt exactione in⸗
ſtante dotis. §. ij. co. vij. quā ītellige vt declarat Bar. in. l. cū ſeruꝰ
ff. de cōdi. ⁊ demon. Itē per delegationē. ſ. quādo debitor mādat
alteri q̄ accedat ad creditorē vt ſibi promittat. Nam ſi creditor
ſtipulatur ab illo liberatur prior debitor. ⁊ fit nouatio etiam ho
die ipſo iure ſi autem ille tertius non ſit a me delegatus: ſed alter
interueniat ſine mandato inducitur nouatio ſolum ope exceptio
nis: vt dixi. ſ. eo. §. preterea. ⁊ per cirographi redditionem. nam
creditor reſtituendo debitori cirographum. i. inſtrumentum de⸗
biti videtur ſibi facere tacitum pactum. l. labeo. ff. de pac. ſecus in
in reſtitutione pignoris: qꝛ non videtur ſibi remittere debitum.
Et ratio diuerſitatis eſt: qꝛ reſtitutione inſtrumēti nō pōt impor
tare aliam cōmoditatē quā remiſſio debiti. q̄ ſecus eſt in pigno
re. ⁊ ideo ſi per reſtitutionē inſtrumenti cōſequeret̄ debitor aliā
cōmoditatē nō intelligeret̄ remiſſum debitū: vt qꝛ inſtrumētum
ſue emptionis in quo erat obligatus ad preciū ſoluēdum eſt ſibi
22 traditū vt litiget. ſcđm Bar. in. d. l. itē qꝛ. ff. de pac. ¶ †Itē an eo
ipſo q̄ reperitur inſtrumentū cancellatum penes dibitorem pre
ſumatur liberatus. dic q̄ ſic: ſi debitor allegat ſe ſoluiſſe niſi eſſet
perſona domeſtica creditoris. ſecus ſi allegat pactum factum
de nō petendo: quia non ſufficit niſi probet inſtrumentū ſibi red
ditum ſm̄ Bar. in. d. l. labeo. ff. de pactis.

¶ Finis Tertij libri. Incipit Quartus.

## ¶ De obligationibus que ex quaſi delicto naſcuntur. Rubrica.

1 ☞ Obligationes ex contractu ex quibus naſcantur ⁊ ex quibus he que ex maleficio.
2 Furtum quid ſit.
3 Furtum vt committatur que requiri dicantur. ⁊ numeris ſeq.
9 Accuſatio ſiue inquiſitio qualiter cōtra furem formetur.
10 Furtum vnde dicatur.
11 Furtum quotuplex ſit.
12 Furtum manifeſtum quod dicatur.
13 Fructus de agro alieno aſportans furti tenetur.
14 Scrutari domum alienam quādo liceat.
15 Furem indicare nemo cogitur.
16 Furtiuam rem indicare nemo tenetur.
17 Fur non preſumitur is apud quem res furtiua reperitur.
18 Emens rem a fure an ſenſeatur participes fraudis.
19 Fur in quantum puniatur ⁊ cui pena applicetur. ⁊ nu. 20.
21 Creditor ⁊ depoſitarius ⁊ cōmodatarius quando furti teneant̄.
22 Commodatarius tenetur furti ſi re commodata ad alium vſum vtatur q̄ ſit ei permiſſum.
23 Equum vltra tempus conductionis retinens non committit furtum.
24 Ignorantiam alterius contra eum allegare non licet.
25 Affectus punitur effectu non ſequuto.
26 Extenſio fit ad caſus ſimiles in penalibus ⁊ odioſis.
27 Actio furti competit pro filio ſurrepto patri.
28 Filius patri tenetur operari.
29 Furtum committit dominus rem quam impignorauerit ſub⸗trahens.
30 Furti tenetur qui furāti auxiliatur. ⁊ nume. 31.
32 Opem preſtans furi ad duplum tenetur.
34 Preſtans opem vel conſilium furto quando teneatur. et nume⸗ris ſequenti.
37 Conſulens vel perſuadens quando teneatur.
38 Filius furtum faciens patri quando teneatur.
39 Uxor marito furtum faciens an puniatur.
40 Actio furti ei cuius intereſt debet dari.
41 Fullo ⁊ ſarcinator quare ⁊ quādo furti agere poſſint. ⁊ nu. 42.
43 Emptor bone fidei quando poſſit agere furti.
44 Commodator contra quem aget pro re commodata ſubtracta.
45 Fullo ⁊ ſarcinator ⁊ commodatarius in quo differant.
46 Electionem habens agendi contra duos an vno electo preiudi⸗cet ſibi in alio.
47 Poſſeſſor vel detentor iniuſtus cadens a poſſeſſione omni peti⸗torio carebit remedio.
48 Depoſitario pro re ſublata non competit actio. ⁊ nu. ſeq.
52 Impubes furans an teneatur furti. ⁊ nu. 54. ⁊. 55.
53 Pubertati proximus quando quis dicatur.
56 Actiones quatuor contra furem dari poſſunt.
57 Res ſubtracta ſi penes furē pereat an ipſa vel eiꝰ eſtimatio petat̄.
58 Furtum qua plectatur pena.

a ¶ Comparitio dñi. vide hic pulchra dcā domini Are. poſt hu. Et cōcludit q̄ licet dñs ꝓhibeat accuſationē furis tñ iudex ꝓ ītereſſe publico poterit ꝓcedere cōtra furem.

Cum expoſitum. Diuiditur
in ſex partes: qꝛ primo cōtinuat ſeipſuȝ
Scđo ibi: furtū. ponit diffinitionē fur⸗
ti. Tertio ibi: furtuȝ autē. ponit deriua
tionē ſeu alluſionem vocabuli. Quarto
ibi: furtorū. ponit eiꝰ diuiſionē ⁊ mēbra
diuiſionis declarat. Quinto ibi: pena
manifeſti. ponit penā furti. Sexto ibi:
furtū autē fit. ꝓſequit̄ ponēdo caſus du⸗
1 bios in quibꝰ fit furtū. vſq̄ ad fi. ti. ¶ †No. ex prin. q̄ lȝ obligatio
nes ex cōtractu naſcātur ⁊ cōtrahātur ex diuerſis ⁊ ſeparatis cau
ſis: vt re: verbis: literis ⁊ cōſenſu: Tamen obligationes ex malefi⸗
cio cōtrahuntur ex vna cauſa ſeu mediāte vno medio generali. ſ.
ex ipſa re. ſ. ex ipſo facto q̄ cadit in nomē maleficij late ſumēdo vt
cōprehendat etiā nō factū. nā etiā cōtumacia que cōſiſtit in nō fa⸗
ciendo eſt delictū. l. omne delictū. §. contumacia. ff. de re militari.
¶ Et qualiter debeat formari accuſatio ⁊ confinia poni quando
accuſatur de maleficio in nō faciēdo: vel de negligētia vel contuma
cia. vide Bar. in. l. liberorū. ff. de accu. vbi concludit q̄ non debet
inſeri locus niſi ille actꝰ omiſſus debuiſſet fieri in loco determina
to: ⁊ que ſit differētia inter maleficiū ⁊ delictū ⁊ crimē: vide in. l. j.
2 C. ſi aduerſus delictū. ¶ †Scđo no. in. §. furtū. diffinitionē furti cō
iuncta glo. q̄ eſt contractatio rei aliene inuito domino animo lu⸗
3 crandi: vt hic. ⁊. l. j. in fine. ff. de fur. †Ex qua diffinitione ptȝ quot
ſunt neceſſaria antequā quis furtum committat ⁊ poſſit puniri
de furto: primo q̄ contractet rem de loco ad locum aſportet. l. iij.
§. ſi rem. ff. de acquir. poſſeſſio. principaliter vel ſecundario: vt hic
4 in gloſ. in ver. fraudulo ſo. †Secundo requiritur fraus vel dolus
qꝛ ſine affectu fraudādi non committitur furtum: vt. j. eodem. §.
placuit. ideo requiritur quā ſcienter et doloſe faciat hoc quod in
dubio preſumitur: vt. l. quis. §. vetare. ff. eodem. ⁊ tractatur. j. eo⸗
dem. §. placuit. Et ideo transfertur onus probandi in furem niſi
appareant aliqua eum excuſantia quod nō fecerit doloſe: vt quia
erat conſanguineus vel amicus intimus domini rei qui conſue⸗
uerat ſibi concedere: vt dicit Barto. in. l. inter omnes. §. recte. ff.
5 eodem. pro quo facit glo. in. l. j. C. de ſica. †Tertio requiritur q̄ ſit
res mobilis corporalis: vt hic in gloſ. in verſicu. rei. quia in re cor⸗
porali et in re immobili non committitur furtum: quia non po⸗
teſt proprie contractari. vt. ſ. de vſuca. §. q̄ autem. Sed improprie
inuadens ⁊ occupās per vim rem alienam immobilem vel iuriſ⸗
ditionem alienam dicitur quodammodo furari. text. eſt in capi.
dudum. ſecundo. extra de elec. Sed in poſſeſſione vel vſu rei mobi
lis bene committitur furtum: vt ſi ſurripio rem in qua alius ha⸗
bet ſolam poſſeſſionem vel vſum: ſicut in iumentis alienis quibꝰ
vtor vltraquam fuerunt mihi accommodata: et duplicabitur vel
quadruplabitur ſolum valor illius poſſeſſionis vel vſus: vt hic in
gloſ. in ver. vſus. et. l. qui iumenta. ff. eodem. ⁊ ibi latius per gloſ.
6 †Quarto requiritur q̄ res aliena ſit quia rei ſue non fit furtum
niſi ratione poſſeſſionis: vt ſi ſurripio rem meam creditori cui pi⸗
gnoraui vt. j. eodem. §. aliquādo. Et in re communi committitur
furtum quādo apparet q̄ ſocius contractat eam cauſa priuandi
ſocium parte ſua vel vſu ſue partis: vt quia ſocio contradicente
vtitur re ad vſum non deſtinatum. l. ſi ſocius. ff. eodem. Alś in du
bio preſumitur facere iure ſuo. l. merito. alias puto. ff. pro ſocio. et
inuito ſocio poteſt vti ad vſum deſtinatum. l. ſabinus. ff. commu⸗
7 ni diuid. †¶ Quinto requirit̄ q̄ hoc ſit inuito domino vel qua⸗
ſi domino vel quocunq̄ alio cuius interſit. vt not. in. l. manifeſtiſ⸗
ſimi. C. eo. nam ſi dñs vt volēs quāuis fur ignoret non cōmittitur
furtum: vt. j. eod. §. placuit. ver. ⁊ ſi credat. ⁊ in dubio preſumitur
a dñs nolens ideo non prodeſt cōparitio dñi aſſerentis rem fuiſſe
aſportatam ſua voluntate: niſi aliud appareat propter q̄ preſu⸗
8 matur velle: vt. ſ. dixi de fraude. † Sexto requiritur quod faciat
animo lucrādi ſibi: vt hic in glo. in ver. poſſeſſoris. vel lucrādi alte
ri: vt in eo qui delet tabulas ſiue chirographum ne poſſit proba⸗
re contra

re cõtra debitorē: vt. j. eo. §. interdū furti. Et intellige lucrandi. ſ. pecuniariter: vel aliter qualitercūq; etiā animo voluntatē eiꝰ implendi: vt in eo qui tradidit alienū ſeruū tutoribꝰ occidendū: nõ
9 enim lucrat̃ ſeruū mortuū: ſed ſuā implet volūtatē. l. pe. ff. de cõdi.
a ob cām. Formabit̃ igit̃ ſic accuſatio vel inquiſitio contra furē vz qđ talis ſciēter ⁊ doloſe ſubtraxit ⁊ furatꝰ fuit talē rem tali ipſam rem cõtractādo vz de tali loco ad talē locū aſportādo animo lucrandi: ⁊ in ſuā vtilitatē cõuertēdi cõtra ⁊ preter volūtatē dicti talis dñi vel poſſeſſoris dicte rei: ⁊ ad quē ſpectabat ⁊ ptinebat ipſa res iure dominij vel quaſi poſſeſſoris vel quaſi ⁊ predicta cõmiſit et ppetrauit tali anno mēſe ⁊ loco ⁊c. In quo libello ſi negef duo principaliter probari opz. ſ. qđ res ſit illius vel quoquo modo eiꝰ trāſit talē rem nõ ſurripi: ⁊ qđ ipſe fur eam cõtractauerit: reliqua aūt. ſ. animus lucrādi ⁊ dolus ⁊ qđ dño inuito fiat preſumuntur in dubio: vt. s. dixi. Et adde in ſpe. de fur. §. j. in glo. in ver. contractatio. ibi lz ſcriptura. Nota qđ ſola ſcriptura verbo vel voluntate non cõmittit̃ furtū. l. ſi quis vxori. §. neq;. ver. j. ff. eo. ⁊. l. j. §. ſola cogitatio. ff. eo. niſi quo ad deū. xiij. q. v. c. vl. vbi etiā dicitur qđ de queſitis furto rapina ⁊ iniuria nõ dz fieri eleemoſyna pauperibꝰ: ſed potiꝰ cū quadruplo dz reſtitui dño rei exēplo publicani giezi. in glo. in ver. rei. in fi. ibi rei hereditarie nõ fit furtū: qꝛ ei non congruit diffinitio furti: qꝛ inuito dño fieri non põt cum non habeat dominum. nec etiā fit furtū poſt aditā hereditatē ante apprehenſam poſſeſſionem. l. ij. ff. de crimine expilate hereditatis que poſſeſſio non acquiritur per aditionem. l. cum heredes. ff. de acquirēda poſſeſſione. ſcđm Bart. in. d. l. hereditarie rei. ff. eo. ſed tenetur extra ordinem crimine expilate hereditatis.

10 **Furtum autem.** ¶ † No. in iſto. §. furtū aūt. vnde dicit̃ furtū. nā dr a furuo. i. nigro: qꝛ vtplurimū fit tpe nigro. i. de nocte. Si autē fit de die tūc mitius punitur fur. l. j. ⁊. ij. ⁊ ibi nota. ff. de fur. Bal. qꝛ nox aggrauat delictum. l. grachus. C. de adul. ⁊ in hoc eſt differētia inter furē diurnum ⁊ noturnū. Et eſt alia differētia: qꝛ furē nocturnum poſſum occidere qñ nõ poſſum eū dimittere ſine periculo pſone ⁊ damno ⁊ amiſſione rerū. Sed diurnū ſolū qñ mihi imminet periculū pſone: qꝛ diurnū poſſuz cognoſcere: nocturnū vero nõ. Et iđ ſi cognoſcerē nocturnū vl̃ ab eo res recuperare poſſem: ⁊ idē qđ in diurno l. furē. ⁊ ibi per glo. ⁊ Bar. ff. de ſica. ⁊. l. itaq; cū. l. ſeq. ff. ad. l. aqui.
b Item ptz hic qđ non pcedit argumētum ab alluſione [b] vocabuli quādo ei cõtradicit diffinitio. vt dixi. s. de tute. §. tutor. ⁊ per bar. ff. e. l. j. nā lz furtū dicat̃ a furuo. i. nigro qꝛ de nocte fit: ſi tamen fiat de die nihilominus eſt furtum: licet mitius puniatur.

11 **Furtorum.** ¶ † Furtū diuidit̃ in duo genera: ſcz in manifeſtū ⁊ nõ manifeſtū. fur manifeſtꝰ eſt qui deprehendit̃ cum re furtiua vel cõtra eū cum clamore occurritur antequā portet rem ad locū deſtinatū. Non manifeſtus eſt qui rez ad locū deſtinatū portauit antequā cum ipſa re deprehēdat̃. h. d. vſq; ad. §. cõceptū. ¶ No. ex principio ibi: nam conceptū. qđ coherentia furto ſeu qualificantia furtū non inducūt nouū genus furti. nā qñ res furtiua olim reperiebat̃ penes aliquē dicebat̃ furtū cõceptū: ⁊ qñ auferebat̃ alicui dicebat̃ furtum ablatum. vt. j. e. §. cõceptum. ⁊. §. ablatum. Iſta tamē nõ erāt genera furtorum qꝛ prius erat factum furtū non manifeſtum. Sed poſtea addebatur qualitas ⁊ qualificabatur per inuentionē vel ablationem: ſicut dicitur homicidiū licet ſit qualificatum ad defenſionem factum: vel caſu
12 commiſſum. ¶ † Scđo no. in. §. manifeſtus. qđ duo faciunt furtum manifeſtum. ſ. locus ⁊ apprehenſio ſiue clamor. Locus facit ſiue reperiatur in loco ipſius furti: ſiue in alio quocunq; antequā perferat ad locum deſtinatum. Et intellige deſtinatum. ſ. in quo deſtinauerat eo die permanere ſeu peruenire. vt. l. quo deſtinauerat. ff. eo. licet gloſ. hic in ver. deponere. videtur tenere contrarium. Apprehēſio facit qꝛ requiritur qđ apprehendatur vel occurratur ad deprehendendum: vel ſaltem videatur ⁊ cõtra eum acclament. vt hic in ver. imo. ⁊. ff. e. l. ſi quis in ſeruitute. ver. ibidem. ⁊ ver. ſi celſus. Secus autem ſi eum vides ⁊ timore taces: qꝛ non eſt manifeſtus. vt dicto ver. ibidem. ⁊ hoc in gloſ. in verſi. ab alio. Nec refert an apprehendat̃ a domino rei vel ab alio. vt hic dicit tex. ⁊. l. ij. in prin. ⁊. d. l. ſi quis in ſeruitute. ff. eo. Ex quo ptz qđ quilibet etiam viator tranſiens põt occurrere ad captū furē. ⁊ ſuccedere exclamāti pro defenſione rerū ſuarum ⁊ multomagis pro defenſione ſue perſone argu. l. in ſeruorū. ff. de penis. Adeo qđ ſi iſte fur vel offendens ſit ſacerdos licitum eſt eum capere ſine pena vt non retineat̃ ſed ad iudicē ducatur vt tenet Inno. in. c. vt fame. de ſen. excom. ⁊ per Bar. in. d. l. ſi quis in ſeruitute. in fi. ¶ Item ptz hic qđ eoipſo qđ quis reperit̃ in fragrāti crimine ⁊ in ipſo furto ſiue cum re furtiua antequā ducat ad locū deſtinatum qđ tunc dicit̃ furtū ⁊ delictum manifeſtū: ſicut etiā ſi quis repertꝰ in camera cum vxore alterius preſumit̃ adulteriū manifeſtuz. l. capite quinto. ff. de adulte. Et idem ſi eſt repertꝰ aliquis cum cultello euaginato ⁊ cõſangui-
13 nolēto pſumit̃ manifeſtus homicida ſm Bar. in. l. iij. ff. e. ¶ † Tertio not. ibi: ⁊ qui in oliueto. qđ aſportans fructus de campo alterius animo lucrandi põt accuſari de furto. et hoc quādo fructus ſunt maturi: ſi aūt immaturi tunc tenet̃ de dāno dato actione legis aquilie. vt. l. ſeruus ſeruū. §. oliuā. ff. ad. l. aqui. ⁊. l. naut. §. quicunq;. ff. naute cau. ⁊ ſta. ⁊. l. ſi fur decerpſerit. ff. de vſufru. nā dānū diſtinguit̃ a furto: qꝛ furtū eſt amotio rei: ſed dānum eſt rei deſtructio. ſm Bal. in. d. §. ſi oliuam. ⁊ glo. j. s. de lege aquilia.

**Conceptum.** ¶ Quatuor ſpecies actionis furti que olim intentabantur. ſ. actio furti concepti oblati prohibiti ⁊ non exhibiti ſunt ſublate: hodie ſciēter rem recipiēs furtiuam ⁊ celās tenetur furti nec manifeſti. h. d. vſq; ad
14 §. pena. ¶ † Not. igitur tex. ibi: cum enim requiſitor rei furtiue. qđ hodie nõ poſſum te cogere vt permittas me ſcrutari in domo tua vtrum ibi ſit res mihi furto ſubtracta: qꝛ expedit patriſa. ne ſecreta ſui patrimonij pandantur: vt. C. quādo ⁊ quibus quarta pars in ho. dec. debeatur. l. ij. lib. x. ⁊. l. meminimus. Fallit autem in ſeruo fugitiuo quem licet requirere ⁊ laticulas ⁊ ſecreta domus tue inueſtigare. l. j. §. hoc autem. ⁊. l. diuus. ff. de ſeruis fugit. ⁊ ibi glo. Item fallit quādo ſuſpicio eſſet contra te ⁊ apparerēt indicia qđ res eſſent in domo tua: qꝛ tunc poſſum implorare officium iudicis vt det mihi familiam pro auxilio querendo delato prius mihi iuramento de calūnia. l. j. §. quid ergo. ff. de ventre inſpi. ſm Bar.
15 in. l. requirendi. C. de ſer. fugiti. † An autem quis cogatur indica-
c re furem. [c] dic qđ non cogitur a parte. l. idem. §. ſi ter iudicium. ff. de condi. furti. Sed a iudice ſuper inquiſitione generali põt cogi l. congruit. ff. de offi. preſi. vt quādo pducitur in teſtē contra inculpatum de furto ⁊ iurauit dicere veritatē al's puniret̃ de periurio. l. nullū. C. de teſt. Itē qñ vēdicat̃ ab aliquo res furtiua que reperit̃ penes eum debet de vrbanitate ſi vult euitare omnem ſuſpicionē apud bonos ⁊ graues indicare furem. l. ciuile. ⁊ ibi per Bar. C. de
16 fur. † Sed non tenet̃ quis indicare rem furtiuam ſicut nec furem: ſed de iure canonico tenetur poſt edictum emiſſum. Si quis ſcit rem furtiuam eam debet indicare ſub pena ſententie excõmunicationis vt in. c. qui cum fure. extra de furtis. Et ibi dicit Inno. qđ fur qui vendit alteri ſcienti rem furtiuā põt etiā tūc fur licite eam furari emptori ⁊ reſtituere dño rei: ⁊ hoc qñ fur non eſt ſoluendo
17 al's non. † Sed nūquid ille penes quē reperit̃ res furtiua preſumatur fur. dic qđ non: vt ptz in iſto tex. qui remouet illā actionē furti cõcepti. ſ. qꝛ quis res cõcipiat̃ ⁊ reperiat̃ penes aliquem nõ preſumit̃ fur. Sed tamen ad euitandā ſiniſtrā ſuſpicionem penes bonos ⁊ graues viros indicare debet de vrbanitate furē ⁊ vnde habuit rem: vt. d. l. ciuile. Item no. ibi: manifeſtiſſimū eſt. qđ ille qui ſcienter retinet ⁊ celat rem furtiuā vel furem cum re furtiua tenet̃ furti nec manifeſti: tanquā preſtās opem furto: vt. l. eos. C. de fur. Sed celās furem ſimpliciter tenet̃ pena ti. de recepta. ſm Bar. in
18 l. qui vas. §. qui furem. ff. de fur. † Quarto an emens rem a fure preſumatur particeps fraudis. dic hoc preſumi ex qualitate pcij. Et an emerit clam vel palam. de quo per glo. ⁊ Bart. in. l. ciuile. C. de furtis. ⁊ glo. dicit in. l. ſi quis vxori. §. ſed ⁊ rem. ff. de furtis. qđ ſciēter emens rem furtiuam eſt fur.

**Pena.** ¶ Pro furto manifeſto eſt pena quadrupli pro nõ manifeſto dupli. Et nõ ſolū ille committit furtuz qui cõtractat animo lucrādi: ſed etiam ille qui vtitur re ad alium
19 vſum quā debeat. h. d. ¶ † Not. igit̃ qđ fur manifeſtus tenetur ad quadruplū: ⁊ nõ manifeſtus ad duplum. ⁊ hec pena etiam de iure
20 canonico peti põt. xiij. q. v. c. ſi. in glo. vlti. † Sed quero cui applicabitur iſta pena. dic qđ paſſo furtū: qꝛ pena furti datur ei cuius intereſt: vt. j. e. §. furti. licet cõdictio furtiua detur ſoli dño. vt in eo. §.
d ſi. Sed quādo lex introducit [d] actionē tunc in dubio pena applicatur ei cui datur. l. actio. l. ſi cui. ff. de ver. ſi. ⁊ ſi introduxit accuſationem pena in dubio applicatur fiſco. l. mulctarum. C. de modo mulctarum. Sed quādo ſimpliciter loquimur nõ inducēdo actionem nec accuſationem ſed ſimpliciter punit videtur indubio inducere accuſationem: ideo pena applicatur fiſco. l. iubemus. §. his quoq; iudicibus. C. de ſac. ſan. eccle. de quo per Barto. in. l. agraria. ff. re. amot. Item an in hac pena dupli vel quadrupli inſit perſecutio rei. i. cõputetur valor rei ſubtracte. dic qđ nõ: licet computetur in actione vi honorū raptorū: vt. j. titu. j. §. j. Sed in dubio in penalibus. ſ. in duplo: triplo: vel quadruplo ineſt ſimplum. l. hoc edicto.
21 §. querētibus. ff. de publica. ⁊ ibi per Bar. ¶ † Secundo not. in. §. furtum. qđ creditor vtens re pignorata ⁊ depoſitarius vtēs re depoſita: ⁊ commodatarius vtens commodata ad alium vſum: ſiue accedens longius cum re commodata quā fuerit ſibi accommodata tenetur furti: ⁊ duplicabitur vel quadruplabitur ſolus vſus ſine intereſſe domini cõcernens vſum: vt. s. eo. §. j. ⁊ in gloſ. in ver. vſus. Et hoc verum qđ cõmittitur furtum reſpectu vſus niſi dñs fuiſſet permiſſurus: vt. j. eo. §. j. qđ in dubio nõ preſumitur: vt dixi s. eo. in princi. Patet igitur hic qđ ſi fenerator cõmodat alteri vel vtitur pro ſe veſtra pignorata qđ cõmittit furtuz. vt hic ⁊. l. ſi vas. §. ſi ergo. ff. de fur. ⁊ idem in fullone ⁊ ſarcinatore vt. l. fullo. ⁊. l. ſarcinator. ff. eodem. Et idem in commodatario commodante rem alteri. vt tenet hic gloſ. fin. in ver. equum.

22 **Placuit.** ¶ † Vtens re ad alium vſum quā fuerit ſibi cõmodata ita demū tenet̃ furti ſi non putauit do-

a ¶ Formabit̃ igit̃. Qualr aūt format̃ libellꝰ in cõdictiõe furtiua vid. d. pe. Ja. in ti. de cõdictiõe furtiua.

b ¶ Ab alluſione. alluſio vocabuli facit pſumi ſignificatum. l. j. ⁊ ibi bar. ff. de ſi. in ſtru. vbi dicit̃ qđ iſtrumētū dr qđ cauſam inſtruat. Et bart. in. l. oēs ppli. i. vj. queſtione princi.

¶ Vide p intellectu huiꝰ §. pena ſeqūs §. proxi.

c ¶ Indicare furē. Indicare qs aliū an ⁊ qñ cogat̃. vid in ſpec. de teſte. §. xiij. ver. itē dicit bag.

d ¶ Lex itroduxit. pena ſimpliciter ipoſita a lege vel a ſtatuto cui applicatur. vide bal. in. l. ij. C. d epi. audi. Angel. in aut. vt nulli iudi. §. vt aūt. i. j. col. Itē adde hic diſtinctionez ampliſſimam quā ponit hic d. are. i. §. ſz ſi pcedat. in. ij. col. v. vl. p pfectiõe materie ſcz quatr quis p delicto punit̃. quā diſtinctionez ponit dictꝰ do. are. ampliorē quā oēs docto.

minium permiſſurum.Si aūt putauit dn̄m permiſſurū ſiue vere
ſiue falſe putet non tenet̄ furti.h.d.vſq̃z.§.vnde illud.Concor.l.in
ter omnes.§.ratione.ff.e.Et loquitur hec in caſu certo.ſ. quando
conſtat qd̄ ſic putauit.Sed in dubio quādo nō conſtat de animo
vtrum putauerit vel nō dn̄m permiſſurū.tūc glo.no.in verbo per
miſſurū dicit:aut quis habuit a principio rem voluntate dn̄i vt
in commodato:tunc in dubio preſumitur qd̄ credidit dn̄m pmiſ
ſurum.Si aūt non habuit ab initio volūtate dn̄i vt q᷑ accepit rē
ꝓpria autoritate:tunc in dubio preſumit̄ qd̄ credidit dn̄m nō per
miſſurū:ꝛ ideo tenet̄ furti.vt.l.qui vas.§.vetare.ff.eo.Bar.autē
tenet in.d.§.ratione.qd̄ in dubio habuit vel nō habuit ab initio
rē voluntate dn̄i qd̄ ſemper preſumit̄ dn̄m nō permiſſurū cū non
preſumitur eū iactare ꝛ maleuti rebus ſuis.Et eodē modo debet
preſumi qd̄ cōmodatarius habuit animū qd̄ dn̄s nō ſit permiſſu
rus cū preſumptio ſit iuris cōtra eū qui debuit credere qd̄ q̄s nō
vult iactare res ſuas.Et hic niſi oſtendat per alia indicia qd̄ pu
tauit dn̄m permiſſurum:vt q᷑ erat cōſanguineus vel amiciſſim⁹
dn̄i qui cōſueuerat ſibi ſic pmittere:vt hic ꝛ dixi.ſ.e.in princ.ꝛ.ſ.
§.j.qd̄ relinquit̄ iudicis arbitrio.ſ.ſcrutari iſtas cōiecturas ſcd̄m
23 Ang.in.d.§.rōne.†Et adde qd̄ dicit Bar.in.d.l.itē querit̄.§.im
pleto.ff.locati.vꝫ qd̄ ſi ſcholaris retinet equū vltra tp̄s cōductio
nis qd̄ nō cōmittit furtum ſi ille equus erat conſuetus dari ad ve
cturam:q᷑ videtur reconduxiſſe pro eodē precio.Secus ſi nō erat
conſuetus tunc cōmittit furtum vſus.l.qui iumenta.ꝛ.l.qui re.ff.
24 eo.¶†Et no.hic in ver.ſed ſi credat.qd̄ nō licet allegare ignoran
tiam alicuius cōtra eū ꝛ eius incommodū ꝛ penā.nā nō licet di
cere ignorabas dn̄m permittere lꝫ permiſerit ergo cōmiſiſti fur
tum.vt.d.§.rōne.Sed ad eius cōmodū ꝛ excuſationem ꝛ penam
euitandā bene lꝫ:vt puta ſi dicat̄ putabas dn̄m permiſſurū licet
nō permitteret:ergo nō cōmiſiſti furtum.Si tamen appareāt ali
qua indicia credulitatis ſue de permiſſiōe dn̄i.vt dixi.ſ.Et ideo
ſi interfeciſti bannitū quē tūc temporis ignorabas eſſe bannitum
nō pōt tua ignorātia allegari cōtra te ad tuū incōmodū vt punia
ris ac ſi interfeciſſes nō bannitū cū putaſti eū bannitū pōt allega
ri ignorantia ꝛ credulitas tua ad tuū cōmodū vt nō puniaris de
homicidio:ſed aliter ex culpa:q᷑ nō inueſtigaſti attentis indicijs
que mouerunt te ad credendū eū bannitum ſcd̄m Bart.in.d.§.
ratione.ꝛ.l.pe.ff.de adul.Quia dicit̄ qd̄ licet allegare ignorantiā
delinquentis ad eius cōmodum.intellige.ſ.ad excuſandum eum
delicto:nō aūt vt premiū cōſequatur cōceſſum a ſtatuto occiden
di vel capiēdi bannitū.ſ.q᷑ vt habeat premium debet vltro ꝛ non
caſualiter conditionem implere.l.ſi quis in graui.§.vtrum.ff.ad
ſilleianum.

## Unde illud queſitum.

¶In delictis de fa
cili trahibilibus ad
exemplum extendunt̄ regule iuris in pena delinquētis.h.d.vſq̃z
ad.§.interdum.Licet enim hic ſeruus cui perſuaſio facta eſt vt do
mino furet̄ nō furatus fuerit:ſed tanquā bonus domino nūcia
uerit vnde non eſt corruptus nec furtū fecit:tamē q᷑ de facili poſ
ſet alijs ſic fieri ſi hec attētatio remaneret impunita.ideo dicitur
actio furti ꝛ ſerui corrupti in duplum in id qd̄ intereſt.l.j.ff.de ſer
uo corrupto.ꝛ in eſtimatione dupli eius qd̄ ſeruus corruptus vi
lior eſſet factus qd̄ officio iudicis expeditur.l.vt tantū.§.eſtima
25 tio.ff.de ſeruo corrupto.†Et ſic patet hic qd̄ punit̄ affectus lꝫ nō
ſequatur effectus.de quo plene dicit̄ in.l.ſi quis non dicam rape
re.C.de epiſ.ꝛ cle.Et intellige de affectu per exteriora demonſtra
to alias ſola cogitatio cordis puniri nō poteſt per hominem.vt
hic in glo.ſed per deū bene punitur cui omnia ſecreta cordis ſunt
patētia.vt no.glo.in.l.voluit.ff.de interrogato.actio.ꝛ in cle.exi
ui de paradiſo.extra in clementi.de ver.ſig.Item qd̄ hic dicit̄ de
ſeruo habet locū in filio cui ſimiliter perſuaſum eſt vt ſurriperet
pater.vt.l.ſi quis ſeruo.ff.eo.Intereſt enim noſtra animum libe
rorum noſtrorū nō corrumpi.vt dicit tex.in.d.l.non tantū.§.j.ff.
de ſeruo.corru.Et eſtimabitur intereſſe operarū ꝛ commodum
qd̄ pater a filio perceptur⁹ eſſet vel etiā intereſſe affectionis delato
ſibi iuramēto p̄cedēte taxatiōe iudicis pro quāto noluiſſet filium
26 ſuum corruptū ꝛ vitiatū.vt dicit glo.in.§.j.†Et ſic patet qd̄ in pe
nalibus ꝛ etiā odioſis ſtatutis inductis aliqua bona rōne.ſ.ne de
facili trahant̄ in exēplū fit extēſio ad ſimiles caſus.vt.d.l.ſi quis
ſeruo.C.e.bar.ibi tenet oppoſitū dicens qd̄ nō fit extenſio ad filiū
q᷑ lex equiparat ſeruū ꝛ filium:videlicet vt ſtatuta in ſeruo habe
ant locum in filio.Ex quo infert qd̄ cum teſtari ꝛ codicillari pro
cedant a pari potentia:vt.l.diuus.§.codicillos.ff.de iure codicil
lorum.Si concedit̄ alicui qd̄ poſſit teſtari videt̄ etiā cōceſſum qd̄
poſſit codicillari.ſcd̄m Bar.in.d.§.j.¶Et no.hic qd̄ licitum eſt
vti aſtutia ꝛ dolo bono ad excludendū dolū malum ꝛ aduerſus
hoſtē vel latronē:vt.l.j.§.nō fuit.ff.de dolo.ſic etiā licet cōmittere
culpam ad excludendum dolum.l.cum pater.§.titio.ff.de leg.ij.

27 **Interdum etiā.**

¶†Pro filio ſurrepto compe
tit patri vel alteri in poteſtate
habenti actio furti.h.d.vſq̃z ad.§.aliquando.Sed intellige hic
glo.qd̄ committitur.hic furtum quantum ad hoc vt fur puniat̄
criminaliter extra ordinē:nō aūt pt pater agere ciuiliter ad penā
dupli vel quadrupli:q᷑ pater nō hꝫ proprietatē nec poſſeſſionē in
filio cū ſit liber homo in.l.q heredē.§.fi.ff.de acq.poſ.ſic fili⁹ nō eſt
res patris quo ad dn̄iū ꝛ poſſeſſionē:ꝛ ſic nō cadit diffinitio fur
ti.Tu dic ſm̄ Bar.in.l.eū qui.§.ſi fili⁹.ff.eo.qd̄ licet pater nō ha
beat verū dn̄ium ꝛ verā poſſeſſionē:tn̄ habet quaſi dn̄iū in filio ꝛ
eū pōt vēdicare ad ſimilitudinē rei in qua hꝫ verū dn̄iū.l.j.§.per
hāc.ff.de rei vē.Et ideo dic qd̄ imo pōt agi ciuiliter ad penā du
pli vel quadrupli.Et opere filij q̄bus caruit pater iſto tp̄e dupli
28 cantur vel quadruplicant̄ vt tenet glo.in.d.§.ſi filius.†nā filius
tenet̄ operari patri vel illi in cui⁹ ptāte eſt.vt in glo.d.§.ſi fili⁹.ſi
cut vxor tenet̄ opari viro.l.ſicut.ff.de ope.liber.ꝛ.ſ.ad ſenatuſcō.
a tertul.Pater autē nō tenet̄ opari q᷑ nō habet ipm̄ in ptāte[a] ideo
non agit furti.ſm̄ glo.ꝛ.l.mater.ff.eo.ſed cōdictiōe furtiua vt di
cit hic glo.nō agit pater q᷑ illa dat̄ ratiōe vere ꝓprietatis vel poſ
ſeſſionis.vt.d.l.mater.§.liberarū pſonarū.ff.eo.Sꝫ qd̄ ſi filius ne
ſcit aliq̄d opari.dic qd̄ tūc gl.poſſet dicere verū vꝫ qd̄ fur ſolū cri
minaliter teneat̄ alias puniat̄ cū nō ſint opere duplāde.vel dic qd̄
ſeruitia vel opa omnia que quilibet facere ſciret ſm̄ eſtimationē
iudicis duplicabuntur argu.l.ſi quis a liberis.ff.de libe.agnoſcē.
Quot autem modis pater pōt vendicare filium no.ſ.de pa.po.§.
ius aūt.Itē an habeat locū pena plagiarij que eſt capitalis cū q̄s
deducit filium vel ſeruum alienū cauſa celādi:et eo priuādi patrē
vel dn̄m.dicit glo.qd̄ ſic.ff.ad.l.iuliā.de plagiarijs.l.j.ꝛ quādo co
gnoſcatur plagium a furto.dic per Bar.eo.tit.l.penul.

29 **Aliquando.**

¶†Domin⁹ ſubſtrahēs creditori rem
quam ſibi impignorauerat cōmittit fur
tum.h.d.Si igit̄ fenerator reſtituit pignus ſcholari pecuniā rece
pturus:iſq̃z tradit famulo deferendū pecunia nō ſoluta furtū cō
mittit:nec pignus redditū vr̄ qd̄ per fallaciā ablatū eſt.Caſus eſt
l.ſi quaſi.ff.de pig.acti.ꝛ dic qd̄ cōmittit furtū reſpectu iuris cre
ditoris.nā illa res nō pōt vſucapi in preiudiciū creditoris niſi in
eius poteſtatē reuertat̄:ſꝫ in p̄iudiciū dn̄i rei bene pōt vſucapi:q᷑
res nō eſt furtiua reſpectu ꝓprietatis.l.iij.§.ſi rē.ff.de vſucapi.ꝛ
l.fi.ff.pro ſocio.ꝛ.l.ſi rē.ff.p emptore.Et ſic aliq̄n cōmittit̄ furtū ꝛ
nō efficit̄ res furtiua vt hic.Aliq̄n nō eſt furtū nec res furtiua ꝛ tn̄
agit̄ furti.vt.ſ.eo.§.vnde illud.ꝛ.l.ſi q̄s ſeruo.C.eo.alios caſus di
cit vt hic in glo.ꝛ.d.§.ſi rē.Et intellige in re mobili expſſe ꝛ ſpe
cialiter obligata creditori:nā ſi debitor eam ſurripiat vel vendat
irrequiſito creditore etiā ſi creditor nunq̄ poſſedit cōmittit fur
tum.l.interdū accidit.ff.eo.ꝛ p Bar.in.l.ſeru⁹.§.locaui.ff.de fur.

30 **Interdum autem.**

¶†Preſtās ſciēter opem
ꝛ conſilium aut opem tan
tum vt furtum committatur tenetur furti:non autē qui ſolo ani
31 mo conſulit alicui vt furtū cōmittat.h.d.vſq̃z ad.§.is qui.¶†Et
no.qd̄ excutiens nummos de manu tua vt alius apprehendat et
fugans armenta vt alius apprehendat tenetur actione furti non
tanq̄ faciens furtū ſed tanq̄ preſtans opem furto.vt dicit text.et
tenet̄ furti tunc demū cū ille tertius apprehēdit.Et hoc vr̄ ſenti
re hic glo.ij.dū allegat.l.qui ſeruo.ff.eo.ꝛ p Bar.in.l.is qui opē.
ff.eo.Itē tenet̄ furti nō manifeſti preſtans opē nā nunquā tenetur
32 furti nō manifeſti:vt.d.l.qui opem.†Et ſic ptꝫ qd̄ preſtās opē[b] nō
b tenetur furti manifeſti:ſed ſolū ad duplum ꝛ principaliter ſi repe
riatur cum re antequā p̄ueniat ad locū deſtinatū tenet̄ in quadru
plum.Et ſic ptꝫ qd̄ preſtās opem aliq̄n tenet̄ in minus quā princi
palis:vt.d.l.is qui opem.Aliq̄n in plus vt in eo qui ſciēter aſpor
tat rem de volūtate furis non ipſe deferēs deprehēſus tenetur in
quadruplū:ꝛ fur nō deprehenſus in duplum.l.ſi quis perferēdū.
33 ff.eo.† Aliq̄n in nihil tenetur opē ferēs ſi nō ſequatur furtum vt
in cōmodante ſchalas ad furtū faciendū ſeu cōmittendū.nā non
tenetur niſi ſequat̄.vt hic.ꝛ.d.l.qui ſeruo.Aliq̄n opem ferens te
netur in duplum.ꝛ faciēs in nihil:puta ſi filius vel ſeruus faciant
furtum:vt.j.eo.§.is qui.ꝛ.d.l.qui ſeruo.§.qui placuit.Et hec ve
ra in furto q᷑ verba ſcripta ſunt in perſonā.al's aūt vbi verba ſcri
pta eſſent in rem in alijs maleficijs ſciens ꝛ preſtans opem pari pe
na puniuntur.l.is cuius ope.ff.de adul.ꝛ.l.nihil intereſt.ff.de ſi
ca.de quo dic per Bar.d.l.is qui opem.Itē adde qd̄ preſtās opē
furto non cōmittit furtū:licet teneat̄ furti nec etiam eſt fur.vt te
net glo.in.d.l.is qui opem.ſic etiā preſtās opē homicidio non eſt
homicida.ꝛ ideo nō cōprehēditur a ſtatuto loquēte de homicida
ſed bene loquente de homicidio:quia tunc verba ſunt in rem:vt.l.
34 hec verba.ff.de adul.de quo per Bar.in.d.l.is qui opem.†Item
limita qd̄ preſtās opem furto ita demum tenetur ſi ſciat.Si autē
ignoret ad quem vſum principalis operari velit nō tenetur furti:
vt hic in ver.opere ꝛ cōſilio ibi ſciens.ꝛ.l.ſi quis per perferendam
35 ff.eo.†Et adde qd̄ no.Bar.in.l.furti.§.opem.qd̄ aliquando quis
preſtat opem ꝛ auxiliū ante maleficiū cōmiſſum vt preſtādo ſcha
las ferramenta domum vel pecuniam pro maleficio cōmittendo.
Quādoq̃z in ipſo maleficio aſſiſtendo vt habilius ꝯmittatur:quā
doq̃z poſt maleficium itaq̃z commiſſum ad euadendum malefa
ctorem.de quibus dic:vt in.l.j.per Barto.in.d.§.ope.ꝛ plene per
c Joan.an.in clementi.j.de penis.in gloſ.ſuper verſi.defenſauerit.[c]

¶Scd̄o

a ¶In ptāte.
Eādē rōnem
reddit hic do.
Areti.

b ¶Preſtans
opem.Qua
liter punia
tur p̄ſtās opē
iunge hic do.
are.i.ij.col.in
fi.in v.quero
qua pena.

c ¶Verbo dfen
ſauerit.Vide
i.d.cle.d.car.
in.v.col.v.de
cimo quero.

36 ¶†Secundo not.in.§.ope ⁊ conſilio.qꝺ̄ preſtās opem ⁊ cōſilium
vel opem tantum:vt.ſ.eo.ver.ac vbi ad furtū faciendū accōmodā
do ſcbalas vel ferramenta tenetur furti nō manifeſti:vt.ſ.dictum
eſt.Si aūt quis dedit ſolū conſiliū vel perſuaſit furtū fieri tūc non
tenetur furti ex ſolo cōſilio vel perſuaſione:ſed tunc demū incipit
obligari furti cū furtū ſequutū eſt. ⁊ hoc tꝫ hic glo.fi.in ver.reſpō
deo:qꝛ hoc agit.⁊ ꝑ Bar.in.l.nō ſolū.§.ſi mādato.ff.de iureiu.nō
diſtincto an al's eſſet facturus vel nō qꝛ in maleficijs nō hꝫ locum
illa diſtinctio:qꝛ nō oportet laudādo augeri maliciā.l.j.§. ꝑſuade
re.ff.de ſeruo corrupto.licet glo.fi.hic teneat qꝺ̄ illa diſtinctio ha⸗
37 beat locū.†Et verū qꝺ̄ nō tenet furti ex ſolo cōſilio vel perſuaſione
niſi ſequatur furtū vt hic:ſed bene punit extra ordinē ex ipſa per⸗
ſuaſione vel mādato quādo delictū eſt atrox vel graue vt homici
dium ⁊ furtū magnū:vt in.l.j.ff.de exactione tributorū. Sed ſi eſt
leue vt dānum iniuria datū tūc non punit ſecuto dāno.l.liber ho⸗
mo.ff.ad.l.aquil.⁊ de hoc dic vt dixi.ſ.mandati.§.tua gratia.

**Hi qui.** ¶Si filius ſurripiat patri facit furtum vt res effi
ciatur furtiua ⁊ inuſucapibilis:filius tamē non te
netur furti ſed ei preſtans opem tenetur furti.h.d.vſqꝫ ad.§.furti.
38 ¶†No.igit qꝺ̄ furtū factū patri a filio non punitur niſi filius ha
beat caſtrenſe peculiū vel quaſi vnde poſſit ſoluere.l.ſi quis vxori.
§.j.⁊.ij.ff.eo.qꝛ tunc datur actio in factum ⁊ non furti. qꝛ actio fa
moſa non datur inter filiū ⁊ patrē.⁊ hoc tenet glo.in.d.§.ij. ⁊ niſi
ſit furtum magnū ⁊ non domeſticum:qꝛ tunc punitur filius crimi
39 naliter.ff.de penis.l.reſpiciendū.§.furta.¶†Et idē dicas in vxo⸗
a re qꝺ̄ nō tenet furti[a] ſi faciat furtū marito:qꝛ actio famoſa non in
terponitur inter maritū ⁊ vxorē. Sed datur actio in factum pro⸗
pter res amotas:vt.d.l.ſi quis vxori. in prin.⁊.l.cum manifeſtiſſi
mi.§.cum autem in cōſinio.C.eo.¶Secundo not.in.§.ſi vero.qꝺ̄
licet non teneat principalis delinquens tamen preſtans opem te⸗
netur.Et ſic licet al's ſi non tenetur principale nec acceſſoriū.l.gre
ce.§.illud.ff.de fideiuſ.tamen hic principalis tenetur naturaliter
tantū.⁊ ideo acceſſor poteſt efficacius obligari.de quo dic ꝑ Bar.
in.l.ſi quis ſeruo.ff.eo.Item not.hic gloſ.que limitat illud qꝺ̄ res
furtiua nō pōt vſucapi niſi in poteſtate dn̄i reuertat:vt.ſ. de vſu⸗
cap.§.qꝺ̄ autē.qꝛ ſubaudi niſi dn̄s rei recipiat eſtimationem litis
vel rem vendat furi.vt hac glo.⁊.d.l.quāuis.in glo.alle.

**Furti autem.** ¶Actio furti datur ei cuius intereſt
quāuis nō ſit dn̄s qm̄ creditor pro re ſi
bi pignorata ſubtracta agit furti etiā cōtra dn̄m ſurripientē.h.d.
40 vſqꝫ ad.§.item ſi fullo.¶†Et not.hic regulam qꝺ̄ actio furti dat
ei cuius intereſt:vt hic.⁊.ff.e.l.cuius intereſt.⁊.l.manifeſtiſſimi.C.
eo.⁊ vtrobiqꝫ declaratur hec regula nam oportet qꝺ̄ interſit ratio
ne cauſe honeſte vel cuſtodie:vel poſſeſſionis:vel iuris realis:vel
cauſe oneroſe ratione cauſe honeſte: vt dixi:qꝛ ſecus ſi ex cauſa in⸗
honeſta:vt in fure ⁊ male fidei poſſeſſore qui nō agūt furti.l.itaqꝫ
§.ſed ſi furti.⁊.l.eum qui.§.is aūt.ff.eo.niſi in caſu in quo fur agit
furti.ſ.qn̄ ab initio habuit rem voluntate dn̄i vt eſt cōmodatariꝰ
qui poſtea alteri accōmodat ⁊ ſic cōmittit furtū vſus.l. qui vas.§.
qui ergo.ff.eo.vt hic in glo.Ratione cuſtodie dixi vt in fullone.vt
l.itaqꝫ.in prin.ff.eo.ſecus ſi non tenetur ad cuſtodiā vt eſt depoſi⸗
tarius qui ſolū tenetur de dolo ⁊ lata culpa ⁊ nō de cuſtodia.ideo
non agit furti.l.eum qui.§.is aūt.ff.eo.Ratione poſſeſſionis dixi
vt in creditore pignoris cui expedit pignori incumbere vt hic.⁊.l.
itaqꝫ.§.ſed ſi res.ff.eo.⁊.ſ.eo.§.aliquādo.Et qualiter agat cōclu⸗
de ſcꝺ̄m gloſ.l.eum qui.§.idem ſcribit.ff.eo.qꝺ̄ ſi pignus ſurripit
per dn̄m:creditor agit creditotenꝰ.i.in ſumma crediti ſui.ſ.ad du
plum vel quadruplum ſui crediti ⁊ non valoris rei.⁊ ita intellige
hic.⁊.d.§.ſed ſi res. Si autem ſurripit per extraneum tunc ſi cre⸗
ditor tenetur ad emendationem ⁊ de periculo:qꝛ ſua culpa ſurre⸗
ptum eſt pignus:tunc agit furti quātum res valet:qꝺ̄ tamē vltra
debitū ſuū recipit reſtituit dn̄o.l.creditorū. ff.eo.⁊.l.ſi pignore.ff.
de pigno.ac.⁊ per Bart.in.l.pretor ait.§.j.ff.de.bonis auto.iudi.
poſſiden.⁊.l.manifeſtiſſimi.§.ſed ſi in ſcꝺ̄a.C.eo.Si aūt ſine culpa
ſua tunc agit creditotenus ⁊ in eo qꝺ̄ pignus ſurreptū valet plus
debito agit dominus qui pignorat.vt no.glo.in.d.§.idem ſcribit
ratione iuris realis dixi qꝛ non ſufficit intereſſe. ratione alicuius
cauſe lucratiue vt qꝛ vſucepit qꝛ actio furti non competit propter
intereſſe lucri ceſſantis ſed damni emergentis: vt not.gloſ.in.l.ſi
quis vxori.§.penul.⁊.l.ſi is cui.§.eius. ff.eo.

**Item ſi fullo.** ¶Qui rei aliene cuſtodiā preſtare te⸗
netur ſicut eſt fullo ⁊ ſarcinator qui rē
pollidendam ⁊ ſarcinandam conduxit agit furti:cum ipſe ex loca
to dn̄o teneat ſi eſt ſoluēdo in totū.al's in dominū transfert actio.
Item emptor bone fidei rei aliene licet per traditionem non fiat
dominus:tamen ea ſubſtracta agit furti.h.d.vſqꝫ ad.§.que autē.
41 ¶†No.igit qꝺ̄ fullo ⁊ ſarcinator ideo agūt furti qꝛ ſunt obligati
domino ex locato:qꝛ tenentur de cuſtodia vt hic ⁊.l.itaqꝫ.ff. eo.⁊
ideo ſi interim abſoluat ⁊ liberentur a domino tunc qꝛ amplius
non intereſt eorum non agunt furti ⁊ ſi incepiſſent agere debet ſe
qui abſolutio.l.ſi fullo.in fi.tit.ff.eo. Et ſi pariter vtantur veſtibꝰ
ſibi datis ad polliendū vel ſarcinandūꝫ cōmittunt furtum.vt.l.ſi
42 fullo.ff.eo.¶†Scꝺ̄o no.in ver.ſi fulloni.qꝺ̄ fulloni ⁊ ſarcinatori
ita demū datur actio furti ſi in totū ſint ſoluēdo.nam qui non ha
bet qꝺ̄ reddat eiꝰ periculo nihil eſt.vt dicit tex.in.d.l.itaqꝫ. Quia
inanis eſt actio quā inopia debitoris excludit.l.nam is.ff.de dolo
Et no.hic qꝺ̄ nō dicitur eſſe qui in totū non eſt ſoluendo.vt hic.⁊
l.ſoluēdo.ff.de ver.ſign.⁊ no.glo.in.l.manifeſtiſſimi.§.tales.C.eo.
43 ¶†Tertio no.in.§.ſed bone fidei.qꝺ̄ emptor bone fidei pōt agere
furti poſtquā res eſt ſibi tradita ſi agit venditor qui tenet de cuſto
dia ante traditionē rei:ſed tamē qꝛ periculum amiſſionis rei ſine
culpa venditoris ſpectat ad emptorē:ideo quicquid ex furti actio
ne conſequitur venditor debet reſtituere emptori:vel actionem ſi
bi cedere.vt.d.l.eum qui.ff.eod. Quid autem ſi ipſe emptor ante
traditionem eum ſurripiat an teneatur furti.dic qꝺ̄ non ſi iam ſol
uit precium.ſi autem non ſoluit tenetur:qꝛ venditoris intereſt eo
qꝛ rem retinere poterat loco pignoris precio non ſoluto. vt dicta
l.eum qui.§.adeo. ⁊ ibi in gloſſa.

44 **Que de fullone.** ¶†Re cōmodata ſubſtracta do
mino dat electio agēdi cōtra fu⸗
rem vel contra cōmodatariū:quorū vno ſciēter electo: vel per cō⸗
modatariū dn̄o ſatiſfacto eidem dn̄o non cōpetit amplius ius va
riandi:ſiue cōmodatarius fuerit in totum ſoluēdo ſiue in parte.
hoc dicit vſqꝫ ad.§.ſed is ad quem.Cōcordat.l.manifeſtiſſimi.§.j.
45 ij.⁊.iij.C.eo.de qua hic tex.facit mentionē.¶†No.ex prin.qꝺ̄ diffe
rentia eſt inter fullonē ſarcinatorem ⁊ cōmodatariū:⁊ ſic non eſt
idem in vtroqꝫ ſicut volebant aliqui.nam fullo ⁊ ſarcinator agūt
furti ſi ſint ſoluendo:vt.ſ.§.proxi.Sed in cōmodatario eſt electio
domini cōtra furē an agat furti ſeu cōdictione furtiua aut cōtra
cōmodatariū actione cōmodati. vt hic.Ratio differētie eſt ſcꝺ̄m
glo.in ver.omnimodo.in.d.l.manifeſtiſſimi.§.tales.qꝛ contractꝰ
qui fit cum fullone ⁊ ſarcinatore fit gratia vtriuſqꝫ ſed in cōmoda
tario fit cōtractus cōmodatarij tantū ⁊ ex liberalitate dn̄i cōmo⸗
dantis fauemus ipſi dn̄o vt habeat electionē cōtra quē agere velit
vt hic.Conclude ergo ſic.in cōmodatario dn̄s habet electionem:
vt hic.In fullone ⁊ ſarcinatore ipſi ſoli agūt ſi ſint ſoluendo:vt.ſ.
proximo.§.In creditore pignoris aliquādo agit furti ſolus credi
tor.aliquādo vterqꝫ.ſ.creditor ⁊ dn̄s vt dixi.ſ.eo.§.furti actio in
vſufructuario ⁊ vſuario.Similiter agit vterqꝫ furti.ſ.vſufructua
rius ⁊ vſuarius pro ſuo intereſſe.ſ.pro vſufructu vel vſu amiſſo ⁊
dominus proprietate.Et ſic ex vno facto poſſunt naſci ⁊ compe⸗
tere plures actiones furti pluribus ⁊ diuerſis perſonis pro diuer
ſo intereſſe.⁊ remiſſio vel tranſactio vnius non preiudicat alteri.
46 l.inter omnes.§.ſeruus.ff.eo.¶†No.ibi ⁊ altera eorum electa.qꝺ̄
vbi quis habet electionem agendi contra duos qꝺ̄ electo vno pre⸗
iudicat ſibi in alio:⁊ ſic non licet ei variare licet ei quādoqꝫ liceat
variare de quo dic per Barto.in. l.nōnunqꝫ.ff. de col.bo. Et hoc
verum qꝺ̄ preiudicat ſibi electio quando ſcienter hoc facit ſciens
vtrunqꝫ forte ſibi obligatum.Si autem ignoraret tunc non preiu⸗
dicat: qꝛ non videtur renūciare iuri qꝺ̄ ignorat ſibi competere.l.
mater.ff.de inoffi.teſta.Si autem dubitaret quia nec ſcit certe nec
ignorat in totum:ſed dubitat:tunc ſimiliter nō preiudicat ſibi vt
hic.in ver.ſi aūt neſcius ⁊ dubitās.⁊ differentia eſt in.l.manifeſtiſ
ſimi.ver.ſi autem neſcius ⁊ dubitans.⁊ non eſt alibi ſm̄ Barto.
¶Tertio no.in ver.ſi quidē qꝺ̄ quādo dn̄s eligit agere cōtra fu⸗
rem cōmodatarius liberatur in totū ſiue dn̄s iam ignorans ince⸗
perat agere cōtra commodatarium:⁊ poſtea iuit cōtra furem.vt
hic in fin.in ver.cum manifeſtiſſimi. ſiue nondum egerat contra
cōmodatarium vt hic.Si autē incepit agere contra ꝯmodatariū
tunc fur ſimpliciter nō liberatur ſed remanet ſuppoſitus et obli⸗
gatus cōmodatario:vt.j.in ver.niſi ab eodē domino ſatiſfactum.
¶Ultimo no.in fi.in ver.eadem diffinitione qꝺ̄ non attenditur
an cōmodatarius ſit ſoluendo in totū ſiue in parte:qꝛ ſemper ha⸗
bet locū diffinitio ⁊ determinatio ſupradicta.ſ.qꝺ̄ dn̄s habet ele⸗
ctionem cōtra quē agat ⁊ ſcienter vno electo preiudicat ſibi in alio
ſecus ſi ignoranter.Si ergo dominus ſcienter agat contra cōmo⸗
datarium qui non reperitur ſoluendo in totum vel in parte ſibi
preiudicat qꝺ̄ non pōt agere cōtra furem: vt hic.Secus autem in
fullone ⁊ ſarcinatore:qꝛ ſi nō eſt ſoluendo in totum dn̄o transfer⸗
tur actio furti in furem:vt.ſ.§.proxi.Sed quid ſi cōmodatarius
incipit agere contra furem ⁊ exegit ⁊ domina velit penā exactam
repetere habendo ratam dictam exactionē tāquā ex re ſua factam
an poſſit.dic qꝺ̄ ſic.vt.d.l. manifeſtiſſimi.§.ſed eum in ſcꝺ̄am.C.e.
Sed an erit liberatus fur vt poſſit conueniri domino. glo.j. dicit
qꝺ̄ non erit liberatus ſed dominꝰ adhuc poterit agere ꝯtra eum.
Hoc.contra ne duplici pena afficiatur.l.lꝫ.§.fi.ff. nau.caup.ſtab.
47 ſcꝺ̄m Bar.ibi.†Item quid de poſſeſſore vel detentore rei cum nul
lum habeat titulum aptum ad acquiſitionē dominij qꝺ̄ remediū
habeat ſi cadat a poſſeſſione vel detentione rei abſqꝫ vitio alicu⸗
ius.Bar.tenet in.d.l.manifeſtiſſimi.qꝺ̄ caret omni remedio petu⸗
torio:ſed glo.in.l.in ciuilem rem.C.eo. tenet qꝺ̄ habet cōdictionē
ex.l.omnes coloni al's profugi.C.de agrico.⁊ cenſi.lib.xj.Et idem
tenet Inno.in.c.ſepe.de reſti.ſpo.ibi innuit qꝺ̄ habebit etiā reme
dium canonis reintegrāda.in.q.j.datur etiā ſibi quādoqꝫ officiū

a ¶Furti. Di⸗
cit tn̄ hic do.
are. ꝙ ſi vxor
furet marito
ꝯſtāte matri.
vt faciūt vxo⸗
res aliqn̄ cū
mariti labo⸗
rant in extre⸗
mis. ⁊ poſtea
ſoluto matri.
eaſdē res con
tractet qꝺ̄ te⸗
neat heredi⸗
bus mariti a⸗
ctione furti ꝑ
tex.in. l.iij. ff.
rerum amo.

No.hāc ꝯclu⸗
ſionē ſub bre⸗
uibus verbis
bn̄ ꝯpactam.

iudicis. de quo dic plene per ang. de Peru. in. d. l. manifeſtiſſimi.
48 **Sed is apud.** ¶ † Pro re ſublata depoſitario non ſibi ſed domino competit actio furti.
h. d. vſq; ad. §. in ſumma. Et eſt ratio qꝛ eius nõ intereſt: qꝛ non te-
netur niſi de dolo ⁊ lata culpa. vt. ſ. qui. mo. tol. obli. §. preterea. ⁊
49 l. j. C. depoſiti. † Et conclude qd̃ ſi depoſitarius nullam culpã neq;
tria poteſtate teneť inquãtũ facere põt ſicut in alijs cõtractibꝰ.vt
l.ij.ff.quod cũ eo.Itẽ nunquid hoc habet locũ in iudice delegato.
dic ꝙ ſic vt tenet glo.in.l.fi.ff.de varijs ⁊ extraordi.cog.itẽ habet
locum in iudice cõpromiſſorio et in arbitro qui ſimiliter facit li-
tem ſuã per imperitiã ſuã male iudicando.vt tenet hic glo.Item
habet locũ ſimiliter in arbitratore qui teneť de dolo ⁊ lata culpa
ad ſimilitudinem proxenete.vt in.l.ij.in fin.ff.de proxene.⁊.l.ſi de
4 meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.⁊ tenet Barto.in.d.l.fin.†An arbiter
poſſit mulctare.dic ꝙ aut data fuit ei poteſtas.ꝑ partes aut non
ſi fuit ſibi per partes data poteſtas põt:ſi nõ:nõ põt.vt.ff.de arbi.
l.non ex oĩbus.⁊.l.ſed ſi interpellatus.§.j.in iſtis iuribus habeť
qualiter ⁊ vbi detur ſibi plena poteſtas ꝙ põt.⁊ ſi nõ deť nõ põt.
vt.l.ij.§.j.ff.de iudi.an arbitriũ impediat iudiciũ.dic ꝙ non.vt
ff.de arbi.l.ſi quis rem.⁊ hoc ſi eſt factum ſine pena quia cũ pena
5 metu pene non poteſt.vt in.l.alle.†Item habet locũ in notario qꝛ
ſi dãnificauit partem in aliquo propter eius imperitiam teneť ad
intereſſe partis.l.fi.C.de magiſtra.conueni.hinc eſt ꝙ tenetur no
tarius ſcire iura ſaltim ad eius officiũ ſpectantia:vt a contractibꝰ
illicitis ſe abſtineat.vt not.gloſſ.in.l.generali.C.de tabu.lib.x.Et
predicta ſunt vera in iudice per ignorantiam ſeu imperitiã iudi-
6 cante.†Si autẽ per dolũ puta precio ꝓce vel alia magna gratia in
teruenĩete tũc teneť inſolidũ:⁊ cõdẽnatus infamis efficitur.vt di-
cit hic glo.ij.Et alias varias ⁊ diuerſas penas incurrit que no.in
l.fina.C.de pena iudi.qui male iudica.⁊ ſic iudex vel arbiter facit
litem ſuam in totum:vt quãdo dolo vel fraude iudicat aliquãdo
facit litem ſuã non in totũ:ſed in quantũ iudici equũ videbitur:vt
hic.⁊ aliqñ facit litem ſuã ſolũ propter dãna ⁊ expẽſas vt ſi appel-
7 lans obtinuit vel appellatio pendet.vt.ſ.dixi.¶ †Quero que
actio detur ꝯtra iudicẽ.dic ꝙ in factũ ſiue iudicet hic ꝑ imperitiã
ſiue ꝑ dolũ.⁊ tenet gloſ.vlti.in.d.l.C.de pena iudi.qui male iudi.
8 †Itẽ nunquid deť actio in factũ ex quaſi maleficio cõtra iudicem
negligentem vel recuſantẽ facere puta nõ admittentẽ ꝓbationes
vel exceptiones partis in.d.l.fi.tenet quod ſic ex ꝓuiſione auť.vt
9 differentes iudices.coll.ix.†Itẽ nunquid hec actio deť cõtra male
conſulentem.dic ꝙ non:qꝛ iudex non teneť ſequi conſilium.l.ij.ff.
mandati.⁊ ideo ſi teneret ſequi ex forma ſtatuti tunc non teneret
ex quaſi maleficio.ſed ipſe conſulens bene tenetur de dolo ⁊ aſſer-
ta peritia.vt no.in ſpe.de requiſitione conſilij.§.j.ver.conſiliarij.

**Item is.** ¶Ex deiecto effuſo vel appenſo ex domo habi-
tationis alicuius tenetur ibi habitãs actione
in factum ex quaſi maleficio ad penas hic deſcriptas.h.d.vſqꝫ ad
§.ſi filius.Cõcor.lex maleficijs.§.is quoqꝫ ex cuiꝰ.ff.de actio.⁊ ob-
10 liga.¶†No.igiť ꝙ ſi aliqd deijciať vel effundať de domo aliqua
ꝙ trãſeuntẽ ledat in pſona rebus vel veſtibꝰ nõ teneť dñs domus
qui eã locauit:ſed teneť ille q ibi habitat cũ familia ſua ſiue ſit do-
mus cõducta ſiue ꝓpria ſiue gratis cõceſſa.vt hic.⁊.l.j.§.hec in fa-
ctum actio.ff.de his qui deie.vel effu.et ſi tenetur dñs pro deiecto
vel effuſo a ſua familia vt ab vxore liberis ⁊ famulis.vt hic in ver.
quia plerunqꝫ.⁊ ſic erit ſpeciale vt maritus pro vxore ⁊ pater pro
filio teneať ꝙ alias non.vt.C.ne vxor pro marito.per totũ.et ho-
ſpes teneť pro hoſpitibus amicis ⁊ deijcientibus.l.ſi vero.§.ſi ho
ſpes.ff.eo.⁊ magiſter pro diſcipulo.dicta.l.ſi vero.§.honorarius.
Et debet libellus dirigi cõtra hoſpitẽ patrẽfami.⁊ non cõtra via-
torem ibi hoſpitantẽ qui nõ diciť ibi habitare:ſed tantũ ibi mora
ri.l.j.§.hoſpes.ff.eo.ſed tamẽ habitator domus bene recuperat a
viatore qui effudit per actionem in factum.vt.d.l.ſi vero.§.cum
11 autem.ff.eod.†pena autem deiecti vel effuſi eſt:ſi eſt datum dam-
num in rebus in duplũ.⁊ ideo deijciens aquam putridam in via
publica vel per locũ publicum per quẽ iter fit ⁊ deturpans veſtes
alicuius tenetur emẽdare ei in duplũ vt hic in ver.de eo vero.ꝙ
eſt verum ſi deiecit vel effudit de die.ſecus autẽ de nocte niſi eſſet
locus per quem etiam de nocte eſt conſuetum iri.vt in.l.pe.§.j.ff.
eo.vbi autem eſt dãnum datũ in perſona trãſeuntis:tũc ſi ſit occi-
ſus liber homo eſt ſtatuta pena.50.aureorum pro culpa deijciẽtis
nõ autẽ pro eſtimatiõe hominis mortui:qꝛ liberũ corpus nõ reci-
pit eſtimationẽ.l.fi.ff.eo.⁊ iſta pena datur actori:quia eſt popula-
ris.ff.de ver.ſigni.ſi autẽ trãſiens nõ eſt mortuus ſed vulneratus
tunc nõ eſt ſtatuta pena certa:ſed condẽnatur in quãtum equũ iu-
dici videbitur.ſ.ad expenſas factas in curatione:⁊ in ſalarijs me-
dicorum:⁊ in operibus quibus caruit et cariturus eſt:⁊ ad certa
dãna vt hic ver.ſi vero.⁊ eſtimatio operarũ fit ſm diſtinctionem
etatum que habenť in.l.hereditatum.ff.ad.l.fal.nec fit eſtimatio
12 vulnerum ⁊ deformitatũ ⁊ cicatricum.vt.d.l.fi.ff.eo.†In appẽſo
a autẽ dicit ꝙ ille qui tenet appenſum aliquid ꝙ nocere poſſit[a].ſ.
facile vt limitat gl.in.d.l.ex maleficijs.§.is quoqꝫ.in ea parte qua
iter vulgo fieri ſolet:ſiue ſit via publica ſiue priuata ſiue in villa
ſiue in ciuitate.vt not.in.l.penul.ff.eo.tenetur actione in factum
ex quaſi maleficio ad penam.x.aureorũ.vt hic in ver.cui ſimilis.et
tenetur ex retentione ſola appenſi:qꝛ licet non nocuerit ſufficit ꝙ
13 nocere poſſit.vt.d.l.ſi vero.§.pretor ait.cuius caſus.ff.eod.†Sed
quid ſi in eadẽ domo plures equaliter pro indiuiſo habitabãt.et
inde ſit quicqd deiectũ nec põt apparere quis deiecit an oẽs pu-
niantur vel abſoluanť.dic ꝙ oẽs tenentur in dubio:vt.l.j.§.fina.
cum.l.ſe.⁊ ſeq.ff.eo.Sed tñ vno ſoluẽte ceteri liberantur ⁊ repetit
ab alijs partes.Si tñ certũ eſt quis deiecit ipſe ſolus teneť vt di-
cit glo.in.l.tam fame.ff.eo.Si vero ſunt plures habitantes inter
ſe diuiſo cenaculo tunc quilibet tenetur pro ſuã habitatione.di-
cta.l.ſi vero.ff.eo.Idem etiã dicimus in.l.cornelia.de ſica.quãdo
plures interfuerint ex propoſito ad homicidium:nec apparet cu-
ius ictu perierit quia omnes in dubio tenentur de homicidio vt
tenet gloſſ.in.l.ſi in rixa.ff.de ſica.⁊ ibi per Barto.Si autem non
ex propoſito ſed vnus ſolus occidit vno vulnere ſed ignorať quis
fuerit tunc ratione dubij ⁊ incertitudinis oẽs debent abſolui:qꝛ
melius eſt nocentem abſoluere quam innocentem condemnare:
vt.l.abſentem.ff.de penis.⁊ ita intelligitur glo.in.l.item mela.§.
ſed ſi plures.ff.ad.l.aquiliam ⁊c.

14 **Si filiuſfamilias.** ¶†Si ex domo habitatio-
nis filijfamilias ſeorſum a pa
tre habitantis aliquid ſit deiectum effuſum vel appenſum non te
netur pater:ſed ipſe filius tenetur ſicut tenetur quando facit litẽ
ſuam male iudicando.hoc dicit.vſqꝫ ad.§.exercitor.licet ergo pa-
terfamilias pro tota familia ⁊ filijs ⁊ ſeruis ⁊ alijs ſecũ habitãti-
bus deijciẽtibus vel appendentibus vel effundẽtibus aliqd extra
domũ teneatur.vt.ſ.§.primo.tñ ſi filiuſfa.habitat in aliqua do-
mo ſeparatus a patre ⁊ aliqd de ſua familia deijciat effundat vel
appẽdat pater nõ teneť ſed ipſe filius teneť inſolidũ:licet ſecus ſit
quãdo fecit litem ſuã:qꝛ tũc teneť ſolũ de peculio ipſe pater:licet
alias filius ex facto ſuo teneatur inſolidũ.l.penul.ff.ꝙ cũ eo.ſed
hoc eſt ſpeciale in filiofa.iudice ꝑ imperitiã iudicãte.vt no.glo.ſ.
eo.in prin.⁊.l.ſi filiuſfa.ff.de iudi.⁊ ibi per Bart.ſi autem fraude
vel dolo iudicauit tunc tenetur inſolidum.vt dixi.ſ.eo.in princi.⁊
tunc ipſe filiuſfa.cõdemnatus ſi non eſt ſoluendo detrudiť in car-
cerem.vt.l.cum filij.C.qui ho.ce.poſ.licet glo.cõtra ⁊ male in.l.iij.
15 §.ſi verum.ff.de mino.†nec cogitur pater defendere filium delin-
quentem.l.de in rem verſo.ff.de pactis.⁊.l.noxali.⁊.l.quoties.ff.
de noxa.Sed ipſe filius poteſt ſeipſum defendere.d.l.noxali.cum
ſeq.nec etiã tenetur pater pro filio condemnato ſoluere cõdemna-
tionem de legitima ipſum filiũ cõtingente.Caſus eſt in.l.ſi condẽ
natus.ff.de noxa.ſed bene teneť de peculio ipſe pater qñ filius de-
linquẽs eſt ⁊ in iudicio cõparẽs cõdẽnatus fuit.ſecus autẽ ſi non
cõparuit in iudicio:ſed cõtumax fuit.l.iij.§.idem ſcribit.ff.de pe-
cu.⁊ ita intellige glo.ij.de noxa.§.fi.Et adde per Bar.in.l.cum fi-
lius.ff.de verbo.obli.⁊.l.ſi finita.§.ſi de vectig.ff.de dam.infec.

**Item exercitor.** ¶Caupo vel ſtabularius tenen-
tur actione in factum ex quaſi de-
licto pro furto vel dolo eorum quorum opera vtũtur.⁊ hec actio
16 datur ſed non in heredem.h.d.vſqꝫ ad fi.†No.igitur quod depo-
nenti rem ſuam in naue caupona vel ſtabulo datur triplex actio
pro re ſurrepta.Primo habet deponẽs actionẽ in factum preto-
riam de recepto contra ipſum exercitorem ex quaſi contractu.et

a ¶ Nocere poſſit.Unde dicit hic do.areti.ꝙ dñe mulieres non pñt hẽre aliquid appẽſum ad feneſtras.ſ.vias publicas vel ꝓuatas vbi iter vulgo ſit nec tenere hmõi viridaria vl' herbas i olꝫ qꝛ licet nõ cadant:tñ poſſunt cadere vt hic ꝑ euꝫ.

iſta datur in ſimplũ ſiue iſte ſit exercitor ſiue familiaris: ſiue extraneus ſurripiat: qꝛ ex quo recepit dꝫ habere cuſtodiam etiam ſi res non fuerit ſibi aſſignata ſpecialiter. ſi tamen exercitor ſciret rẽ imponi in naue. ſecus ſi ignorat. vt tenet glo. in. l. j. §. fina. ff. eo. habet etiam deponens non ſolũ iſtam actionẽ ſpecialẽ ſpecialiter introductam cõtra nautas caupones ⁊ ſtabularios: ⁊ etiam actionem cõmunem ex locato vel depoſito: ſed in iſta in factũ ſpecialiter introducta venit plus. ſ. leuiſſima culpa exercitoris: qꝛ non adhibuit bonam diligentiã qđ nõ eſt in illis. l. iij. §. ⁊ quia in locato. ff. nau. cau. ſtab. Secundo habet aliam actionem in factum pretoriam ex quaſi maleficio de qua loquitur hic. ⁊ iſta datur contra exercitorẽ quando eius familia ſubſtraxit ſeu damnum dedit: non autem qñ alius extraneus exercens: vt. l. j. §. caupones autẽ. ff. eo. ⁊ no. glo. in l. ij. ff. eo. in ſecunda ſolutione. ⁊ l. iij. vbi gl. dicit de iſta ſcđa dupli ci actione in factũ. ⁊ iſta actione tenet̃ exercitor ex propria culpa. ⁊ ſic ex quaſi delicto ex quo vtit̃ opera malorum hominũ: vt hic dicit tex. qꝛ dꝫ explorare cuius fide ⁊ cuius innocẽtie fuit. l. fi. §. ſeruorum. ff. eo. ſꝫ ſuos ſeruos delinquẽtes põt exercitor dare ꝑ noxa ſi nõ vult ſoluere duplũ ⁊ ſic magis ſubuenit̃ ei in ſeruis ꝓprijs. nec ita inculpat̃ ſi vtit̃ eis qualeſcunqꝫ ſint ꝙ̃ ſi vtat̃ extraneis. vt. d. §. ſeruorũ. Ex quo infert̃ ꝙ mitius dꝫ puniri ptãs ſi eius ſerui vł filij delinquãt quos nõ põt ita de facili reijcere ꝙ̃ ſi alij eius familiares extranei delinquãt. de quorũ moribus ⁊ ꝯditiõibus inueſtigare debẽt ſm Ang. de peru. i. d. l. j. §. ſerui. ff. furti aduerſus nau. ⁊ ſta. Tertiã actionẽ hꝫ deponens. ſ. furti. cõtra eũ q ſurripuit ſiue ille exercitor ſiue alius ſurripuerit. l. lꝫ. §. fin. ff. eo. ⁊. d. l. j. §. furti nau. cau. ⁊ in iſtis actionib⁹ realib⁹ ſiue penalibus vna tollit aliã in eo ꝙ cõcurrunt: vt no. gl. in. d. l. iij. §. fi. ff. e. Et ibi plene ꝑ Saly.

Ultimo no. hic gl. notabilem que ponit differentiã inter actiones deſcẽdẽtes ex vero maleficio ⁊ deſcendẽtes ex quaſi maleficio: tã in modo cõueniẽdi ꝙ̃ in mõ liberandi ⁊ actiões cedendi ⁊ dum dicit gl. ſecus in hac ex quaſi maleficio intellige. vt notat̃ per Bar. in. l. eandẽ. ff. de duobus reis. ⁊. l. ne in plures. ff. de exercitoria ⁊c. Jo. de platea.

## De actionibus. Rubrica.

Totus iſte titulus diuiditur in tres partes principales. Primo ponit̃ cõtinuatio iſtius tituli ad materias precedẽtes. Scđo diffinitio actiõis. Tertio ponit̃ diuiſio omniũ actionũ. ſcđa ibi: actio autẽ. tertia ibi: omniũ actionũ. Subdiuiſionem tertie partis vide. j. eo. in. §. omnium actionum.

1 Rubrice quare ⁊ quando in plurali ponãtur. ⁊ nu. 2.
3 Gerundiuum quid importet.
4 Gerundiui natura que ſit.
5 Actio quot modis capiatur.
6 Actio ⁊ cauſa an ſint idem.
7 Cauſa propinqua vel remota an ſit in libello exprimenda.
8 Obligatio que ſit mater actionis.
9 Nomẽ actionis an debeat in libello exprimi.
10 Actio ⁊ interdictũ in quo differant.
11 Actiones quo iure introducte fuerint.
12 Exceptio an veniat actionis nomine.
13 Jus ſuũ tenere an poſſit quis extra iudicium.
14 Officium iudicis an veniat nomine actionis.
15 Actionis diuiſiones que.
16 Judex ⁊ arbiter in quibus aſſimilentur.
17 Actio perſonalis que ſit.
18 Actio realis nullam obligationem ſupponit.
19 Libellus rem ⁊ cauſam ex qua continere debet.
20 Dominium verum qualiter probetur.
21 Actiones perſonales vnde oriantur.
22 Reivendicatio an poſſit dari contra ciuiliter tantum poſſidentẽ.
23 Actio confeſſoria ⁊ negatoria pro quibus dentur rebus.
24 Actio confeſſoria ⁊ negatoria quibus competant.
25 Libellus in actione directa negatoria ⁊ confeſſoria quatuor continebit.
26 Actor in confeſſoria actione quid probare poſſit.
27 Actio confeſſoria ⁊ negatoria quanto tempore tollantur.
28 Titulus an in confeſſoria requiratur.
29 Confeſſoria ⁊ negatoria vnde ortum habuerint.
30 Confeſſoria ⁊ negatoria actionib⁹ realibus in quibus aſſimilent̃.
31 Corporalia quid diſcriminis ab incorporalibus habeant.
32 Actio non datur a poſſeſſione cadenti qui eam a non domino acceperat.
33 Uſucapio quid requirat vt publiciana competat.
34 Poſſeſſio qualiter continuata probetur.
35 Uſucapio quibus interumpi poſſit.
36 Autoritas rei iudicate quanta.
37 Libellus in publiciana qualiter formandus.
38 Publiciana an tollat rei vendicationem aut econtra.
39 Traditio rei quãdo requiratur vt publiciana competere poſſit.
40 Publiciana an competat ratione dominij vtilis.
41 Rei vendicatio vtilis an ſit pretoria vel ciuilis.
42 Traditio facta non domino quaſi dominium tranſfert ⁊c.
44 Succumbens in publiciana an poſſit ad reivendicationẽ redire.
45 Publiciana contra quem detur.
46 Judicium reſcindens quod ſit et quod iudicium reſciſſorium. ⁊ numero. 47.
48 Actio reſciſſoria quare ſic appelletur.
49 Reſciſſoria actio quando competat.
50 Libellus diuiſim ⁊ coniunctim formari poteſt.
51 Captiuus qualiter vſucapere poſſit.
52 Reſtitutio infra quãtum tempus preſtetur.
53 Reſtitutio fieri debet infra tempus abſentie ⁊ leſionis.
54 Reſciſſoria ex quo tempore competat quanto tẽpore duret ⁊ an perpetuetur litis conteſtatione. ⁊ nu. ſeq.
57 Reſciſſoria an ſit in rem vel in perſonam.
58 Hoſtes qui proprie dicantur.
59 Abſens contra abſentem reſtituitur.
60 Annus quot conſiſtat diebus.
61 Annus vtilis quis ſit.
62 Alienata in fraudem creditorũ reuocantur.
63 Actiones reuocatorie quot ⁊ que ſint.
64 Pauliana actio quando locum habeat.
65 Debitor fraudulentus vſqꝫ ad peram ⁊ ſacculum excutiendus.
66 Libellus reuocatorius alienatorũ in fraudẽ qualiter formãdus.
67 Fraus debitoris qualiter probari poſſit.
68 Alienatio ſex modis in fraudem facta preſumitur.
69 Actiones reuocatorie an ſint perſonales an in rem ſcripte ⁊ an perpetue vel temporales. ⁊ nu. ſeq.
72 Fructus qui in reuocatorijs venire dicantur.
73 Creditor an excludatur per oblationem debiti ipſi factam.
74 Filius an habeat reuocatoriam cuius bona pater alienauit.
75 Fraus quando in alienante preſumatur.
76 Reuocatoriam intentans quid probare debeat.
77 Reuocatoria ⁊ hypothecaria an poſſint ſimul in eodem libello proponi.
78 Fraus contra quos committatur ⁊ qualiter probetur. ⁊ nu. 79.
80 Bona cõductoris locatori ſunt obligata pro penſione.
81 Actio ſeruiana decem requirit vt ipſa competere poſſit.
82 Colonus qualiter ⁊ in quo differat ab inquilino.
83 Seruiana actio quare ſic dicatur.
84 Scholaris bõa ĩ domũ ꝯductã inuecta an ſint locatori obligata.
85 Seruianã intentari volens quid probare debeat.
86 Libellus qualiter in actione ſeruiana formandus.
87 Hypothecaria pro qua re competat.
88 Pignus ⁊ hypotheca in quo conueniant ⁊ in quo differant.
89 Hypothecariam intentans quid probare debeat.
90 Libellus in hypothecaria quid continere ⁊ qualiter formari debeat. ⁊ nu. 91.
92 Hypothecaria agens an prius debeat bona debitoris excutere ꝙ̃ agat contra extraneos poſſeſſores.
93 Actiones reales pretorie quot ſint.
94 Actio de conſtituta pecunia contra quem detur.
95 Actio de conſtituta pecunia eſt perſonales pretoria.
96 Obligatio de conſtituta pecunia quibus verbis fiat.
97 Actio de conſtituta pecunia in quibus locũ habeat.
98 Conſtitutũ primi debiti naturam imitatur.
99 Tempus ad ſoluendum primi debiti conſtitutũ quãtum.
100 Res que in conſtitutum deduci poſſit.
101 Actio de cõſtituta pecunia vnde oriatur.
102 Libellus qualiter in actione de conſtituta pecunia formandus.
103 Actio de peculio contra quẽ detur.
104 Peculium quid ſit.
150 Actio de peculio quare ⁊ a quo introducta fuerit.
106 Obligationes due ex contractu filij oriuntur.
107 Actio de peculio quando locũ habeat.
108 Actio de peculio in quo priuilegietur.
109 Deponens pecuniam penes filiumfamilias non aget de peculio contra patrem.
110 Actio de peculio an ſit tẽporalis vel perpetua ⁊ an ꝑſonalis vel realis. ⁊ nu. 111.
112 Libellus qualiter in actione de peculio formandus.
113 Actio de in rem verſo cui ⁊ cõtra quem competat.
114 Actio in rẽvſo in quibus differat ab actiõe de peculio. ⁊ nu. ſeq.
117 Libellus qñ in actione de in rem verſo formetur.
118 Pater qñ pro filio actione quod iuſſu teneatur.
119 Libellus qualiter in actione qđ iuſſu formetur.
120 Actio exercitoria cõtra quos ⁊ quibus detur.
121 Gabella de quibus rebus ſoluenda ſit.
122 Libellus qualiter in actione exercitoria ſit formandus.
123 Actio inſtitoria quibus ⁊ contra quos competat.

Inſtitor

124 Inſtitoꝛ quis ſit ⁊ quando a pꝛocuratoꝛe differat.
125 Inſtitoꝛ an finito officio teneatur de geſtis in eo.
126 Mutuans inſtitoꝛi vel pꝛepoſito quatuoꝛ attendere debet.
127 Libellus in inſtitoꝛia actione qualiter foꝛmandus.
128 Tributoꝛia actio pꝛo quo/cui ⁊ contra quem detur.
129 Tributoꝛia actio tria requirit antequam competere poſſit.
130 Actio de peculio an poſſit ſimul cum tributoꝛia intentari.
131 Libellus quo modo ſit in actione tributoꝛia foꝛmandus.
132 Diſtributio qualiter iter creditoꝛes ad tributū vocatos fiēda ſit.
133 Actio in factum cui ⁊ contra quem detur. ⁊ nu. 134.
135 Iuramenti efficacia ⁊ virtus quanta.
136 Iuramentum conuentionale ſeu voluntarium quod dicatur.
137 Iuramentum conuentionale in quo a iudiciali differat.
138 Libellus in actione in factum qualiter foꝛmari debeat.
139 Libellus in actione ex iuramēto foꝛmiter facto qualiter foꝛmet᷑.
140 Libellus in actione reali ex iureiurando qualiter foꝛmandus.
141 Libellus ſecundum naturam actionis et facti ſuper quo iuratur foꝛmari debet.
142 Executio ſententie vel iuramenti coꝛam quo iudice debeat peti.
143 Actio in factum cui/pꝛo quo ⁊ contra quem competat.
144 Album pꝛetoꝛis quid ſit ⁊ quid contineat. ⁊ nu. ſeq.
148 Coꝛrumpens album pꝛetoꝛis vel ſcripturam publicam qualiter puniatur. ⁊ numero. 149.
150 Pena coꝛrumpentis album pꝛetoꝛis cui applicanda.
151 Libellus in actione ex hoc edicto qualiter foꝛmandus.
152 Literas ſuperioꝛis aperiens/rumpens vel ſigillum maculans pena falſi tenetur.
153 Actiones penales in quo differant a rei perſecutoꝛijs.
154 Actio in factum deſcendens ex edicto pꝛetoꝛis quibus/contra quos ⁊ pꝛo quibus detur. ⁊ nume. 155.
156 Scholaris an poſſit doctoꝛem ſine venia in ius vocare.
157 Uaſallus ſine venia dominum in ius vocare poteſt.
158 Uocans in ius perſonas vocari ꝓhibitas an incidat in penam.
159 Proceſſus in iudicio contra patrem vel patronum ſine venia an valeat.
160 Libellus cōtra filium ſine venia patrem trahentem in iudicium qualiter foꝛmetur.
161 Actio in factum ex edicto ne quis eum qui ⁊c. cui/contra quem ⁊ pꝛo quo competat.
162 Libellus in actione ex edicto ne quis eum qui ⁊c. qualiter foꝛmari debeat.
163 Eximere/quod verbum ſit ⁊ quid ſignificet.
164 Tituli quibus puniuntur impedientes vocatos ad iudicium in quo differant.
165 Uſucapio an interrumpatur per actionem.
166 Actiones pꝛeiudiciales quot ſint/cui competāt ⁊ contra quem. ⁊ nume. ſequen.
168 Preiudicialis actio quot modis dicatur ⁊ in quibus locum habeat. ⁊ numeris ſeq.
171 Actiones an ſint in rem vel in perſonam ⁊ an pꝛetoꝛie vel perſonales. ⁊ numero. 172.
173 Actio pꝛeiudicialis quotuplex ſit ⁊ quot modis capiatur.
174 Actio de partu agnoſcendo quos habeat effectus.
175 Actiones pꝛeiudiciales an ſint inuicem directe ⁊ contrarie.
176 Libellus qualiter qualiter in actionibus pꝛeiudicialib⁹ foꝛmet᷑.
177 Libellus qualiter in ꝑiudiciali de partu agnoſcendo foꝛmādus.
178 Actio pꝛeiudicialis pꝛetoꝛia in quo differat ab alia in rem.
179 Filius qua actione in patria poteſtate reuocetur. ⁊ nu. 180.
181 Actiones pꝛeiudiciales quare dicantur.
182 Actiones pꝛeiudiciales hodie ſunt tres.
183 Coloni aſcriptitij/⁊ cenſiti quo iure petantur.
184 Seruitia annua quo iure petantur. ⁊ numero. 185.

**S**upereſt vt de actio. ¶ Cōtinua dupliciter vt in glo. j. in nigro.
1 †Et quero pꝛimo cū gloſ. quare rubꝛicauit de actionibus in plurali potius quā in ſingulari. rn̄deo qꝛ intēdit tractare de actionib⁹ in ſpecie.
2 †Ex quo collige qđ qn̄ ſtatutū vel refoꝛmatio continet plures ſpecies contentas ſub eodem genere: ⁊ cum tractatur de pluriplici ſpecie mercatoꝛum: tunc debet rubꝛicari in plurali: puta de mercatoꝛibus vbi autem quis intendit tractare in genere tūc debet rubꝛicari in ſingulari. vt patet in diffinitione actionis hic in pꝛincipio que diffinit᷑ in genere. vt dicit gloſ. Ex quo habet qđ licet rubꝛū ponatur in plurali denotans diuerſas ſpecies tn̄ nigrū poteſt poni ⁊ diffiniri ſingulariter vt genus cōpꝛehendēs dictas ſpecies. Eſt eñ gen⁹ qđ pꝛedicat᷑ de plurib⁹ differētibus ſpecie. Et ſpecies qđ pꝛedicatur de pluribus differentibus numero. vt. ſ. de iure naturali. §. plebiſcitum. Eſt enim a rubꝛica licitum arguere qꝛ quodāmodo rubꝛice dicuntur de tex. vt ſunt autētice vt no. Ioan. in ꝓemio. vj. libꝛi in pꝛincipio in verbo titulis. ⁊ l. j. C. ne fideiuſ. do. dentur. Fallit in rubꝛicis doctoꝝ. i. decretoꝛū que non ſunt autentice. vt notat᷑ in ſpe. de alle. ⁊ diſtinctio in fine. ⁊ ſi rubꝛica eſt generalis tex. debet gn̄aliter intelligi. vt not. gloſ. in. l. j. C. de capi. ciui. cēſi. exi. lib. xj. qn̄qꝫ tn̄ rubꝛica eſt generalioꝛ nigro: ⁊ ecōuerſo. vt not. glo. in aut. de inceſt. nup. §. j. in ver. illicitis. collatione. iij. ⁊ per Bart. in. l. j. ff. ſi cer. pe. ſed an ſcriptoꝛ qui pꝛomiſit ſcribere libꝛum teneat᷑ ſcribere rubꝛicas. glo. dicit qđ ſic cū dicant᷑ eſſe de tex. in dicto ꝓemio ſexti libꝛi. Secūdo quero quare nō dicit de agēdo per gerūdiuū ſicut dicit᷑. ff. ⁊. C. de edēdo. ⁊ poſtulādo. dic qđ licet glo. aliter dicat. ff. de edē. in rubꝛica tn̄ hoc dicit veritatem: vcꝫ qn̄
a quis vult tractare de ipſo actu ꝓut eſt in fieri tūc debet rubꝛicari per gerūdiuū qđ ſignificat ⁊ impoꝛtat actū de quo querit᷑: qꝛ ſignificat per modū agēdi ⁊ patiēdi: vt in cōtrario. ſed qn̄ qs vult tractare de effectu actus: ⁊ ſic de ſubſtātia ⁊ qualitate ipſius act⁹: tūc debet rubꝛicari per nomē qđ ſignificat ſubſtantiā et qualitatē de quo ꝑ Bar. in rub. C. de edē.
3 †Et ſic habes ex glo. qđ gerūdiuū impoꝛtat actū verbi in vtraqꝫ ſignificatione. ſ. actiua ⁊ paſſiua. ꝑ cuius intellectu dic qꝙ gerūdiui reperiunt᷑ in triplici determinatiōe ſiue caſu. ſ. in genitiuo accuſatiuo ⁊ ablatiuo. ſm̄ pꝛiſcianū in minoꝛi tractatu gerūdiui quē pꝛiſcianū gloſſ. noſtra adducit in teſtē in. l. liberoꝛū. §. qđ tn̄ caſſius. de leg. iij. qꝛ fuit iuriſcōſultus. vt. l. j. in pꝛin. ff. de ven. inſpi. ⁊. l. pꝛime. ff. de his qui inteſta. deceſ. vnde gerūdiuū poſitū in accuſatiuo: vt tutoꝛ ad tuēdū. l. j. ff. de tuto. Et etiā ponit᷑ in genitiuo ad infoꝛmandū verbū cui adiungit᷑ vt cū dicit᷑ ꝑcuſſit animo occidēdi impoꝛtat cauſam finalē ſm̄ Bart. in cōſtitutione. ad repꝛimēdā. in ver. ne eoꝛū. qui ergo ꝑcuſſit animo occidēdi qꝛ eius pꝛopoſitū ⁊ volūtas tendebāt ad hūc finē vt occideret per eū nō ſtetit punitur ac ſi occidiſſet. l. j. in pꝛinci. in. §. ſed ſi claua. ff. de ſica. de quo per docto. in. l. ſi quis non dicam rapere.
a C. de epiſ. ⁊ cleri. Sed gerundiuum [a] poſitū in ablatiuo ſi iungatur verbo futuri tempoꝛis ponitur cōditionaliter vt adeundo ex ſubſtitutione etiā heres. l. ſi adibis. l. ſi tu ex parte. cōiūcta gloſ. in verbo adeundo. ff. de acqui. here. ſicut dicimus de ablatiuis abſolutis qui reſoluuntur in vim conditionis. l. euictis. ff. de vſur. ⁊. l. a teſtatoꝛe. ff. de cōdi. ⁊ demon. ſed ſi iungit᷑ verbo ꝑ̄ſentis vel ꝑ̄teriti tēpoꝛis: tūc ponit᷑ modificatiue ⁊ qualificatiue vt ſic ꝑ ſe diſponat ſed qualificat verbum cui adiūgitur: vt turbaſti me in poſſeſſione mea arando ⁊ arboꝛes incidendo. l. vim facit. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊ pꝛedicta ſunt vera ſi impoꝛtata per gerundiuum cōpꝛehenduntur ſub natura verbi cui addicitur. alias gerundiuū per ſe diſponitur: vt cū teſtatoꝛ inſtituit filios ſuos alteri ſubſtituendo. nā cum ponatur gerūdiuū inter aliquas perſonas quas teſtatoꝛ grauare poteſt. vt not. in. l. in ratione. §. tametſi. ff. ad. l. falci. inducit diſpoſitionē. i. ſubſtitutionē vulgarē vel pupillarem ſi ambo ſunt
4 pupilli. per. l. iam ex hoc iure. ff. de vulga. ⁊ pupilla. †Ex pꝛedictis conſuluit Bar. ineptā foꝛe inquiſitionē qua dicit᷑ qđ titius inſultauit gaium percutiēdo cū enſe qꝛ natura gerundiui eſt modificare ⁊ declarare verbū cui additur apte ⁊ congrue. vt. ď. l. vim facit. ⁊. l. ſi quis maioꝛ. C. de tranſac. ⁊. c. in noſtra. extra de pꝛocu. quod hic non eſt cum inſultus ſit in alium ſaltus ⁊ aggreſſus. l. j. §. cum arietes. ff. ſi qua pau. fe. dica. non apte ⁊ cōgrue qualificatur vt facta fuerit percuſſio cum pulſatus eſt in fieri. ſed potius dicitur facta poſt inſultum ⁊ in facto eſſe ꝓductum. nec obſtat. l. j. C. de his qui latro. vbi dicitur qđ occultando ſociauerunt quia occultatio recte conuenit verbo ſociauerunt quia non caret ſcrupulo ſocietatis occulte ⁊c. vt in. c. cōſtitutus. de teſti. ⁊c. Tancredus autem in opere ſuo. c. iiij. ver. Secundo queritur quare inclinat quod pꝛecedens inquiſitio teneat qui libellus debet ſuſtētari etiā impꝛopꝛiādo verba. l. ſed ſi poſſeſſoꝛi. ff. de regu. iur. ⁊ ne maleficia remaneāt impunita: vt. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquiliam. Quero quare in hoc libꝛo ponit titulos ſeparatos de actionibus ⁊ oblig. ff. ⁊. C. ſimul in vno titulo poſuit. dicit qđ hec fecit gratia inſtructionis. i. introductionis iuuenū quoꝛū cauſa fuit factus iſte liber. vt. ſ. in pꝛoemio. Sed quare hic tractat de actio. cum ſatis agatur de hoc particulare in diuerſis caſibus ⁊ materijs. vide de hoc Ioan. fa.

**Actio autem.** ¶ Hec eſt ſecunda pars in qua ponitur diffinitio actio. in genere que etiā ponitur in. l. nihil. ff. eodem. ſuper qua diffinitione quero. vij. Primo quot modis ſumitur actio ⁊ dicit vt hic in glo. j. ex cuius
5 pꝛin. notat᷑ coniuncta alia glo. j. in ver. debet᷑. †qđ tripliciter ſumit᷑ actio. ſ. quādoqꝫ pꝛo actu: qn̄qꝫ pꝛo adminiſtratiōe. vt in aut. vt iudices ſine quoquo ſuffra. coll᷑. ij. §. iuſiurandum. Io. fa. qn̄qꝫ pꝛo actione criminali cuius pena debetur fiſco qn̄qꝫ pꝛo iure ꝑſequendi qđ ſibi debet᷑ vt hic. et hoc tertio modo ſumit᷑ tripliciter. ſ. ſtricte vt tantū cōpꝛehēdat actionē perſonalē qn̄qꝫ largius vt cōpꝛehendat realē qn̄qꝫ largiſſime vt cōpꝛehendat officium iudicis. vt
6 ď. l. nihil. ff. eo. †Secūdo [b] quero an actio ⁊ cauſa ſint idē. glo. j. hic
b cōcludit cū azo. qđ non. ⁊ hec opinio appꝛobatur per. l. eū de hoc ff. de excep. rei iudi. ſed dic qđ duplex eſt cauſa. ſ. ꝓpinqua ⁊ remota. Cā ꝓpinqua ꝓpter quā dat᷑ actio eſt obligatio. cā remota eſt ipſe ꝯtractus. Nā obligatio eſt cauſa ꝓpinqua que eſt cā cauſans actionem. ⁊ hoc modo poſſunt cōcoꝛdari opiniones. Nec ob. tex. in. l. ⁊ an eadem. §. actiones. ff. de exceptio. rei iudica. quia expone

a ¶ Gerundiuum. An faciat cōditionem vide bar. in. l. j. vl. col. de ꝯdi. ⁊ demō. ⁊ i. ď. l. ſi tu ex ꝑte. ff. de acqui. here.

b ¶ Secundo q̄ro. vide de hoc. d. j. Are. hic circa ꝑ̄ncipium.

a ¶Sʒ q̃ro. De q̃ōne vide do. Pe. de ferra. in forma libelli ſup ac. reali in gl. iure dñij vel q̃ſi.

7 illũ tex. vt ibi glo. ⁊ per Bar. ibidē. †Sʒ quero nunquid cauſa p-
a pinqua vel remota ſit exprimēda in libello vel nō. dico qđ remota
eſt exprimēda vt aduerſarius reddat cert⁹ ⁊ dʒ eſſe talis cā ex qua
ſequatur cōcluſio. alias ex ſeparatis recte infert. vt. l. papinianus
exuli. ff. de mino. ſi tñ libellus proponatur generalr̃ cauſa nō exp̃ſ-
ſa pcedit niſi opponat a parte: vt in. c. abbate ſane. extra de re iu-
8 di. li. vj. ⁊. l. fi. C. de anna. excep. †Itē quero que obligatio ſit mater
actiōis dico qđ regulariter vtraqʒ ſimul vt tʒ gl. ſ. de obli. in prin.
⁊ q̃nqʒ naturalis ſolũ in caſibus in quib⁹ nudũ pactũ parit actio
nē qui numerantur. ff. de pactis. l. iuris gentiuʒ. §. ſed cum nulla. ⁊
q̃nqʒ ciuilis ſola. vt in actione iudicati ſiue in factum que deſcen-
dit ex ſententia: vt lege actori. C. de iureiuran. et in chirographo
ante biennium ſecũdum vnam opinionem. vt. ſ. de literarum obli
ga. per totum. Tertio quero an actio ſit proponenda in libello cũ
ſolennitate. dic quod non vt hic in gloſ. ij. quia hodie ſublate ſunt
ſolennitates quibus impetrabantur actiones a pontificibus: vt
9 lege. j. C. de for. ⁊ impe. actio. ſubla. ⁊ ibi per Bar. †Sed quero an
nomen actionis ſit exprimendũ in libello. dic quod nō: ſi tamen ex
primatur ⁊ ineptaʒ actionem intentet ſuccumbit. ⁊ pōt redire ad
10 aptã. vt in. c. dilecti filij. ⁊. c. examinata. de iudicijs. †Quarto que-
ro an olim ⁊ hodie ſit differentia inter actionem ⁊ interdictuʒ. dic
vt hic in gloſſ. ij. de quo dic plenius per gloſ. ⁊ doc. in rubrica. ff. de
iterdic. ⁊ hec eſt vera differētia: q2 actiōes generaliter pponebant
in perſonis omniũ: ſʒ interdictum inter duos: ideo dicta ſunt in-
terdicta quaſi inter duos reddita. vt in. §. exhibitoria. j. de inter-
dictis. ⁊ dum gl. dicit hic qđ nulla eſt differentia verũ eſt quãtũ ad
impetrationem vulgaris formule. ſed quãtum ad alia bene eſt dif
ferentia: q2 interdictũ eſt actio pretoria. ſ. actio in factũ. ⁊ actio pre
toria eſt ſpecies actionis in gñe ſumpte: vt. l. actionuʒ genera. §. vl-
timo. ff. de ac. ⁊ ob. ⁊ ſic differunt vt genus et ſpecies. Item inter-
dictum differt ab actione in factũ ſicut mater a filia: quia ex inter-
dicto oritur actio in factũ. vt. j. de interdictis. §. fi. ⁊ ita poteſt pro
poni actio in factum ſicut interdictum ſm glo. in rubrica de inter
11 dictis. ff. ⁊ ibi per Barto. †Quinto quero quo iure ſunt introdu-
cte actiones an de iure naturali gentium vel ciuili. et dic vt hic in
glo. in verbo ius. que concludit quod ſunt de iure ciuili intelligen
do ius ciuile large pro omni iure facto citra ius gentium: vt ſic cō-
prehendat ciuile ⁊ pretorium: vt. j. eod. §. ſed iſte. nã de iuregentiũ
antequã pdite eſſent actiones illi qui videbant aliq̃d recipere ꝯſe
quebant illud manu regia ſeu per ptãtem regiam. vt. l. ij. in princ.
ff. de ori. iu. Nãqʒ regia ptãs eſt de iuregentium: vt. l. ex hoc iure. ff.
de iuſt. ⁊ iu. ⁊ per Inno. in. c. qđ ſup his. de voto ⁊ voti redemptio.
poſtea de iure ciuili fuerunt introducte actiōes per quas quis cō-
ſequitur ſibi debitum vt hic de quo vide per Barto. in. d. l. ex hoc
iure. ff. de iuſti. ⁊ iur. vbi ponit magnum effectuʒ huius inueſtiga-
tiōis. Et adde glo. ibi actio eſt ius ſed exercitiũ eorum eſt quid fa
cti ſicut eſt via: iter actus ⁊ vſuſfructus que ſunt iura. ſʒ eoꝝ exer-
citium eſt quid facti. ff. de ſerui. ruſt. predio. ⁊. ff. de vſuf. l. j. In ea.
gl. ibi pro deo. h. d. quod omnis bona diffinitio dʒ fieri per genus
⁊ differētias. vt. l. oīs diffinitio. ⁊ qđ ibi no. ff. de reg. iur. In eadeʒ
gloſſ. ibi: ſed quid peta. dic de hoc vt dixi. ſ. de iu. na. §. in ſumma.
in ea. glo. fi. in fi. dic vt lege. iij. C. depoſi. ⁊ plene per Barto. in lege
12 j. ff. de iuriſdi. om. iudi. †Sexto quero nunquid appellatiōe actio
nis contineatur exceptio. glo. hic in verbo perſequendi. innuit qđ
non. quod poteſt eſſe verum ſtricte ſumendo. imo eſt ei contraria.
quia eã excludit. vt. j. de excep. in princi. ſed dic qđ large ſumendo
cōprehendit. ⁊ non comprehēditur exceptio ſub actione ſm ſubie
ctaʒ materiam fauorabilē vel odioſam ſm notata in. l. elegãter. in
princ. ff. de dolo. vnde reſcriptũ ad agendũ in conſequētiam eſt ad
excipienduʒ niſi impetrans ſua negligentia ſit excluſus: vt. c. cum
acceſſiſſent. de reſcriptis. et ibi per Joan. an. Itē promittens ſe nō
imbrigaturuʒ aut moleſtaturũ aliquē vel mouere controuerſiam
ſub pena incidit in penam nō ſolũ agendo ſed etiam excipiēdo de
iure vel de facto in iudi. vel extra. vt lege lucius. §. tres heredes. ff.
ad trebel. ⁊ hoc niſi reſpectu alterius iuris nouiter cōtra veniant.
quia tunc poteſt ⁊ ita intellige gloſſ. notabilem in. l. qui fide. ff. de
13 tranſac. †Itē quero an extra iudicium quis poſſit tenere ius ſuũ.
dic quod ſic in caſibus notatis in gl. hic in ver. in iudicio puta in
fure nocturno. de quo dic vt in lege furē. ff. de ſica. ⁊ dixi. ſ. de ob. q̃
ex ma. §. furtum iſte in debitore fugitiuo. vt dicit gloſſa qui poteſt
capi etiaʒ die feriato. l. fi. C. de feri. quod intelligo ſi ſit mutata ei⁹
conditio in deterius. alias ſecus. l. ſi is a quo. §. fin. ff. vt in poſ. ea.
nec per iuramētuʒ pbatur ſuſpicio. vt eſt caſus ſm Ang. de peru.
in. l. ſi creditores. ff. de priuile. credi. Et adde omnino notata per
Bar. in. d. §. ſi debitorē. in. l. aliã nec ſtat eius iuramēto ſi non pōt
14 ſatiſdare glo. no. eſt in lege. ij. §. ſi dubitatur. ff. de re iu. †Septimo
quero an appellatione actionis contineat officium iudicis dic vt
hic in gloſſ. fin. in princ. ⁊ plene per Barto. in. l. j. ff. de iuriſdi. om.
iud. vbi declarat quod triplex eſt officium iudicis. ⁊ an iudex poſ-
ſit interponere officiũ ſuuʒ a partibus nō petitum. ⁊ an in officio
iudicis requiratur libellus litis conteſtatio. de quo in. c. fin. extra
de officio iudicis. ⁊ verius eſt quod officium iudicis pprie loquē-

b ¶Legitiare. Idem tʒ hic. d. Are. in. iij. col.

do non eſt actio ſiue intelligas de officio quod eſt inductum in de
fectum actiōis. vt. l. quintus. ver. pomponius. ff. de annu. legatis
ſiue de officio qđ deſeruit actioni. vt. l. qui per colluſionem. in fi. ff.
de act. emp. ſed bene hʒ ſimilitudinem cum actione quia ſicut per
actionem ꝯſulitur agēti: ita impetrãti officium iudicis. ſʒ large ſu
mendo vt dicit gloſ. bene comprehendit ſub actione vt lege actio
nis verbo. ff. de actio. ⁊ oblig. Et hec gloſſ. tria facit. primo decla-
rat quid contineat appellatione actionis ſecundo ibi proponunt
hec verba declarat que actio hic diffiniatur vſqʒ in finem. Et adde
ad gloſſ. ibi tñ groſſe dici pōt. Nota quod groſſe ⁊ nude ſumendo
actionem conuentus reali pōt dici obligatus qđ no. pro reducēdo
teſtes ad cōcordiam ne incurrãt falſum. ⁊ ne de periurio notentur.
vt in. c. cũ tu fi. de teſti. ⁊ in. c. in preſentia. de pb. ⁊ quod no. in. l. ſti
pulatio iſta. §. hoc de verbo. oblig. in ea. gl. ibi. vel deberi ſperatur
hoc non vʒ per. l. non poteſt. ⁊. l. non quemadmodum. ff. de iudi.
nec etiaʒ ſequēs eſt tuta. ⁊ ideo dic ſi nō eſt defectus ex parte acto-
ris ſed rei: quia tunc non poſſidet ſed poſtea incepit poſſidere. tũc
facultas poſſidende actionis ſeu dirigende melius ſupponitur: ⁊
facit quod in eodem iudicio condēnet. vt in cōtrarijs. l. ſi autem.
§. j. ff. de rei vendi. ſed ſi eſt defectus ex parte actoris: tunc ſi ſuper-
uenit ius ex cauſa de preterito fit cōdēnatio. l. ſi rem. §. fi. ff. de pig.
acti. ſecus ſi ex cauſa noua. d. l. non pōt. ⁊ l. non quemadmodũ. Et
hoc verum quando actio fuit propoſita ſpecialiter. ſecus ſi gene-
raliter nulla cauſa expreſſa. vt in. c. abbate ſane. de re iudi. li. vj. Et
adde per Bar. in. d. l. non poteſt. ff. de iudi.

## Omnium actionum.

¶Hec eſt tertia pars in qua ponuntur diui-
ſiones actionum. Et principalis diuiſio actionum vſqʒ in finem
15 tituli eſt in ſex partes. †Primo diuiſio eſt quia omnis actio aut
eſt in rē aut in perſona. Secunda diuiſio eſt q2 omnis actio aut eſt
ciuilis aut pretoria. vt. j. eod. §. ſed iſte. Tertia diuiſio eſt q2 actio-
nes quedam ſunt penales quedam rei perſecutorie quedam mix-
te. vt. j. eod. §. ſequens. Quarta diuiſio eſt quod omnis actio com-
petit ad ſimplum: aut ad duplum: aut ad triplum ad quadruplũ
vt. j. eod. §. omnes autem. Quinta diuiſio eſt quod omnes actio-
nes aut ſunt bone fidei aut ſtricti iuris. vt. j. eodem. §. actionum
autē. Sexta diuiſio eſt qđ actiones quedam ſunt perſecutorie ſoli
di quedã nō. vt. j. eo. §. preterea. Sed communis diuiſio omnium
actionum eſt in duodecim partes. vt dicit gloſſ. j. eod. §. ſunt pre-
terea. iuxta finem: ⁊ has duodecim diuiſiones fecit Joã. in arbore
prima pars diuidit in tres ptes: q2 primo tractat de actionibus
perſonalibus. ſcđo ibi at cũ eo. tractat de realib⁹ q̃ competunt pro
rebus corporalib⁹. tertio ibi equa tractat de actionib⁹ realib⁹ q̃ cō
petũt p reb⁹ incorporalib⁹. quarto ibi qđ genus pōit differētiã in-
ter eas q̃ dant p rebus corporalibus ⁊ que dantur p rebus incor-
poralibus cum quadam exceptione. ⁊ iſte. §. h. d. vſqʒ ad. §. eque ſi
agat. Actio prout eſt genus diuidit in tres ſpēs quarũ prima eſt
actio perſonalis qua cōuenit qui tenet aliquali obligatione deſcē
dente ex contractu vel ex maleficio vel ex varijs figuris cauſarum.
Alia eſt realis qua conuenitur quis non q2 alique ex premiſſis cau
16 ſis ſit obligatus ſed quia rem corporalem poſſidet. ¶†Nota pri-
mo in verbo arbitros. qđ iudex ⁊ arbiter equiparant qđ intellige
quo ad obſeruationem proceſſus iudiciarij: vt lege. j. ff. de arbi. et
ideo ſicut corã iudice dʒ porrigi libellus continens ſpēm actionis.
vt in aut. offerat. C. de litis conteſta. ita ⁊ coram arbitro. vt hic in
gl. ¶Scđo not. ibi ſumma diuiſio. coniũcta gl. quod appellatione
ſimplicis continetur mixtum. ſimile in. l. j. ff. de interdic. et ibi per
Bar. qđ facit vt habēs priuilegium legitimandi naturales tãtuʒ.
b item etiam ſpurios poſſit legitimare b ſpurium ⁊ naturalem inſi
17 mul. de quo per Bart. in. l. j. in princi. ff. de ver. oblig. ¶†Tertio
no. ibi cũ eo qui obligatus eſt. qđ perſonalis actio que naſcitur ex
cōtractu vel ex maleficio vel ex varijs figuris cauſarum. i. ex quaſi
contractu vel ex quaſi maleficio. vt. l. j. in princip. ff. de ac. ⁊ obliga.
eſt que cōmittat in perſonã tã actoris quã obligati ⁊ eoꝝ heреduʒ
vniuerſalium qui fungunt eadē perſona cum defuncto vt in aut.
de iureiur. a moriente preſtito. in prin. col. vj. ⁊ ſic dicitur perſona-
lis tam reſpectu actoris q̃ꝫ rei: q2 nō egreditur perſonam actoris
vel heredis. vt hic in glo. in ver. in rē hinc eſt quod lʒ cedat actio
perſonalis alteri tñ directa actio non recepit a perſona cedentis
ſed ſolum tranſit vtilis vel exercitiũ directe: q2 adeo eſt affixa oſſi-
bus vt euelli non poſſit ſicut ſacramenta eccle. vt lege quis ergo ca
ſus. ff. de pecu. ⁊. l. iij. ff. pro ſocio. ⁊ ibi gloſſ. ⁊ in lege. j. C. de actio.
⁊ obli. ⁊ dic vt ibi per doc. Similiter nō egredit perſonã obligati
vel eius heredis hinc eſt qđ dicitur qđ obligatio nō ſequitur fun-
dũ ſed poſſeſſorem rei. vt. l. j. §. ſi heres. ff. ad treb. ⁊ lege eum. C. de
18 actio. ⁊ obl. ¶†Quarto not. ibi nullo iure obligatus eſt. coniun-
cta glo. quod actio realis nullam preſupponit obligationē ex par
te ꝯuenti. ⁊ ſic ille qui cōuenit actione reali vt rei ven. publiciana
⁊ ſimilibus lʒ teneatur ad reſtitutionē per officiuʒ iudicis: vt. l. q
reſtituere. ff. de rei ven. non tamen dicit aliquo modo obligatus
niſi largo ⁊ groſſo modo intelligas eum realiter obligatum: quia
groſſe ⁊ rude ſumendo actionem conuentus reali pōt dici obli-
gatus

gatus. Qͦ no. pꝛo reducẽdo teſtes ad cõcoꝛdiã ne incidant in fal-
ſum vt nõ noteñ piurij reatu. vt in. c. cũ tu fili. de teſtibꝰ. ⁊ in. c. in
pꝛeſentia. de ꝓbationibus. ⁊ qͦ not. glo. in. l. ſtipulatio iſta. §. hoc
quoqꝫ. ff. de verbo. obli. ⁊ ideo expone hic tex. dũ dicit nullo iure
ſ. ciuili vel naturali obligatione deſcẽdente ex cõtractu vel quaſi.
ſed ideo eũ cõuenio qꝛ rem meã detinet tenet ⁊ poſſidet: vt. l. offi-
cium. ff. de rei ven. ¶ Quinto not. ibi ⁊ poſſeſſoꝛ dñij ſe eſſe dicat.
qͦ licet reus teneaꝛ ꝓbare: vt. l. circa. ff. de ꝓbatio. licet autẽ reus
in ſe ſuſcipiẽs onus ꝓbandi nõ ꝓbet nõ tñ ideo ꝯdẽnaꝛ actoꝛe nõ
ꝓbãte. vt tenet gloſ. in. l. circa. ff. de ꝓba. ⁊ caſus in qͣbus reus pꝛo-
bat vide glo. in verbo ꝓbãte. extra vt eccleſia. beneficia. ⁊. l. ij. ff. de
19 ꝓba. † Ultimo cõclude in perſonali actiõe qͦ libellꝰ debet ꝯtinere
rem ⁊ cauſam ex qua: vt no. glo. in. l. j. ff. de edẽ. ⁊. l. certi cõdictio. ff.
ſi cer. peta. Ex eo ad dandũ ⁊ faciẽdũ. vt hic in tex. ibi dare aut fa-
cere ꝑ quã aduerſarius certificeꝛ qd petaꝛ. ⁊ iudex iuxta petita cõ-
foꝛmem ferat ſñiam: vt. l. põponius in negotijs. in fin. ff. de nego.
geſt. ⁊. l. vt fundis. ff. cõi diui. ⁊. c. ſepe. de verbo. ſig. in cle. ⁊. c. licet
heli. Hoc modo foꝛmando libellũ coꝛã vobis ⁊c. ꝓponit gaius ⁊
ſic dicẽs qͦ vendidit ⁊ tradidit tam rem titio pꝛo centum ⁊ qͦ di-
ctus titius pluries interpellatus ceſſauit, ⁊ ad pꝛeſens ceſſat dictã
quãtitatẽ dicto gaio ſoluere quare petit per vos ⁊ ꝑ veſtrã ſñiam
dictũ titiũ cõdẽnari ad dandũ dictã quantitatẽ ⁊ ipſum cõdẽna-
tum cõpelli ad ſoluẽdũ ipſi gaio vel alteri pꝛo eo recipiẽti: res au-
tem debet declarari ſꝫm. l. ſi in rem. ff. de edẽ. ⁊ ſic patet qͦ obliga-
tiones ad dandũ ⁊ faciendũ ſunt ſubſtãtialia ⁊ ꝑncipalia foꝛma-
lia actionis ꝑſonalis. ⁊ hoc vult iſte tex. Sed in reali vt in rei ven.
duo pꝛincipalia foꝛmalia que habet cõtinere libellus ſunt poſſeſ-
ſoꝛium ex parte cõuenti vt hic in ver. poſſideat. ⁊. l. j. C. vbi in rem
actio. ⁊. l. j. C. de alie. iudicij mutã. cã facta. vel etiã ſola detẽtatio:
vt. l. officiũ. ff. de rei vẽ. itẽ dñiũ ex parte actoꝛis. vt hic in v̾bo ſuã:
qꝛ illud diciꝛ eſſe meũ qͦ vẽdicare poſſum: vt. l. qñtus. §. argẽto. ff.
a de aur. ⁊ ar. lega. ⁊ cõcipiꝛ libellus [a] ſic in rei ven. Ago cõtra titiũ
qui indebite ⁊ iniuſte tenet ⁊ poſſidet talẽ rem quã dico ad me ꝑ-
tinere iure dñij: qꝛ tñ dictus titius ſepius interpellatꝰ reſiſtit ⁊ re-
cuſat dictã rem mihi dimittere ⁊ relaxare peto per vos ⁊ curiã ve-
ſtram declarari dictã rem meã eſſe ⁊ ad me ꝑtinere ⁊ ſpectare iure
dñij ⁊ veſtro officio dictã rẽ mihi reſtitui ⁊ libere relaxari de quo
ꝑ Bar. in. l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei ven. ⁊. l. põponius. §. ſed ⁊ is. ff.
de ꝓcu. Et aduerte qͦ petitio ⁊ ſentẽtia ſup actione reali debet eſ-
ſe declaratoꝛia non inductoꝛia dñij. vt. d. l. ex diuerſo. §. j. ⁊. l. ſicut.
§. ſi queraꝛ. ff. ſi ſeruitus vendi. † Quero qualiter ꝓbeꝛ verũ domi-
20 nium. dic ꝑ Bar. in. l. qui nobis. ff. de acq. poſ. vtile dñium ꝓbaꝛ ꝑ
vſucapionẽ. x. vel. xx. annoꝛũ. de quo per Bar. in auꝛ. niſi tercẽna-
le. C. de bonis mater. ⁊ adde glo. in. l. j. in pꝛinci. in verbo noſtre. ff.
de acqui. re. do. que ponit modos acquirendi dominiũ de iure ci-
uili. de quibus etiã ꝑ Bar. in. l. in rem actio. ff. de rei vendi. ⁊ vide
in ſpe. de loca. §. nũc aliqua. ver. cccl. ⁊ qualiter ꝓbeꝛ dñium ꝑſcri-
ptum vide per Bart. in. l. quidã in ſuo. ff. de cõdi. inſti. ⁊. l. titia. ff.
de ſolu. Qualiter autẽ ꝓbeꝛ poſſeſſio dic per Bar. in. l. celſus. ff. de
vſucap. ⁊ per Dyn. in. c. ſine poſſeſſione. de regu. iur. lib. vj. ⁊. l. ſiue
21 poſſidetis. C. de pꝛobat. † Quero an actiones perſonales poſſint
oꝛiri aliunde quam ex contractu vel ex maleficio. dic quod ſic ſci-
licet ex quaſi contractu vel ex quaſi maleficio. ⁊ ſic pꝛima opinio
quam ponit hic gloſ. in verbo alijs quibuſdam modis. eſt vera ſe-
cundum Barto. in. l. j. ff. eo. ⁊ dum gloſ. dicit quod condictio fur-
tiua eſt ex varijs figuris cauſarum. dic qͦ imo oꝛitur ex delicto. l.
ſi ambo. §. quoties. ff. de compenſa. et. l. ſi mulier. §. fina. ff. rerum
amotarũ. ſed eius natura eſt bene varie figurata: quia partim ſe-
quitur naturam contractuũ quia datur in heredem licet nihil ad
eum peruenerit. vt. l. ſi pꝛo fure. §. fina. ff. de condictione furtiua. ⁊
ibi eſt tex. ⁊ partim naturam delictoꝛum qꝛ datur noxaliter vt. l.
j. §. cũ ſeruus. ff. de his qui deie. vel effu. ⁊ ideo poteſt ſaluare glo.
quia aut conſideramus oꝛiginẽ condictionis furtiue. ⁊ eſt ex deli-
cto: aut conſideramus naturã eius condictionis et effectũ. ⁊ verũ
dicit hic gloſ. qꝛ ex varijs figuris cauſarum. Quid ſi lit. conteſtata
actoꝛ deſinat eſſe dñs an nihilominus procedetur ad cõdẽnatio-
b nem. dic qͦ non: [b] vt. l. ſi ſeruus. ff. de condi. furti. ⁊. l. tigni. §. ſi. ff.
ad exhibendũ. de quo per Saly. in. l. j. C. de alie. mutã. iudi. cauſa
fac. Sed quid econtra actoꝛ non erat dñs egit rei ven. poſtea pen-
dente iudicio factus eſt dominus an debeat ſequi cõdẽnatio. dic
qͦ ſic ſi actio fuit pꝛopoſita generaliter etiam ſi ſuꝑuenit ius qͦ
ab initio non competebat in. c. abbate ſane. de re iudi. lib. vj. ſed ſi
fuit pꝛopoſita ſpecialiter tunc aut ſuꝑuenit dominiũ ex facto anti-
c quo aut nouo. ſi ex cauſa de ꝑterito fit cõdẽnatio: vt. l. ſi rem. §. ſi. [c]
ff. de pig. act. ſecus ſi ex cauſa noua: vt. l. nõ quemadmodum. ff. de
iudi. ⁊ adde per Bar. in. l. nõ poteſt. ff. de iudi. et in. l. an eadem. §.
actiones. ff. de excep. rei iudi. Sed quid ſi poſſidẽs ab initio poſt-
ea dolo deſijt poſſidere poſt litem conteſta. an debeat ſequi condẽ-
natio cum variatur directa actio in vtilem. dic qͦ ſic per. l. ſi nauꝛ.
§. ſed ⁊ is. ⁊. l. qui petitoꝛio. ff. de rei ven. de quo ꝑ Bar. in. l. queqꝫ
22 ff. de aqua plu. arcen. † Sed queriꝛ an cõtra tantũ poſſidẽtem ciui-
liter poſſit dari rei vẽdi. dic qͦ ſic. vt. l. cuiuſcũqꝫ. §. j. ff. de vſufruc.
⁊ per Bar. in. l. põponius. §. ſi is. ff. de acq. poſ. ⁊ fiet miſſio in rem
ipſam: tñ non fiet pꝛeiudicium poſſidenti naturaliter niſi ſciat et
patiatur. vt no. glo. in. l. ij. C. vbi in rem act. exac. debe.

## Ea que ſi agat.

¶ Hic eſt tertia pars in qua ponit de actionibus realibus competẽti-
bus pꝛo rebus incoꝛpoꝛalibus pꝛo quibus dãtur due actiones. ſ.
cõfeſſoꝛia ⁊ negatoꝛia. Et pꝛimo tractat de confeſſoꝛia. ſecũdo de
negatoꝛia ibi cõtra quoqꝫ. tertio ponit vnã differẽtiã cũ exceptiõe
inter actiones reales que danꝛ pꝛo rebus coꝛpoꝛalibus ⁊ eas que
dantur pꝛo rebus incoꝛpoꝛalibus ibi. qͦ: genus. ⁊. h. d. Et qui ha-
bet ſeruitutẽ realẽ ⁊ perſonalem in pꝛedio ruſtico vel vꝛbano daꝛ
actio in rem que cõfeſſoꝛia appellaꝛ. neganti vero ſeruitutẽ cõpe-
tere daꝛ negatoꝛia. ⁊ inter iſtas actiones in rem que pꝛo rebus in-
coꝛpoꝛalibus cõpetunt ⁊ actiones in rem que pꝛo rebus coꝛpoꝛa-
libus eſt differẽtia: qꝛ iſte dantur poſſidenti: ille autẽ nõ poſſidẽti
nec detinenti niſi in duplicibus iudicijs in quibus poſſidenti da-
23 tur actio. hoc dicit vſqꝫ ad. §. ſed iſte. ¶ † No. igitur actio confeſ-
ſoꝛia ⁊ negatoꝛia dantur pꝛo ſeruitutibus perſonalibus que ſunt
quatuoꝛ vſuſfructus vſus habitatio ⁊ miniſterium ſeruoꝛum: vt
l. ſi quis binas. alias vnas. ff. de vſufru. ⁊ ibi glo. Et etiã pꝛo ſerui-
tutibus realibus tam ruſticis quam vꝛbanis. vt hic in tex. ⁊. l. j. ff.
de ſeruitu. in pꝛin. ⁊. l. pꝛedioꝛũ. item cõpetunt confeſſoꝛia ⁊ nega-
toꝛia pꝛo iuribus incoꝛpoꝛalibus tãtum. vt hic. ⁊. l. j. ff. ſi ſeruitus
ven. ⁊ etiã pꝛo iuribus incoꝛpoꝛalibus eccleſiaſticis. vt no. Inno.
de eo qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruande. c. j. ⁊ per bart. a
in. l. ſi pꝛius. ff. de ope. no. nun. licet qñ agitur de bñficio eccleſiaſti-
co poſſit hodie procedi cõtra cõtumacem ad diffinitiuã ſñiam li-
te non conteſtata: vt in. c. j. eod. titu. lib. vj. et plene per gloſſ. in. c.
contingit. de dolo ⁊ contuma. ⁊ hic ſcilicet qualiter vendiceñ di-
gnitates ſpirituales ⁊ tẽpoꝛales: ⁊ eoꝛum libel. et cum quis petit
decanatum pꝛepoſiturã epatũ comitatũ ⁊ marchiã. vide in ſpec.
24 de religioſis domibus. † Item cõpetunt iſte actiones cõfeſſoꝛia ⁊
negatoꝛia directis dominis tantũ ꝑdioꝛũ dominãtiũ ⁊ ſeruiẽtiũ.
vt. l. j. ⁊. ij. ff. ſi ſeruitus ven. ſed vtiles cõpetũt etiã pꝛo alijs pꝛo iu-
re ſuo vt creditoꝛi pignoꝛis vſufructuario emphyteote ⁊ ſuperfi- b
ciario. vt no. gl. in. l. iij. §. hec actio. ⁊ hic in gloſ. in ver. alteriꝰ. licet
Dy. repꝛobet eam in eo. qͦ glo. dicit de creditoꝛe ⁊ vſufructuario
cum non ſiut domini vel quaſi. ſed Bald. eam ſuſtinet in. l. ſi quis
vi. §. differentia. ff. de acqui. poſ. vt eis cõpetat ratione ſui iuris qͦ
habent in re. ⁊ diciꝛ cõfeſſoꝛia qꝛ pꝛoponẽdo eã confiteoꝛ ⁊ aſſero
verbis affirmatiuis ius mihi eſſe in re: puta quod altius non tol-
las vel qͦ per cãpum tuum vadã. ⁊ hec fuit opinio placentini. et c
vera quã glo. hic in verbo altius repꝛehendit. ⁊ male: quia imo di-
citur affirmatiua vel negatiua reſpectu ſuppoſiti. ⁊ non appoſi-
ti. nam illa eſt actio negatoꝛia licet pꝛoponatur verbis affirmati-
uis. ⁊ eſt gloſ. ſingularis in. l. fina. §. ſi. ff. de doli excep. ⁊ in clemen.
literas. de reſcrip. pꝛo quo facit: qꝛ ſenſus ⁊ non coꝛtex verboꝛum d
eſt attendendus. vt in. c. intelligentia. de verb. ſigni. ⁊ in. c. relatũ.
de pꝛeben. ⁊. j. q. j. marchio ⁊ baſilides. ⁊ pꝛo hoc confunditur pꝛa-
ctica aduocatoꝛum ſeu pꝛocuratoꝛum pꝛoponentium negatiuam
ſub verbis affirmatiuis puta quod eſt abſqꝫ eo mutauerit mihi
vel fuerim in tali loco. de quo per Barto. in. l. inter ſtipulantem.
25 ff. de verbo. obliga. ¶ † No. quod libellus in directa actione nega-
d toꝛia ⁊ cõfeſſoꝛia debet cõtinere quatuoꝛ [d]. pꝛimo qͦ agens dicat
ſe dominum. vt. l. ij. §. hec actio. ⁊. l. ⁊ ſi foꝛte. §. hec actio. ff. ſi ſerui-
tus ven. ſecundo qͦ aſſerat ſeruitutem cõpetere pꝛedio in ſeruitu-
te reali. vt. l. qui aliena. §. fina. ff. de nego. geſt. vel ſibi in ſeruitute e
ꝑſonali. vt. l. vti frui. ff. ſi vſuſfructus petatur. tertio quod alleget
ſe impeditũ ab aduerſario. ⁊ pꝛopter hoc agit ad intereſſe. vt. l. lo-
ci coꝛpus. §. in cõfeſſoꝛia. ⁊. §. ſi quis mihi. ⁊. §. competit. ff. ſi ſerui-
tus vendi. quarto qͦ petat tale ius ⁊ talẽ ſeruitutẽ declarari com-
petere ſibi vel pꝛedio. vt. l. ſi cui. §. ſed ſi queratur. ff. ſi ſeruitus vẽ.
e ⁊ hoc modo foꝛmatur libellus [e] in ſeruitute reali ⁊ confeſſoꝛia. di-
co qͦ ſum dominꝰ talis fundi vel domus. item qͦ eidẽ fundo vel
domui debetur ſeruitus a fundo vel domo titij vicini vel vicina
aquam ducendi vel tignum immittendi vel alia ſeruitus. item et
quod impedioꝛ et impeditus ſum a dicto titio vti dictis ſeruitu-
tibus. quare peto declarari ſeruitutem pꝛedictã pꝛedicto fundo
meo vel domui cõpetere: ⁊ dictũ titiũ mihi condẽnari ad. x. ratio-
ne intereſſe pꝛedicti impedimẽti: qꝛ in tanto ſum leſus. item vt de
pꝛeſenti patiaꝛ me vti. vt officio veſtro dñi iudicis caueat pꝛo fu- f
turo tꝑe de me nõ impediẽdo. ⁊ hec omnia debet ꝓnũciare iudex
in ſua ſentẽtia. ſ. declarare ſeruitutẽ deberi. ſcͩo condẽnare ad in-
tereſſe pꝛedicti impedimẽti pꝛeteriti. Tertio ad patientiã de pꝛe-
ſenti et hoc expedit iure actionis. quarto ad cautionem de futu-
ro: et hoc expedit ex eius officio. vt in text. nota. qui ponit hanc
pꝛacticam. ⁊ ibi per Bar. in. l. harũ. ff. ſi ſerui. ven. ⁊. l. vti frui. §. ſi.
f ff. ſi vſuſfructus petatur. In negatoꝛia autem ſic foꝛma libellum [f]
lus ⁊ lata culpa:iudicium vel quaſi nullã requirit induſtriã:perſo
ne non poſſunt expedire per ſubſtitutum niſi neceſſitas conſuetu
do vel conuentio aliud inducat.de quo per Bar.in.l.nemo eſt qui
ff.de duo.reis.⁊ per Ioã.an.in regula iuris.qui per alium facit.in
20 mercurialibus.li.vj.†In actione pro ſocio pro declaratione forme
communis libelli premitte quod actio pro ſocio datur in diuerſis
caſibus ⁊ ad diuerſos effectus.Quandoqꝫ datur ad ſocietatẽ con
tractã adimplendã ⁊ perficiendã.ſ.vt fiat ⁊ nominũ ⁊ rerũ collatio
in cõi ſecũdum cõuentionẽ ſocietatis:⁊ tũc intẽtatur ⁊ naſciṫ actio
pro ſocio incontinenti in iſta ſocietate.l.iij.in principio.ff.pro ſo
cio.Et not.in gloſſa in fin.in.l.tandiu.in fine.C.pro ſocio.Quan
doqꝫ danṫ ꝑſonales preſtationes vt ad impẽſas ⁊ fructus ⁊ cetera
dãna vt ſi feci impẽſas in re cõi ago ꝓ ſocio vt cõdẽneris ad dãduz
⁊ refundendũ mihi partẽ contingẽtem tibi de tãta expẽſa vel ſi oẽs
fructus recepiſti vt partẽ eorũ vel eorũ cõſumptorum eſtimationez
mihi exhibeas.l.ꝓ ſocio.ar.§.ſi tecũ.⁊.l.inter fructus.§.idẽ reſpon
dit ſociũ qui ceſſantis.ff.pro ſocio.⁊.l.ij.⁊.iij.C.eo.vel ſi intempeſti
ue renuncias ſocietati agam pro ſocio ad intereſſe meum.l.actione.
§.item ſocietatem.eo.ti.vel ſi aliter commiſeris dolum vel culpam
in ſocietate vt.d.§.item.⁊.l.cum duobus.§.venit.eo.ti.Et his caſi
bus poſſum agere contra te ſocium etiam durante ſocietate vt re
ponas in ſocietate quicquid debes:⁊ etiam petere vt annuatim re
uideanṫ rõnes vt appareat an in ea committas dolum vel fraudẽ
⁊ an teneas pecuniam ocioſam.⁊ ita intellige Saly.⁊ glo.in.d.l.tã
diu.⁊.l.actione.§.nõnunꝙ̃.ff.eo.ti.Qñqꝫ ⁊ tertio intentaṫ actio ꝓ
ſocio pro dirimenda ⁊ diuidenda ſocietate vt.d.l.tãdiu.⁊.l.eo.l.
itaqꝫ.⁊.l.actione.§.item qui ſocietatem.Nam cum actio pro ſocio
ſit generalis vt.d.l.pro ſocio.arg.poteſt peti quod ſocius condem
netur actione mandati ad rationem reddendam ⁊ reliquorum re
ſtitutionem pro parte ſocij vt.s̃.dixi in formatione libelli genera
lis.Ex predictis ergo patet quando naſcitur actio:quia pro ſocie
tate generali ⁊ eius ratione reddenda ⁊ commodo ⁊ incommodo
diuidendo non naſcitur niſi finita ſocietate:ſed pro ſpeciali nego
tio ꝓ ſocietate expediendo vbicunqꝫ equitas ſuadet exigatur etiã
durante ſocietate vt in glo.d.l.tãdiu.Item patet ad quid deṫ actio
pro ſocio:qꝛ qñqꝫ ad perficiendam ſocietatem:qñqꝫ ad diſtrahẽdã
21 ⁊ qñqꝫ ad preſtationes perſonales ſocietate durãte.†Itez ex predi
ctis ſecundum emergentiam ⁊ varietatem caſuum potes diuerſi
mode formare libellos.Nam in actiõe pro ſocio in ſocietate adim
plenda erit narratio ⁊ medium concludendi ⁊ contracta ſocietas
a ⁊ ratio communicandi res.Ideo tunc[a] dices contraxi ſocietatem
omniũ bonoruz vel certe negotiationis communiter exercende cũ
ſocio.Et qꝛ eſt conueniens qꝺ quilibet ſociorum ſuoruz adimpleat
ex parte ſua peto eũ condẽnari ad cõicandũ eius bona:qꝛ eſt ſociꝰ
omniũ bonorũ vel oĩa ſpectãtia ⁊ pertinẽtia ad dictã ſpeciẽ nego
tiatiõis rei.Probatur hec forma libelli in.l.j.in ſi.⁊.l.v.ff.ꝓ ſocio.
Sed in actione pro ſocio ad perſonales preſtationes debes libellan
do narrando ⁊ concludendo qualiter contraxiſti ſocietatem cũ ſo
cio.⁊ quare ipſe de dicta ſocietate precepit talem ⁊ talem rẽ vel tot
⁊ tales fructus:vel acquiſiuit talem rem ex rebus vel occaſione ſo
cietatis facta.Item petis eum condemnari ad dandum ⁊ in com
muni ponendum vel ſoluendum tantam quantitatem dicte expen
ſe pro ſua parte ipſum tangẽte ⁊c.Probatur hec forma in iuribus
22 allegatis.ſ.in ſecundo membro.†In actione autem pro ſocio gene
rali ſocietate finita diuidẽda formatur libellus.Ego contra titiũ:
⁊ dico qꝺ contraxi ſocietatẽ cũ eo oĩm bonorũ:vel certe negotiatio
nis:puta ad equos emendos:vel vecturam locandum vſqꝫ ad tale
tp̃s.Itẽ dico qꝺ dictus titius negotia dicte ſocietatis adminiſtra
uit ⁊ expenſas fecit ⁊ emolumẽta percepit.Item dico qꝺ dictũ tp̃s
dicte ſocietatis finitum eſt ⁊ dicta ſocietas completa.Quare peto
ipſum condemnari ad reddendum rationem geſtionis dicte ſocie
tatis ⁊ reliqua cõſignanda.⁊ cõmuniter vel pro partibus in initio
ſocietatis conuente diuidenda ⁊ aſſignanda ⁊c.Probatur hec for
ma in preallegata.l.pro ſocio.ff.eod.⁊ quod not.gloſſ.⁊ Barto.in
actione generali in.l.j.ff.de edendo.Contraxi ideo dicitur quia me
dium concludendi in actione pro ſocio eſt cõtractus ſocietatis pre
cedens expreſſe factus.l.j.§.j.ff.eod.vel tacite factus vt cum nepos
maior poſt mortem patris remanet in communione ⁊ ſocietate cũ
primo.l.cum duobus.§.idem papinianus.⁊.l.inter fratres.ff.eod.
In qua communione non veniunt niſi ea que in communione po
nuntur.de quo per Bar.in.l.titium ⁊ meuium.§.altero.ff.de ad
miniſtra.tutorum.Ideo ſi vnus ex eis emit aliquam rem nomine
proprio etiam ex pecunia communi non tenetur illam rem commu
nicare ſed pecuniam.l.ſi patrinus.C.cõia vtriuſqꝫ indi.⁊.l.ſi vnus.
§.j.ff.pro ſocio.quia actus agentium non operãtur vltra volũtatẽ

a ¶Ideo tũc. Vide domi. Pet.de ferra.in forma lib.ſocio.et do.Pe.Ia.in ti.de ſocietate.⁊ domi. Aret.hic in vj.col.ver.ſequiṫ in tex.⁊ ſeruat.d.areti.eundẽ modum procedendi ſicut do.Ioan.de platea hic.

eorum expreſſam vel tacitam.l.omnes.ff.ſi cer.pe.⁊.l.tutori.C.de ne
go.geſt.Si autem lucra fructus ⁊ omnia redigant in communi vi-
detur coita ſocietas.Item dicebat Oldradus inſimul habitatio
lucrorum in vnum collatio et eius qđ alter ſuper lucratur inuicem
non reddita ratio facit preſumi ſocietatem.l.plane.ij.ff.pro ſocio.⁊
arg.l.procula.ff.de proba.⁊.l.ſi ſeruus.ff.de dona.inter vir.⁊ vxo.⁊
quod notatur in.l.cum quid.ff.ſi cer.pe.⁊ in.l.qui dotem.ff.ſoluto
23 mat.†Sed quid ſi vnus poſuerit maiores fructus in communi ꝙ
alter vel vnus habet familiam magnam:⁊ alter eſt ſolus an debeat
haberi ratio iſtorum in diuiſione.dic quod non quia iure ſocieta-
tis fructus conſumpti intelliguntur per textum in.c.ſi duo fratres
in communi cauſa.in ti.de duo.fratri.de nouo bene.inue.de feu.ſe
cundum Ange.de peru.in.l.fi.C.de colla.Et idem conſuluit Bar.
in conſilio ſuo quod incipit Bonoñ.quidam habẽs filios.vbi de-
cidit quod ſi teſtator mandat filios ſuos debere communiter mo-
rari cum patruo vſqꝫ ad etatem.xxv.annorum intelligitur qđ fru-
ctus ⁊ redditus communiter expendantur.per tex.in.l.fi.§.lucius.
24 ff.de lega.ij.†Adde ⁊ no.quod ſi teſtator reliquit filios ex plurib⁹
vxoribus a quibus habuit dotes in pecunia:⁊ ab vna habuit pecu
niam ⁊ predium licet teſtator iubeat filios equaliter diuidere non
venit illud predium diuidendum:ſed erit proprium filijs illi⁹ vxo-
ris que illud dedit in dotẽ niſi teſtator ſpecialiter exprimat.ita de-
25 cidit in.l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de lega.ij.†Item quid ſi duo
fratres tenebant terras ad laborandum quorũ vnus habeat duos
filios magnos in poteſtate qui laborauerunt pariter an tempore
diuiſionis fructuum debet fieri diuiſio per capita vt ſic frater ha-
bens duos filios percipiat tres partes.⁊ alter vnam Bal.tenet qđ
ſic in.l.ſi patruus.C.communia vtriuſqꝫ indi.Nec obſtat filijs pa-
tria poteſtas qui poſſunt ex ſuis laboribus querere.l.cum oportet
26 in prin.in ver.ſi quis itaqꝫ.C.de bo.que libe.†Adde etiam quod ſi
vnus ex fratribus ſimul habitantibus poſt mortem patris reperi-
tur habere magnam quantitatem pecuniarum nec apparet vnde
habuerit quod p̃ſumitur habuiſſe ex bonis communibus ideo ve-
nit pecunia communicanda.ſecundum Saly.in.l.ſi patruus alleg.
in ſpe.de iudi.ſequitur ver.vt autem.⁊ verſi.quid ſi alter fratrum.
27 †Item non eſt omittendum quod no.Bar.in auť.quod locum.C.
de colla.quod illud quod filius conſumit in malos vſus in vita pa
tris de bonis paternis computatur ſibi poſtea in parte ſua tempo
re diuiſionis bonorum.Item quis debeat diuidere ⁊ quis primo
capere in diuiſione bonorum dixi.ſ.pro ſocio.§.j.vbi dixi de mul-
tis alijs queſtionibus.Sequitur in formula omnium bonorum.
ideo dicitur quia tribus modis poteſt expreſſa ſocietas contrahi.ſ.
omnium bonorũ.Itẽ certe negotiationis puta ad equos emendos
⁊ locandos vt.l.actione.§.j.ff.pro ſocio.Item in certa re ſpecialiter
vt.l.v.ff.pro ſocio.in prin.⁊ in.l.ij.ff.communi diuidundo.vbi pro-
batur quod eoipſo quod emimus rem communiter in dubio intel
ligitur nos eſſe ſocios in eadem re vt ibi no.Bar.Ad tale tempus
ideo dicitur quia ſocietas poteſt contrahi ad tempus ⁊ ex tempo-
re ⁊ ſub conditione ⁊ vſqꝫ ad vitam contrahentium:non autem in
perpetuum.ſ.pro ſe ⁊ heredibus ſuis in infinitum.l.j.ff.pro ſocio.⁊
l.nulla.eo.ti.Et ſic notatur quod licet regulariter obligatiões de-
functi tranſeunt ad heredes actiue ⁊ paſſiue.l.pacta ſucceſſoris.C.
de pac.⁊.l.ij.C.de heredi.acti.hoc tamen fallit in contractu ſocieta
tis qui non tranſit ad heredem etiam per pactum niſi ſit ſocietas
ad vectigalia aduehenda quia tunc tranſit ad heredem tribus con
currentibus.ſ.quod ſit ſocietas ad vectigalia.Secundo quod ſit
actum tam cum locatore ꝙ inter conductores.Tertio quod heres
ſit habilis.l.nemo poteſt.⁊.l.adeo.⁊ ibi not.l.cum duo.§.item re-
ſpondit ſocietatem.⁊.l.verum.§.in heredem.ff.pro ſocio.⁊ tunc in
telligitur ſolum de primo herede vt no.in.d.l.nulla.Tenetur tamẽ
heres ſi eſt habilis licet ſocietas non ſit per defunctum inchoata ex
28 plicare.l.heres ſocij.ff.eo.†Ideo dicitur tempus finitum eſt ſine iu
ſta cauſa:⁊ ſic intempeſtiue renuncians ſocietati patitur penã com
municationis a ſe acquiſitorum ⁊ perditione ſue partis queſitorũ
a ſocijs.l.ſed ⁊ ſocius.§.abſenti.⁊.l.actione.§.diximus.⁊.§.itẽ qui
ſocietate.ff.pro ſocio.Sed cum in cauſa puta ſi ſocius ſit rixoſus et
impatiens poteſt quis renunciare ⁊ ante tempus non obſtante.l.
pacto ſi conuenerit in fi.ff.pro ſocio.Et adde quod ſeptem modis
finitur ſocietas vt dixi.ſ.pro ſocio.§.cum autem.Et de forma libel
li in hac actione pro ſocio.vide in Spe.in ti.de iudi.§.generalia.et
per Roffre.in ti.de actione pro ſocio.de actione autem ex empto et
vendito:locato ⁊ conducto dicam.j.§.actionum.

1 ☞Actiones ex maleficijs deſcendentes quot ſint ⁊ que.
2 Actio furti penalis dicitur.
3 Actio vi bonorum raptorum mixta dicitur.
4 Actio legis aquilie mixta cenſetur.
5 Delinquens clam an puniatur grauius ꝙ qui palam.
6 Libellus qualiter in actione vi bonorum raptorum formetur.
7 Armatus dictio quid importet.
8 Armatus quis dicatur.
9 Eſtimatio qualiter probetur.
10 Libellus in actione legis aquilie quomodo formetur.
11 Actio legis aquilie duo capita cenſetur habere.
12 Occidere hominem liberum quo caſu liceat.
13 Actione aquilie quot modis agatur.
14 Libellus in actione directa legis aquilie qualiter formetur.

## Ex maleficijs etiam.

¶Dixi ſupra de actioni
bus rei perſecutorijs nõ
tã in rem ꝙ in perſonam excepta actione depoſiti in quatuor caſi-
bus tantũ.Et de mixtis que ſunt perſecutorie rei ⁊ pene ſimul hic
1 dicit ⁊ hoc intendit.†Actionum deſcendentium ex maleficijs que-
dam ſunt perſecutorie pene tantum vt actio furti:quedam mixte
tam rei ꝙ pene:vt actio vi bonorum raptorum:⁊ actio legis aqui-
lie:⁊ actio competens pro legatis relictis pijs locis retardata ſolu
tione vſqꝫ ad vocationem in iudicio.h.d.vſqꝫ ad.§.quedam actio-
nes.Adde ⁊ aliam actionẽ que finaliter eſt mixta ex accidẽti actio-
ne.ſ.quod metus cauſa.que datur contra non reſtituentem reꝫ per
metum acceptam in quadruplum infra annum vtilem:poſt annũ
vero in ſimplum.l.ſi cum exceptione.§.j.ij.⁊.iij.⁊.ff.quod met.cau.
vt hic in glo.in ver.traditam.Item adde conſtitutionem.l.ſi quis
in tantam.C.vnde vi.que punit per violentiam auferentem rẽ ſuã
vel alienã temerarie vel iuris ignorantia.de quo.ſ.dixi.vi bonorũ
2 raptorum.§.qr tñ.¶†No.igitur primo quod actio furti eſt mere
penalis quia datur tantum ad penam dupli pro furto non mani-
feſto.Nam domino rei ſubtracte competunt plures actiones ſcili-
cet actio furti ad penam contra furem tantum:⁊ condictio furtiua
pro recuperatione rei contra furem vel eius heredem.Item rei vẽ-
dicatio ⁊ actio ad exhibendum contra quẽcunqꝫ poſſidentem rem
3 vt plene dictum eſt.ſ.eo.§.ſic itaqꝫ.†Actio autem vi bonorum ra-
ptorum non eſt mere penalis ſicut actio furti:ſed eſt mixta.nam in
actione furti non eſt rei perſecutio ſed in actione vi bonorũ rapto-
rum non eſt mere penalis ſicut actio furti:ſed eſt mixta.nã in actio
ne furti non eſt rei perſecutio ſed in actione vi bonorum raptorum
ſic:que datur ad quadruplum infra annum ⁊ poſt annum in ſim-
plum.datur etiam actio furti manifeſti contra ipſum raptorem vt
4 hic in glo.in ver.quadruplo.¶†Secundo no.in ver.ſed ⁊ legis.ꝙ
actio legis aquilie eſt mixta.nam originaliter eſt rei perſecutoria ⁊
ex accidenti penalis:quia ſi negauerit datur in duplum vt.j.eo.§.
at ille.⁊.l.contra negantem.C.ad.l.aquil.vel ſi res plus valuit in-
fra annum vel.xxx.dies proximos.vt hic in text.nam actio.l.aquil.
habet tria capita.Primum datur contra occidentem hominẽ vel
aliud animal qđ numero pecudum continetur:⁊ datur quanti ea
res plus valuit infra.xxx.dies proximos vt.ſ.ad.l.aquil.§.tertio
capite.⁊.ff.eo.l.ſi ſeruus ſeruum.§.tertio capite.⁊ ſic patet qđ act.
l.aquil.dicitur penalis reſpectu.ſ.negotiationis:⁊ reſpectu mino-
ris valoris.¶Item no.in.§.ita mixta.⁊.§.ſed illa.quod differens
fraudulenter vel ſine iuſta cauſa ſoluere legatum relictum pio lo-
co ⁊ expectans ſtrepitum iudiciorum condemnatur in duplum
eſtimationis dicte rei legate de quo latius dicam infra in formula
5 huius actionis.in glo.in fi.†Dic cum queritur quis punitur magis
an delinquens clam vel palam.dic ꝙ in his que ſunt de genere pro
hibitorum in nullo caſu permiſſa nec aliquo iure vt futurum faciẽ-
dum tunc grauius punitur faciens palam ꝙ qui clam.Et ideo vſu
rarius manifeſtus magis punit̃ ꝙ occultus.Et diſputans de fide
catholica publice magis punit̃ ꝙ priuate diſputãs.extra de vſuris
c.qr in oĩbus.⁊ de homi.c.ex literis.⁊ cũ ex iniuncto.de hereti.C.de
ſum.trini.⁊ fi.catho.nemo.⁊ ibi per Cy.ſed in his que aliquo iure
permittuntur ⁊ aliquo prohibentur vt tutorem contrahere cũ pu
pilla.vt ſi fiat clam preſumitur mala fides.ſi autem palam preſumi
tur bona fides tunc factum clam grauius punitur.l.non eſtimo.ff.
de admi.tu.⁊.l.fi.ff.de ritu nup.Et ideo matrimoniũ in caſu p̃hi-
bito clam contractũ magis punit̃:qr preſumitur dolo contractum
vt.d.l.fi.⁊ filij inde nati ſunt illegitimi ⁊ inſucceſſibiles vt in.c.inhi
bitio.de clan.deſpon.vbi aũt fieret palam ⁊ ambo contrahẽtes vel
alter tantũ ignoraret impedimẽtum:tunc filij inde nati erunt legi
timi vt in.c.ij.⁊ penul.qui fil.ſint legi.⁊ tenet glo.in.c.cum inhibi-
tio.⁊ in.l.qui contra.C.de inceſt.nup.⁊ ibi per Bald.Clam autem
dicitur fieri qñ fit ſine ſolẽnitatibus requiſitis.l.ij.C.de his qui pu
bli.ra.pec.act.li.x.⁊ no.glo.in ver.clandeſtinam.in.d.c.cum inhibi
tio.Et ideo cum ſententia debeat publice ⁊ in loco maiorũ profer-
ri.l.pe.ff.de iuſti.⁊ iur.ſi feratur vocatis ſolum duobus vel trib⁹ te
ſtibus ⁊ alijs reiectis dicit̃ clandeſtine ⁊ occulte lata ſcđm gl.in cle.
j.de ſepul.in ver.publice.Et ſimiliter vbi mandatur a teſtatore clã
quod reſtitutio fiat filio ſuo ſpurio:tunc bona applicantur fiſco ſꝫ
ſi palam tunc applicantur venientibus abinteſtato ⁊ ſic magis pu
nitur vno caſu ꝙ alio.de quo dic per Bar.in.l.lucius.§.in teſtamẽ
6 to.ff.de le.j.¶†In actione autem vi bonorum raptorum ſic forma
tur libellus.Ago contra titium ⁊ dico quod de preſenti anno ⁊ mẽ
ſe dictus titius armatus ſpada lancea ⁊ cultello vel alijs armis ac
ceſſit ad domũ mee habitationis ſite in tali loco ⁊ ibi p̱ vim ⁊ vio
lẽtiã ablatiuã abſtulit ſciẽter ⁊ doloſe ⁊ rapuit mihi ibidẽ p̃ſenti aſ
ſiſtẽti ⁊ vidẽti talẽ rẽ tãti valoris ⁊ eſtimationis exiſtentẽ in bonis
meis ⁊ ſecũ aſportauit de dicta domo qđ voluit.Quare peto ipſuꝫ
cõdẽnari ad dãdũ ⁊ ſoluẽdũ quadruplũ eſtimationis dicte rei in

dicto

dicto quadruplo.ꝛ hoc ꝓ pene ꝛ noīe pena quã incurrit ex rapi-
na dicte rei incorrupte peto eũ cõdẽnari ſolũ ad triplũ eſtimatiõis
dicte rei.ꝓbaṫ.ſ.vi bonoꝝ raptoꝝ in pñ.ꝛ.ff.vi bono.rap.l.j. Et
procedit hec forma vbi res rapta fuerit in bonis actoris.i.in dñio
vel quaſi dñio cauſante publicianã vel vtile dñiuꝫ vt in ſuperficia-
rio.l.bonoꝝ.§.in bonis.ff.de ver.ſigni.nam res dr in bonis pro
qua nõ poſſidẽtes habemus act.ꝛ poſſidẽtes habemꝰ exceptionẽ.
l.rẽ in bonis.ff.de acq.re.do.ꝛ ibi bona glo. Si autẽ res rapta ſit
ex bonis.i.ex ſubſtãtia actoris.nã rõne dominij vel quaſi ſed rõne
cuſtodie:vt res cõmodata:locata:pignorata depoſita quando de-
poſitarius teneṫ de cuſtodia:vt.ſ.vi bo.rap.§.ſane.ꝛ.ff.eod.l.ij.§.
in hac.tũc debes cõcludere in libello reũ cõdẽnari ad quadruplũ
eſtimationis intereſſe actoris qd deſcẽdit ad dictã quãtitatẽ:vt di
cto.§.ſane.ꝛ.§.in hac. Et ſic patet qd actio vi bonoꝝ raptoꝝ nõ
ſolũ daṫ pro re ſua ſed etiã pro aliena pro qua actor ꝓtẽdit intereſ
ſe ſicut in actione furti:vt.ſ.de obli.que ex delic.naſ.§.furti.nam
hec actio cõcurrit cũ actione furti ſi tamẽ actũ eſt vna nõ põt agi
alia niſi in eo qd excedit.l.j.ff.vi bonoꝝ rap.de ꝑſenti anno ideo
dr qꝛ poſt annũ vtilẽ nõ datur hec actio ad quadruplũ ſed ſolũ ad
ſimplũ:vt.ſ.vi bon.rap.in prin. Et iſte annꝰ vtilis etiã hodie du-
rat nec corrigiṫ per.l.fi.C.de tẽpo.in integ.reſti. vbi impator loco
vtilis anni a ꝓtore ſtatuti ꝑfixit quadriẽniũ cõtinuum:qꝛ illud hꝫ
locũ in reſtõnibꝰ cõcedẽdis nõ in alijs vt eſt glo.ordinaria in ver.
7 annũ.ſ.eo.§.rurſus.¶†Itẽ dr armatꝰ hoc verbũ indicatiuum eſt
violẽtie ꝛ opaṫ qd ſi qs armatꝰ intret domũ alicuiꝰ ꝛ nemine ibi
exiſtente vt neqꝫ exiſtẽte ꝛ neqꝫ vidente res cui auferat ꝛ aſportet
qd nihilominꝰ poterit accuſari de robaria ꝛ nõ ſolum de furto.ꝛ
ſic vtraqꝫ actio cõpetit. Et ita ĩtellige glo.hic qd arma indicãt in-
tẽtionẽ eius fuiſſe velle violẽter auferre ſi ibi repiſſet reſiſtẽtem ꝑ
l.ſi qs ex domo.ff.de furtis.ꝛ dixi.ſ.vi bo.ra.in pñ.nã ex delatiõe
armoꝝ ꝑſumiṫ qs habere animũ maliuolũ:vt in glo.not.de pace
tenẽ.§.mercator.coll'.x. Et eo ipſo qd qs ſtat armatus cũ occiſori-
bus alicuius ꝑſumiṫ eis dare auxiliũ ſcdm Inn.in.c.cõtinẽtia.de
8 cle.percu.†Adde tamẽ qd nõ dr qs armatus licet habeat gladiũ
incidendũ panẽ ꝛ moderãdũ calamos.glo.eſt ſingularis in autẽ.
de armis.§.nũc aũt.coll'.vj. Et etiã dicit Io.an.de habẽte gladiũ
ad menſam vel ad coquinã.in cle.ne in agro.de ſtat.mo.ꝛ ibi glo.
in ver.arma.dicit qd ꝓhibitio armoꝝ nõ cõprehendit venientẽ
de foro. Per violentiã ablatiuã ideo dr:qꝛ ſi per violentiã cõpul-
ſiuã fuit res ablata ceſſat actio ex hoc edicto ꝛ daṫ actio qd metus
cauſa ad quadruplũ cõtra nõ reſtituentẽ:vt.j.eo.§.itẽ actio:quia
coacta volũtas volũtas eſt.l.ſi mulier.§.ſi metu.ff.qd metꝰ cã. Sciẽ-
ter ꝛ doloſe ideo dictũ eſt:qꝛ raptor doloſus puniṫ pena quadru-
pli ex edicto ꝓtoris.l.ij.ff.vi bon.ra. Sꝫ raptor temerariꝰ ſine do-
lo puniṫ cõdictiõe ex.l.ſi qs in tãtã.C.vnde vi.ꝛ.§.qꝛ tamẽ.ſ.vi bo.
rap.ſ.in amiſſiõe rei proprie vel eius eſtimationis ſi eſt aliena. Sꝫ
quare fur manifeſtꝰ punitur in plus quã raptor:qꝛ in furto nõ in-
eſt ꝓſecutio ſed in raptore ſic tamẽ cũ dicta.ſ.vi bono.rap.§.qua-
druplũ.ridiculũ eſſe qd raptor minꝰ puniaṫ quã clãdeſtinꝰ ſurre-
ptor. Dicit Odo.hoc eſſe duplici rõne. Prima eſt qꝛ raptor ſe pro
palat:ſed fur ꝓpalatur per alium.l.ij.§.in hac actiõe niſi.ff.vi bo.
ra.ſicut alias nũcius puniṫ ſe deferens.l.edicto.in prin.ff.de iure
fi. Secũda rõ eſt qꝛ raptor grauius puniṫ criminaliter quã fur:vt
j.de publi.iudi.§.iteꝫ.l.iulia.de vi publi.ꝛ aut.ſed reuocare.C.de
ſeruis fug.ideo in minori pena ciuili releuatur ar.eoꝝ q.ff.de in-
iur.potes addere ꝛ tertiã rõnem vꝫ hoc eſſe propter frequentiam
9 furtoꝝ:vt ſimiliter not.gl.in.l.honorarijs.ff.de actio.ꝛ obl.†Itẽ
duꝫ diciṫ ad dictã quãtitatẽ quero an dicta eſtimatio probaṫ per
teſtes:an vero per iurm:dic qd ad hoc vt ꝓbeṫ eſtimatio per iura-
mentũ in ciuili duo requirũtur.ſ.dolus aduerſarij:ꝛ difficultas
probationis:vt not.glo.in.l.actionibꝰ.ff.de in litem iurã. Si igiṫ
hic appareat res que poſſit eſtimari probaṫ per iuramẽtũ:vt d.l.i
actionibꝰ.ꝛ ibi per Bar. Et ideo dicit Inn.in.c.fin.qd metꝰ cã.ſi
depoſuit penes te valexiã cũ rebus ſigillatã ꝛ dolo ſiue fraude tua
reſtituaṫ deſigillata ſine rebus q propter dolũ ꝛ difficultatẽ ꝓba-
tionis rerũ nõ apparentiũ iurabo de vera eſtimatiõe rex:vt.l.j.§.
ſi citra.ff.de po.de quo dic per Bar.i.d.l.in actiõibus.ꝛ.l.ſi qñ.C.
vñ vi. In criminalibus autẽ cũ ſtatutũ imponit penam pro fur-
to vel robaria in duplũ eſtimationis rei non ꝓbatur per iuramẽ-
tum qꝛ in criminali debent eſſe ꝓbatiões luce clariores.l.ſciant.C.
de proba. Adde tamẽ qd lꝫ in iudicio nõ ſit ꝓbatum de vera eſti-
matione:tamẽ iudex ex officio ſuo ſubtili inueſtigatione debet in-
quirere ꝛ ſe informare.C.de ſen.que proferuntur pro eo quod in-
tereſt.l.j.ideo ſit cautus actor vt ſuper hoc iudicis officium implo
ret.ſecũdũ Bart.in.l.ſi qd ex pãphyla.ff.de le.ij.¶Ultimo no.qd
edictum vi bo.rap.habet tria capita pro duobus datur actio vi
bo.rap.in quadruplum ſi quãdo ſolus:vel coactis hoibus quis
violẽtiã infert pro tertio ſi quãdo quis in turba infert violẽtiam
tũc condẽnaṫ actione in factũ ad duplũ de quo dixi.ſ.vi bo.rap.
§.quadruplum. Remedia ꝛ prouiſiones penales ſunt a iure pro-
dita varia ꝛ diuerſa cõtra violentos inuaſores ꝛ ſpoliatores cum
quibus.l.extat.ff.quod me.cauſa.ꝛ ibi per Bartolum ꝛ.C.vnde
vi.per totũ.vbi ponit multas conſtitutiones quas cõmentauit in
fi.ſui operis.ꝛ inter cetera tene menti remediũ canonis reintegrã
da.iij.q.j.per que fit reſtitutio primo bonefidei poſſeſſori vel ſpo-
liato cõtra quẽcunqꝫ poſſeſſorẽ etiã nõ ꝓbata ſpoliatione.de quo
per Inno.in.c.ſepe.de reſti.ſpo. Et de forma libelli in hac actiõe
10 vide in ſpe.de rap.in prin.ꝛ odio in ti.de actio.vi bo.rap.¶†In
actione.l.aquilie pro intelligẽtia formationis ꝛ cõpoſitionis libel
loꝝ premitte tria euidẽtialia.primo qd pro dãno dato agiṫ diffor
miter ſeu diuerſis modis.nam qñ eſt dãnũ datũ a libero homine
vel etiã a ſeruo dño ſciẽte ꝛ nõ ꝓhibente cũ ꝓhibere poſſit:vt.l.ij.
ff.de noxa.agiṫ ac.aquil.ꝛ ita loquunṫ oẽs tituli.ff.C.ꝛ inſti.ad.l.
aqui. Si datum a ſeruo dño ignorãte ſeu ſciente ꝛ prohibere non
valente tũc agitur noxali ꝛ ita loquunṫ hoc caſu tituli de noxali-
bus. Si aũt damnum datur ab animali irrationali moto ex laſci
uia feruore cõtra naturã ſui generis quo caſu hꝫ etiã locũ noxalis
actio in factum vel de pauperie:vt.j.ſi quadrupes pauperiem fe.
dica.in prin. Et tunc habẽt locũ ti.ſi.ꝛ hic ſi quadrupes pau.fe.di-
ca. Si autem aliter dat dãnum nõ cõtra naturã ſui generis ſed ſe-
cundum naturam ſui generis.vt ſi pecora paſcunt herbã tuã tũc
habet locũ actio de paſtu peco.l.quintus.§.j.ff.ad.l.aqui.ꝛ.l.qui
11 ſeruandarũ.§.fi.ff.de preſcri.ver.ꝛ not.in.l.fi.ff.ad.l.aquil.†Se-
cundo premitte qd actio.l.aquilie habet hodie duo capita quoꝝ
primũ habet locũ quãtiplurimi res fuit ꝛ valuit.j.annũ retro qñ
eſt mors ſerui ſecuta vel alterius animalis quadrupedis qd pecu
dũ numero cõtineṫ. Et aliud caput habet locũ quãtiplurimi res
valuit.j.xxx.dies maxime preteritos quando quis nõ occidit vel
vulnerauit vel aliter leſerit ſeruũ vel quadrupedẽ pecudũ nume-
ro cõtentam:vel alia animalia occidit vel vulnerauerit vel aliter
damnum dederit vt.ſ.ad.l.aquil.in prin.ꝛ.§.tertio capite. Si qs
ergo occiderit canẽ tuũ teneṫ quãtiplurimi valuit.j.xxx.dies pro-
ximos ex tertio capite:nõ ex primo qꝛ nõ cõtineṫ numero pecudũ
gregatim paſcentiũ.ff.eo.l.quemadmodum.§.hac actione.ꝛ hoc
niſi fuiſſet canis mordens:qꝛ licitũ eſt tranſeunti ſe defendere a ca
ne mordente ꝛ inuadente ꝛ occidere:ſi aliter non valet ſe tueri.
12 †Cũ ꝛ liberum hominem hoc caſu occidere liceat.l.ſcientiam.§.
qui cum aliter.ff.ad.l.aquil. Et eſt glo.no.in cle.j.de homi.nec eñ
debes expectare te percuti:vt dicit glo.no.in.l.j.C.vnde vi.quam
melius eſt occurrere in tempore quã poſt exitum vindicare.l.j.C.
quãdo licet ſine iudi.ſe vin.facit.l.ſi quis ꝓcuratione.C.de appel.
vbi gl.dicit qd nõ appellaṫ a maxillata.teneṫ tñ qs ſuũ canẽ mor-
dacem tenere legatũ:vel teneṫ aliter de eo qui tꝫ vrſum ſimiam vel
aliud animal nõ ligatum vt ſic tranſeuntes ledere poſſit.l.j.§.ſed
ꝛ ſi canis.ꝛ.l.ij.in fi.ff.ſi quadru.pau.fe.dica.ꝛ.l.qua vulgo.ff.de
13 edil.edic.ꝛ.j.ſi quadrupe.pau.§.ceterum.ꝛ ibi dicã.†Tertio pre
mitte qd qñqꝫ igiṫ directa aquili.ſ.quãdo eſt datũ damnũ de cor-
pore in corpus:quãdoqꝫ agiṫ vtili aquil.ꝛ etiã in factũ que ſecũ cõ
currit.ſ.quãdoqꝫ eſt dãnũ datũ de nõ corpore in corpꝰ:vt ſi reclu-
ſi animal tuũ taliter vt fame periret vel ſe precipitaret vel ecõtra
de non corpore in corpus:vt ſi excuſſi manum tuã ꝓpter qd anu-
lus quẽ habebas in manu cecidit in mari. Qñqꝫ ꝛ tertio agiṫ qua
dã actione in factum ſubſidiaria.l.aquil.vt qñ miſericordia ductꝰ
diſſolui ſeruũ tuũ quẽ tenebas ligatũ timore fuge qui poſt diſſlu-
tionẽ aufugit:vt.ſ.ad.l.aquil.ſ.fin.ꝛ ibi not.gloſſ.in fin. Ex pre-
dictis patet qd ſicut ſunt diuerſa capita.l.aquil.ꝛ diuerſe ſunt eiꝰ
qualitates:quia qñqꝫ igitur directa:quãdoqꝫ ſubſidiaria:ita di-
uerſe ſunt variationes ꝛ narrationes ꝛ diuerſi ſunt modi conclu
14 dendi.†vnde in directa actione.l.aquil.ſic formatur libellꝰ. Ago
contra titium ꝛ dico quod ipſe dedit mihi damnum occidendo
ſeruum meum ſtichum anno ꝛ menſe preſentibus.item dico qd
dictus ſeruus meus valebat tempore mortis ſue.xx.tamen valuit
quadraginta infra annũ precedentẽ tẽpore mortis eiꝰ.ſ.tali mẽſe
ꝛ tali. Quare peto ipſum condẽnari ad dãdũ ꝛ ſoluendum mihi
ꝑ emẽdatiõe dãni mihi ꝑ eũ illati ex morte dicti ſerui dictã ſum-
mam quadraginta.ꝛ ſi negauerit peto cõdẽnari in duplum dicti
damni. Probatur hec forma.ſ.ad.l.aql.in prin.ꝛ.ff.eo.l.ij.ꝛ.l.cõ-
tra negantem.C.eod. Et not.qd pro ſeruo occiſo poteſt dominus
agere aquilia ꝛ cornelia de ſicarijs:licet ſimul ꝛ intentari nõ poſ-
ſunt:ſed demũ vna actio peracta alia intẽtatur.vt.ſ.de.l.aquil.§.
liberum.ꝛ ibi not. Occidendo ſeruuũ ideo dixi qꝛ tũc habet locũ
primũ caput.l.aqui.qtiplurimi valuit infra.xxx.dies:vt.ſ.dixi.
Si aũt non occideudo vel vulnerãdo vel aliud damnum dando:
tunc haberet locũ ſecũdum caput in quo fit cõdemnatio qtiplu-
rimi valuit infra.xxx.dies.vt.ſ.dixi. Et ſic patet qd in vtroqꝫ ca-
pite.l.aquil.habet oculos retro ꝛ a tergo reſpicit eſtimationẽ pre
teriti tẽporis ante dãnũ datum:vt dicit gl.in.l.ſi autem.§.ſi hõ.ff.
de rei vẽdi. Meũ ideo dixi.i.cuius dñium ſpectat ad me.l.quin-
tus.§.argento.ff.de aur.ꝛ argẽ.leg. Nam actio.l.aquil.datur ei.ſ.
ſoli domino.l.item mela.§.j.ff.ad.l.aquil.ꝛ ideo non datur cõmo
datario.d.l.itẽ mela.§.eum qui.licet ei datur actio de pauperie q
datur ad intereſſe.l.ij.ff.ſi quadru.pau. Et itellige quod datur do
mino.ſ.vero non ficto vt legatario ante aditã hereditatẽ.l.elegã-
ter.§.itẽ ſi ſeruũ.ꝛ.l.arbitrio.§.ſi dominꝰ.ff.de dolo.ꝛ.l.huic ſcri

ptare.ff.ad.l.aquil. Item datur domino vtili.i.emphyteote ⁊ ſup
ficiario.vt.l.cedere.§.fin.⁊ ibi Bar.ff.arbo.fur.ceſa. Si negauerit
ideo dictum eſt qd contra negātem datur in duplum.l.contra ne-
gantem.C.ad.l.aquil.⁊ ita admittitur hoc caſu libellus conditio
nalis: vt dixi.s.in actione depoſiti ad duplum. Item ideo dictum
fuit in ſeruum: q: ſecus ſi in liberum hominem quis damnum de-
derit ⁊ caſualiter occidat ex aliquo appenſo deiecto vel effuſo: nō
enim poteſt fieri eſtimatio quantiplurimi valeat anno preterito:
q: liberum corpus non recipit eſtimationem ſed condemnat᷑ re⁹
ad quinquaginta aureos ex culpa ſua. Si autem non occidat: ſed
aliter ledat ſeu vulneret condemnetur quantum equum iudici vi
debitur: ⁊ in expenſis curationis ⁊ operarum quibus caruit et ca
riturus eſt.ff.ſi quadru.pau.⁊.l.ex hac.ff.de hiſqui deiece.vel effu.
l.ſi.⁊.ff.ad.l.rhodi.de iactu.l.ij.§.corporum.vt.s.de ob.que ex qua
ſi delic.naſc.§.de eo.⁊ ibi dixi. De eo autem qui currēdo equum de-
derit damnum in corpore libero vt quia puellam tranſeuntem in-
teremit dixi.s.ad.l.aquil.§.impetu.q: fuit in culpa currendo ꝑ lo-
cum publicum vbi ſit frequentia perſonarum punitur non corpo
raliter ſed arbitrio iudicis extraordinarie.vt no.gloſſ.⁊ Bar.in.l.
reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de penis.⁊.l.j.§.diuus.ff.de ſica.et
dixi.s.ad.l.aquil.§.iniuria. Secus ſi non fuerit in culpa nec dabat
operam rei illicite: vt cum equus fractis habenis abiectoq; ſeſſore
feſtinanter currens puerum oppreſſit.vt in.c.cum dilectus filius.
de homi. niſi ſciuiſſet equi vitium vel bucca durum ⁊ ſe non ſuffi-
cere ad eius retentionem: q: tunc eſt in culpa.vt in.c.ſignificaſti.de
homi. Et de forma libellorum in aquil. directa ⁊ vtili ⁊ in factum
ſubſidiaria: vide in Specu.de iniurijs ⁊ damno dato.§.primo.⁊ ꝑ
Roffred.in titu.de directa actione.l.aquil.⁊ titul.de vtil.actio.l.
aquilie.

1 ☞ Actio ex teſtamento pro legatis dicitur penalis.
2 Libellus qualiter in actione pro legato formandus.
3 Sacerdos quo nōie agere poſſit pro legato ſue eccleſie relicto.
4 Legata non ſoluens quibus afficiatur penis.⁊ nu.ſeq.
8 Eccleſia minori eſt aſſimilanda.
9 Pena an poſſit ſimul cum intereſſe peti.
10 Relinquens deo eccleſie relinquere dicitur.
11 Fratres minores qualiter legatorum dicantur capaces.

**Item mixta.** ¶ Licet ſit ſummatus cum precedenti-
bus: tamen dic qd ibi ponitur actio mi
xta.ſ.perſecutoria rei ⁊ pene: ⁊ iunge.§.omnes autem.in ver.ſed il
1 la.cum iſto.§.† ⁊ dic ꝙ hec actio ex teſtamēto pro legatis ⁊ relictis
venerabilib⁹ locis eſt penalis in duplici capite.ſ.ſi conuentus ne-
get talia legata fuiſſe facta vel etiam ſi confiteatur ⁊ ſcienter ꝓcra-
ſtinat ⁊ differat ſoluere quouſq; iuſſu iudicis conueniatur. vt.s.
2 ver.ſed illa. † In ea ergo actione pro legato relicto venerabili loco
ſic formatur libellus. Ego cōtra titium ⁊ dico ꝙ ſtichus fecit teſta
mentum in quo dictum titium ſuum fecit heredem in quo legauit
decem tali eccleſie. Item dico qd poſt mortem dicti ſtichi dictus ti
tius adiuit vel ſe immiſcuit in dicta hereditate. Item dico quod
ſepius interpellatus dictus titius qd ſoluat illa decem denegauit
⁊ denegat illa fuiſſe relicta.⁊ ſi confiteatur dic ⁊ licet illa confiteatur
tamen ſcienter ⁊ ſine aliqua iuſta cauſa procraſtinat ⁊ diſtulit ſol-
uere illa quouſq; de veſtri iudicis mandato ⁊ commiſſione feci co-
rā vobis ipſum citari pro dicto legato ſoluendo quare peto ipſum
titium veſtra ſententia condemnari ad dandum ⁊ ſoluendum mi
hi ſacerdoti ⁊ rectori eccleſie dicte duplum dicti legati videl; ipſa
decem legata eccleſie ⁊ alia decem pro pena per ipſum titium incur
ſa ex negatione vel procraſtinatione dicti legati ſolutionis. Pro-
batur hec forma coniuncto hoc.§.omnes autem.verſ.ſed illa.j.eo.
3 ¶ † Et no. qd ſacerdos ſecularis habens adminiſtrationem ſue ec
cleſie poteſt agere tam nomine ſuo ꝗ̄ nomine eccl'ie ſue.vt dicit In
nocen.in.c.edoceri.de reſcri. ſecus autem in clauſtrali ſacerdote q:
non ipſe ſed Abbas ſeu ſyndicus agit ⁊ conuenitur.vt in aut.cau
ſa que ſit cum monacho.C.de epiſc.⁊ cleri.⁊ pro officio dignitatis
vel obedientie.vt in.c.cum deputati.de iudic.in eo ꝙ dicit fecit te-
ſtamentum. idem autem etiam ab inteſtato: quo caſu valent legata
ad pias cauſas etiam coram duobus teſtibus ſecundum opi. Bar.
in.l.j.C.de ſacroſan.ecc. de quo vide in Spec.de inſtru.edic.§.nunc
vero aliquid.ver.pene. ꝙ ex eo teſtamento l; regulariter nō valeāt
legata ſi non aditur hereditas niſi in caſibus notatis in.l.eū quē.
C.de fideicom. Adiuit vel ſe immiſcuit. ideo dicitur q: tex.hic ⁊ in
d.§.ſed illa.loquitur de herede negante vel procraſtinante: ideo ſi
non adiuiſſet vel ſe immiſcuiſſet non poſſet conueniri vt heres: nā
etiam in teſtamento requiritur aditio vt legata confirmentur: vt
no.in.l.qui filio.§.j.ff.de here.inſti. vel aliud qd loco aditionis ha-
beatur vt adiectio bonorum cauſa piorum legatorum confirman-
dorum: vt.s.de eo cui libe.cā.⁊ ſecundum Bar.in.d.l.tanꝗ̄. Caſus
autem in quibus debentur legata l; nō adeatur hereditas dixi in
verſibus in dicto ti.s.de eo cui libe.cā. Item dum dicit denegauit
intellige fraudulenter ſine iuſta cauſa vt no.gl.hic.⁊ poteſt legata
rius arctare heredem ad iurandum vel ſoluendum.vt.s.de fidei-
4 com.miſ.heredi.§.ſi.⁊.C.de fideicom.l.ſi. † Et no. qd contra nō ſol-
uentem legata inducte ſunt varie pene: q: ſi quis patitur ſe mone-
ri ꝙ ſoluat legata ⁊ poſtea differat per annum priuatur omni com
modo hereditatis excepta legitima iure nature debita ⁊ deuolui-
tur hereditas ad perſonas nominatas in aut.hoc amplius.C. de
fideicom. ſi fuerit negligens minus anno requiritur bina monitio
vt priuetur omni commodo vt in aut.l;.⁊ in corpore vnde ſumitur
C.de epi.⁊ cle. Item poteſt heredi non ſoluenti interdici admini-
5 ſtratio rerum cum fructibus.vt in.c.ſi heredes.de teſta. † ſed in le-
gatis relictis eccleſijs ⁊ alijs venerabilibus locis vt xenodochijs.i.
hoſpitalibus quorum diuerſa ſunt nomina ſecūdum diuerſas ope
rationes: vt in.l.ſi.C.de ſacroſan.ecc.⁊.xxiij.q.vlti.c.ſancimus. tūc
heres ex ſola negatione in qua perſeueret vſq; ad ſententiā vel etiā
ex confeſſione ſi tunc ſit facta retardatio vſquequo cōueniatur ad
iudicium condemnatur in duplum vt hic.⁊.d.ver.ſed ⁊ illa.⁊ idē
in fideicom. negantibus ⁊ retardantibus ſoluere dicta legata quā
do habentur loco heredis.l.nulli.C.de epi.⁊ cle. Et idem etiam in
legatarijs grauatis ad hec legata ſoluenda pijs locis vt hic in glo.
j. Et hoc priuilegium habent ſolum iſta legata relicta venerabili-
bus locis vt habent etiam aliud priuilegium vt indebitum eis ſo
6 lutum non repetetur: vt hic in gl.in ver.diſtulerit. † in qua dicit ibi
fraudulenter ꝙ preſumitur hoc caſu niſi heres probet iuſtam cau-
ſam retardationis l; alias qui dolum allegat dolum probare tene
tur.l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba. Debet tamē ſibi dari aliqua
le ſpacium ad ſoluendum: vt.l.ſi quis filium.§.j.ff.de colla.bono.
¶ In eadem gloſſa ibi: ⁊ fructus rerum. dic de hoc vt.l.gaius.§.
j.ff.de vſuris. Item ibi ar. contra de edil.edic. dic ſed ibi quo ad vi
ctum animum purgandum qd per penitentiam non purgatur ſi
hoc quo ad penam euitandam. Et intelligit Jo.fabri hāc queſtio
glo.ſ.quādo heres primo negauit ⁊ poſtea confitetur qd euitet pe-
nam dupli eſſe verum ſi actor nitatur ex confeſſione ſua ⁊ per eam
velit probare legatum relictū. Sed ſi nitatur ex procraſtinatione
heredis et velit probare per teſtes ⁊ inſtrumentum legatum eſſe:
tunc ſiue neget ſiue confiteatur incidit in penam ex procraſtinatio
ne: vt.d.§.ſed ⁊ illa.⁊ idem dicit Bart.in acqui.in.l.eum qui.ff.de
iureiu. Item in eadem glo. ibi quid ſi confeſſus poſtea negat hanc
opinionem etiam intelligit Joā.fab. quando heres fuit confeſſus
extra iudicium ⁊ poſtea in iudicio negat ita ꝙ onerat actorem ad
probandum eius confeſſionem. Si autem fuiſſet confeſſus in iudi
cio ſibi preiudicaret ſecundum materiam.l.j.C.de confeſ.⁊ ꝑ Bar.
in repetitione.l.generaliter.de non nume.pec. Item intellige hāc
queſtionem quando actor vult niti ex confeſſione: ſecus ſi ex retar
datione vt dixi in precedenti queſtione. Item intellige quando nō
fuit facta erronea alias excuſaretur.l.ij.ff.de confeſſ.l.qui ſeruum
ff.de interro.act. vel etiam ſi eſſet dubius.l.debitor.ff.de peti.here.
niſi eſſet dubietas ⁊ ignorantia craſſa ⁊ ſupina: vt not.in.c.vaſal-
lus.ſi de feudo controuerſia fuerit.colla.x.in ea.gloſ.ibi in eo.§.at
ille. dic melius facit.l.penul.ff.de his qui.vt indig.⁊ intellige quā-
do actor vult reum condemnari tanꝗ̄ negauerit. Secus ſi ex pro-
7 craſtinatione.vt.d.§.at ille † in eadem glo. no. hanc gloſſ. bene que
vult ꝙ non ſolum vbi pena debetur fiſco qui nō poteſt ſoluere luat
in corpore: vt no.in.l.ſi quis id qd.§.in ſeruo.ff.de iuriſd.om.iudi.
ſed etiam vbi pena debetur parti: nec cauſa eſt ciuilis.vt hic ⁊ di-
cto.§.⁊ in ſeruos. intellige tamen hoc quando doloſe procraſtina-
uit nec eſſet ſoluendo: q: tunc punitur in corpore: ſcilicet q: detru-
ditur in carcerem nec liberatur cedendo bonis.l.ſi.ff.de his que in
fraudem credito.facit.l.ſi quis filium.§.ſi.in ſi.ff.de colla.bo. alias
ex ſimplici mora non puniretur in corpore.ar.l.ſi procuratorem.§.
ſi ignorantes.ff.man. l; pro dolo commiſſo in contractu quādoq;
quis puniatur corporaliter ſi non eſt ſoluendo.l.quod ſi minor.§.
ſi ſeruus.ff.de mino. ¶ In gloſſ. ſuper ver.in iudi.confe. hec.l. que
8 dicit de hoc eſt caſus.j.eo.§.ſeq.ver.ſed.⁊ illa. ¶ † In ea.glo. ibi ad
inſtar minorum dic: nam eccleſia ⁊ minor equiparantur.vt no.l.ſi
vt proponis.C.de rei vēdicatio.⁊.l.ſecūda.§.quando ex acto tu.l;
nō equiparant᷑ quo ad tēpus reſtitutionis cōcedende vt in.c.j.⁊
ij.de in integrū re.li.vj. S; nūqd hoc legatum duplicat᷑ cū omni
intereſſe.ſ.fructuū ⁊ vſurarū. dic qd nō ſed ſolū ipſa res vel pecu-
nia legata vt hic in tex. ibi tūc enim ⁊ ipſam rem. licet ſecus in actio
ne furti.l.in furti actione.ff.de furt. ⁊ in actione legis aquilie. vt
9 nota.in.l.contra negantem.C.ad.l.aquil. † Item an poſſit peti pe
na ⁊ intereſſe. dic quod ſic: q: cum hec ſit pena legalis quo caſu pōt
peti res ⁊ pena.l.ſi pro fure.§.ſi.ff.de condi.fur. l; ſecus in pena cō
uentionali vt.l.apud celſum.§.labeo.ff.de doli excep. niſi ſit dictū
rato manente pacto.l.qui fidem.ff.de tranſac. Item quid ſi teſta-
tor appoſuit penam an ceſſabit hec legalis pena dupli. dic qd non
ſed tamen vtraq; exigi non poterit: vt in ſimili no.glo.vt.l.ij.C.de
10 iure emphy. ſecundum Jo.fa. † in eadem gloſ.in ſi. dic ꝙ ſi aliquis
relinquit deo videtur relinquere eccleſie ſui domicilij. Si relique-
rit ſancto: puta ſancto Martino ſi ſit aliqua eccl'ia in ciuitate vel
territorio que ſic vocatur: ⁊ videtur relictum pauperiori.vt in au-
tenti.de eccleſiaſticis ti.§.ſi quis in nomine.col.ix. Dicit tñ Bart.
in li.j.minorum quem fecit in fauorem fratrum minorum.ver.po
ne qd aliquis qd vbi inſtituitur vel relinquitur eccleſie alicuius
ſancti

ſancti que in territorio non reperitur epiſcopus dʒ capere illud ⁊
exponere in laudem ⁊ reuerentiam illius ſancti: qꝛ lʒ non ſubſiſtat
11 eccleſia tamen ſubeſt cauſa.ſ.laus ⁊ reuerentia eius. †Sicut cum re
linquitur hereditas vendenda ⁊ diſtribuenda inter fratres mino
res pro eorum neceſſitatibus: lʒ enim eorum perſone ſubducātur ⁊
pro non ſcriptis habeantur: qꝛ ſunt incapaces vt in cle.exiui de pa
radiſo.de ver.ſig.tamen ſubeſt cauſa propter quam teſtator legat
ſ.paupertas ⁊ neceſſitas: puta neceſſitas tunicarum: librorum et
infirmitatum eorum qꝺ ſufficit.l.ciuitatibus.⁊ de leg.j.⁊.l.ſi quis
ad declinādam.C.de epi.⁊ cle.lʒ nō valeret inſtō ſi quis ſimpl'r in
ſtitueret fratres minores vel vnū ex eis: vt tʒ idem Bart.d.l.j.⁊ in
d.c.quidam in teſtō.Quid aūt de relicto ſacerdoti alicuius eccleſie
an ſibi vel eccleſie videatur relictū.gl.innuit ꝙ eccleſie in.l.annua.
§.titia.ff.de annu.le.qꝺ vr̄.l.mittendū.in.c.requiſiſti.de teſt.qꝛ ſi cō
iuncto vel diu amico ſit relictum: tunc deť ſacerdoti.ſi aūt ab extra
neo tunc detur eccleſie.de quo per Bar.in.l.ciuilibus.ff.de re.du.⁊
per Saly.in.l.non plures.C.de ſa.ſan.ec.⁊ in glo.no.⁊c.


1 ☞ Actio mixta in iure tribus modis ſumenda.
2 Actiones mixte que ſint.
3 Actio familie herciſcunde inter quos locum habeat.
4 Actio finium regundorum quando locum habeat.
5 Actio familie herciſcunde quare ſic dicatur ⁊ mixta cenſeatur.
6 Actio familie herciſcunde quanto duret tempore.
7 Actio familie herciſcunde cui competat.
8 Actio familie herciſcunde ad quid detur.
9 Nomina debitorum non diuiduntur.
10 Sepulchrorum iura non diuidenda.
11 Libellus in actione familie herciſcunde qualiter formetur.
12 Libellus an debeat omnes res hereditarias ſpecificare.
13 Actio familie herciſcunde in quo conueniat cum actione commu
ni diuidundo.
14 Actio familie herciſcunde in quibus ab actione communi diuidū
do differat.
15 Tutor an poſſit iudicijs diuiſorijs agere.
16 Vaſallus ⁊ ſimiles dominium habentes an poſſint diuiſoria inten
tare iudicia.
17 Libellus in actione communi diuidundo qualiter formetur.
18 Specificari an debeat qꝺ diuidi petitur.
19 Minor quo ad quid ad diuiſiones prouocare poſſit.
20 Actio finium regundorum cui competat.
21 Predia vrbana in quo a ruſticis differant.
22 Actio finium regundorum ad quid ⁊ pro quibus detur.
23 Limites iuriſditionum qui ſint.
24 Actio finium regundorum contra quem detur.
25 Officium iudicis quale in terminorum impoſitione.
26 Libellus in actione finium regundorum.
27 Petitio hereditatis an ſit actio mixta.


**Quedam actiones.** ¶Iſte.§.ſcðm Dy.⁊ gl.ad
dicit ſm membrū ad primā
diuiſionem que poſita fuit in principio huius tit.vbi dictū fuit ꝙ
omnium actionum quedam in rem ſunt quedam in perſonam.vñ
qꝛ quedā ſapiūt naturā realiū ⁊ perſonaliū ⁊ iſte appellanť mixte:
ideo de his hic dicit. Vel ſm Io.fa.in precedēti.§.de mixtis actio
nibus rei ⁊ pene: nunc vero de mixtis tam in rem q̄ in perſonā. Et
diuidiť in tres partes. Primo ponit dictū gñale. Scðo illud p exē
pla declarat. Tertio ponit que poſſunt eſſe partes iudicis in iſtis
actiōibus. Scða ibi: qualis eſt. Tertia ibi: in quibus iudicijs.⁊c.
1 †Et hoc dicit ꝙ actio mixta ſumitur in iure tribus modis. Aliqñ
dr̄ mixta que datur ad rem ⁊ penam.vt.ſ.in precedenti.§. Aliquā
do dr̄ mixta in qua vterqꝫ litigatorum eſt actor ⁊ reus ⁊ ſic ſumitur
in iſtis tribus iudicijs: fa.her.fi.re.communi diui.vt.l.in tribus.ff.
de iudicijs ⁊ interdicto vti poſſidetis: qꝛ ſimiliter poteſt appellari
mixtum.vt.j.de interdic.§.duplicia. Tertio ſumitur actio mixta.
id eſt que ſapit naturam realium ⁊ perſonalium actionū.vt in hoc
§.⁊ vltra iſtas tres actiones poſitas hic in tex.ſunt plures alie mi
xte tam in rem q̄ in perſonam que ponunť hic in glo.in ver.actio
2 nes. †Et iſte.§.hoc intendit: actio.fa.her.communi di.⁊ fi.re.ſunt
mixte: qꝛ ſapiunt partim naturam realium ⁊ partim naturam pſo
nalium in quibus ſi res poteſt equal'r diuidi ⁊ equal'r p diuiſo aſſi
gnari equal'r fiat diuiſio ⁊ aſſignatio nō pōt tūc iudex aſſignabit rē
vel maiorem partem vni quem condemnabit alteri in certa quāti
3 tate pecunie.h.d.vſqꝫ ad.§.omnes. †Et hʒ locum act.fa.her.inter
coheredes pro diuidenda hereditate communi vt hic.⁊.l.j.ff.fami.
her.ſed communi diui.hʒ locum pro diuidendis alijs rebus cōmu
nibus et etiam particularibus rebus hereditarijs communibus
vt hic in gloſſ.in ver.communem.⁊.l.quibus.ff.p ſocio.nō autem
p alijs rebus nō communibus vt res cōmodate ⁊ depoſite veniūt
in iudicio fa.her.ſʒ cōi nō di.vt.ff.fa.her.l.inter coheredes.in prin.
Eſt ergo differentia inter actioneʒ fa.her.⁊ cōi di.qꝛ illa datur pro
ſingulis rebus diuidendis: iſta autem pro vniuerſitate ⁊ heredita
te diuidenda. Item hec pluries: iſta ſemel intentari poteſt tantum
vt nota.ſ.de obligatio.que ex quaſi contractu.§.idem iur.de quo
4 latius dicam.j.in contractu de actione communi diui. †fi.re.actio
datur vbi eſt queſtio finium in predijs ruſticis tm̄ vt.ff.fini.re.l.ij.
nam iudex dʒ mittere agrimeſſores vel etiam ipſe vna cum eis pſo
naliter accedere vt res ſubijciatur oculis: ⁊ ſm eorum relationē iu
dicare ⁊ terminare: vt.l.ſi irruptione.§.ad officiuʒ.ff.fi.re.⁊.l.iij.C.
eod. Dʒ tales primo agrimeſſores iurare bene ⁊ fideliter facere ſibi
iniunctum ſicut arbiter ⁊ alij electi iurāt.vt.l.hac edictali.§.his il
lud.C.de ſecun.nup.lʒ gl.innuit contrariū ⁊ male.vt.l.j.in prin.ff.
de ven.inſpi.vbi aūt non pbantur noui termini agrorum ſtať an
tiquis.l.in finalibus.ff.fi.re. Et in iſtis tribus iudicijs vterqꝫ ſuſti
net partem actoris ⁊ rei.vt.l.inter coheredes.§.qui familie.ff.fa.
hercis.⁊.l.in tribus.ff.de iudi.⁊ etiam in interdicto vt poſſidetis.
5 †Nunc venio ad actionem fami.her.⁊ peto ſiue quero quare ſic vo
cetur ⁊ quare dicetur mixta.reſponde vt hic in glo.in prin.qꝛ diciť
fami.her.i.hereditatis diuidende.⁊ ſic oportet ꝙ intentans hanc
actionem confiteať ſeu non obijcietur ab aduerſario ꝙ nō ſit heres
alias oportet qꝺ ante omnia hoc diſcutiatur a iudice qꝛ alias non
daretur ei hec actio.l.j.⁊.l.heredes.§.queſitum.ff.fa.her. Quid au
tem ſi non ſit diſcuſſum ſed in proceſſu litis agens hoc iudicio pro
bat ſe heredem an ſufficit.tʒ hic Io.fa.qꝺ ſic ꝙ reus non inſiſtendo
vr̄ exceptioni ordinis renunciare.pro quo facit qꝺ not.in.l.fi.ff.de
anna.excep.⁊ qꝺ no.Inno.in.c.examinata.de iudi. Et dr̄ mixta qꝛ
veniunt reales ⁊ perſonales preſtatiōes.nā in re communi in qua
libet eius particula quantūcūqꝫ minima partim habeo iure meo ⁊
partim iure ſocij qꝺ magis vr̄ intellectu demōſtratione concipi po
teſt.vt no.d.l.meminimus.§.duobus. Et ſimiliter hʒ ſocius reſpe
ctu eñ eius qꝺ eſt iuris mei vendicandi dr̄ realis reſpectu eius qꝺ
iure ſocij mihi dandi dr̄ perſonalis: dr̄ etiā perſonalis ſi ago p par
te mihi debita contra ſociū qui percepit oēs fructus rei cōis vel vt
ſoluat mihi ſuam partem expenſe quam feci in re communi vt de
clarat hic gloſ.⁊ in.l.j.ff.fin.re.⁊ idem in communi diuidundo qꝛ
regulariter qꝺ ſtatuitur in vno iudicio ⁊ in alio lʒ in multis diffe
rant.vt dicit glo.in.l.ſi quis putans.§.officio.ff.cōi diui.⁊ idem in
6 actione fi.reg.vt declarat glo.in.d.l.j.ff.fi.re. ¶†Scðo quero quā
a to tpe durat actio fa.her.dic ꝙ.xxx.annis.[a] vt dicit gl.qui anni in
cipiunt a die adite hereditatis quo tpe res incipit eſſe communis:
ſ.de ob.que ex quaſi contractu.ff.idem iur.⁊ inuicem incipiunt ſe
obligare.ff.fa.herci.l.j.⁊ hoc tʒ Ioā.fa.cum igitur pſcribatur huic
actioni nō dñio rerum: ſed diuiſioni fiende ſm gloſ.in.l.j.§.nemo.
C.de anna.excep. Patet qꝺ ſi conſortes ſteterunt in communione
xxx.an.ꝙ non poſſunt poſtea petere diuiſionē inter eos p dictā gl.
in.d.§.nemo.quā ſequitur Io.bu.Bal.Ang. Si tñ iudex viderit li
tes ⁊ contentiones inter eos ſurgere compellet eos ad diuiſionem
non obſtante preſcriptione.l.equiſſimi.ff.de vſur.ſm.Io.fa.Bar.
autem in.d.§.nemo.tʒ contrarium: qꝛ donec ſtamus in communio
ne vnus alterum recognoſcit in ſocium ideo non currit pſcriptio.
cum notiſſimi.§.ſed ſi quis.C.de preſcri.xxx.vel.xl.ann.⁊ hanc vere
potius tenerem. Vñ aūt naſcantur actiōes horum trium iudicio
rum dicit hic glo.in.d.§.nemo.ꝙ ex conſequenti.ſ.ex quo res rece
perunt eſſe communes.lʒ glo.tenuerit ꝙ actio fi.re.ſit datiua.l.j.ff.
fi.re.⁊.l.fi.C.eo.ti.quam ſaluat ibi Saly.qñ quis amouiſſet termi
nos aliquo errore ductus: qꝛ tunc cum non habeat materiam pce
dentem ex qua oritur erit datiua ⁊ incipit competere act.fi.reg.ex
7 quo termini inceperūt turbari vt tenet gl.in.d.l.j.⁊.d.l.fi. ¶†Ter
tio quero cui competat hec actio fa.her.dic ꝙ heredibus competit
inter ſe directa ⁊ vtilis datur bonorum poſſeſſori de iure pretorio
⁊ fideicommiſſarijs quibus ex trebelliano reſtituta eſt hereditas.l.
ſed eius rei.§.familie.ff.fa.her. Item inter filios datur quorū vnus
eſt inſtitutus heres ⁊ alteri eſt facta inofficioſa donatio.l.ij.C.de in
offi.dona.⁊ ſic pʒ qꝺ qñqꝫ datur contra non heredem.ſ.contra euʒ
cui eſt facta donatio inofficioſa rerum p indiuiſo vt.l.ij.preallega
ta.⁊ ita intelligit Io.fa. Item datur contra eum cui coheres vēdi
dit partem ſuam.l.heredes.§.ſi teſtator.ff.fa.her.ad inſtar petitio
nis hereditatis.C.de peti.here.l.ij.lʒ non detur contra alium titu
lo poſſidentem.l.heredes.§.qꝺ pro emptione.ff.fa.her.⁊ vt ibi no.
8 ¶†Quarto quero ad quid detur ſeu competat hec actio aut quid
veniat in ea.dic qꝺ datur ad diuiſionem rerum corporalium q̄ com
modam recipiūt diuiſionem alias tota res adiudicatur vni ⁊ gra
uať in danda pecunia alteri vt ſit equalitas.vt hic.⁊.j.de offi.iudi.
§.ſi familie.vbi tex.bene declarat vſqꝫ in fi. Item veniunt fructus.l.
inter coheredes.§.fructus.⁊.l.fundus.ff.fa.her.⁊ ſumptus bona fi
de facti.l.iiij.§.fi.cum.l.ſeq.ff.communi diui.⁊.l.his conſequenter
b §.fructus.ff.fami.herci. Item damna [b] data ab vno herede.l.dam
no commiſſo.⁊.l.⁊ puto.§.ſed ſi dolo.⁊.l.coheredes.§.tantum.ff.
9 eod.tit. †Nomina aūt debitorum lʒ non veniant diuidenda tamē
veniunt aſſignanda.l.ea que.C.e. Et idem in alijs iuribus incorpo
ralibus indiuiduis excepto vſufructu qui diuiduus eſt ⁊ venit in
iudicio fami.her.l.ſed ⁊ ſi.cum ſe.⁊ ſe.ff.fami.her.⁊ communi diui.
10 ⁊.C.de vſufru.⁊.ff.communi diui. †Similiter nec iura ſepulchrorū
diuiduntur.l.fundus mihi fami.her.nec iure patronatus.l.quedā
mulier.e.ti.⁊.l.carmelia pia.ff.de iure pa. Item an vaſalli ⁊ iuriſdi
tio feudi poſſint diuidi.vide in ſpe.de feu.§.qm̄.ver.xxxj.⁊.xxxiiij.

a ¶xxx.an. Ad debic.d.are. ij.col.v.in ea gl.ibi.ſ.e.§. ſic itaqꝫ.

b ¶Dāna.iteʒ venit dolus ⁊ culpa vt hic per.d.Aret.

Item non venit diuiſio vſurarum a defuncto queſitarum:ſicut nec
queſita violentia vel latrocinio ſed melioꝛ eſt conditio poſſidentis
l.cetere.§.j.ff.fami.her.⁊ ibi per Bal.lꝫ penſiones domoꝛum a lupa
nari recepte veniant in petitione hereditatis.l.ancillarum.in fi.ff.
de peti.here.cuius naturam hec actio imitatur.vt dicit glo.in.l.in
ter coheredes.§.fructus.ff.fa.her.Jo.fa.autem tꝫ hic ꝙ iudex adi
tus coget eos vſuras reſtituere per.d.l.cetere.§.j.⁊ facit in aut.de
man.pꝛin.§.qd̓ ſi delinquẽtes.qd̓ poteſt pꝛocedere iure nouiſſimo
quo iure ſunt pꝛohibite.vt in aut.ad hec.C.de vſur.Adhibita ta
men diſtinctione qd̓ iudex ſecularis cognoſcere poſſit.de quo per
11 Bart.in.l.titia.ff.ſolu.mat.†Quid autem dꝫ pꝛobari ⁊ narrari in
hac actione patet ex foꝛma libelli.de qua vide in ſpe.de iudi.§.ſeq
tur.ver.item heredes.per Rof.⁊ Odo.in ti.de ac.fami.her.qui am
bo foꝛmant ſatis ſuccincte ⁊ groſſo modo.ideo dic vt ſic.Ago con
a tra[a] titiuꝫ coheredem ⁊ dic qd̓ ipſe ⁊ ego ſumus coheredes in tali
hereditate nobis obuenta ex teſtõ vel abinteſtato per moꝛtem talis
cui ſucceſſimus equaliter vel inequaliter ⁊ dictam hereditatẽ poſ
ſidemus pꝛo indiuiſo.Item dico qd̓ amplius nolo ſtare in commu
nione cum dicto titio.item qd̓ dictus titius denegat ſine cauſa vel
le dictam diuiſionem facere.item ꝙ fructus ⁊ emolumenta dicte he
reditatis percepit pꝛo maioꝛi parte q̃ ipſi contingat. Quare peto
per vos domine iudex dictam hereditatem diuidi ⁊ vnicuiqꝫ ſuaꝫ
partem adiudicari ⁊ adiudicatis herc.inde tradi ⁊ aſſignari ⁊ ceſ
ſiones hincinde fieri in his in quibus fieri debent:⁊ fructus emo
lumenta per ipſum titium vltra partem ſuam percepta tradi ⁊ cõ
ſignari ⁊ in cumulo diuiſionis fiende deponi vel ⁊ ipſum condem
nari ad dandum ⁊ tradendum mihi pꝛo parte mea contingẽte fru
ctus quos percepit in tanta quantitate vel eoꝛum eſtimationem ⁊
partem expenſarum per me factarum in tanta quantitate ⁊ dãna
per ipſum illata reſarciendum pꝛo tanta quantitate. Pꝛobat̃ hec
foꝛma libelli hic:⁊.j̃.de offi.iu.§.familie.⁊.l.j.ff.fa.her.⁊.C.e.l.iij.et
l.inter filios.⁊.l.incerti iur.Coheredes ideo dꝛ qꝛ hec actio non da
tur niſi ſint coheredes vel dolo factum quominus ſint vt in dona
tione inofficioſa in vnum ex filijs inter filios collata.vt.ſ̃.dixi in ſe
cundo queſito.Pꝛo indiuiſo ideo dꝛ qꝛ ſi eſſet facta diuiſio a teſta
toꝛe vel a partibus in iudicio non haberet amplius locum diuiſio
ſed ſtandum eſſet diuiſioni teſtatoꝛis ⁊ partium.l.j.⁊.l.quoties.C.
fa.herci.Sine cauſa ideo dꝛ qꝛ ſecus ſi coheres iuſte denegaret diui
dere velle:vt qꝛ pꝛeſcriptum eſſet huic actioni:vt.ſ̃.dictum eſt in ſe
7 teſtimo.vt.l.caſſius.ff.de ſena.†Secus autem ſi mutatio vel emen
datio prodeſſet actori; tūc admittitur actor ante litē cōteſtatā dū
mō reficiat reo expēſas ꝓcuratorū ⁊ aduocatorum.⁊ hic antequā
audiatur: niſi ex tali mutatione reus nō deſinet eſſe min⁹ inſtru
ctus ꝙ primo: qr tūc nō petit expenſas: nec dantur ei noue dila
tiones.vt voluit glo.in.d.l.edita.Item niſi ſit minor vel ruſticus
qui non tenentur ꝓpter mutationē vel emendationem libelli ad
refectionē expenſarum vt ibi ſentit glo.lꝫ Saly.teneat ꝯtrium cum
hic caſus non reperiatur in caſibus in quibus ſubueniatur. C.de
8 iur.⁊ fac.igno.l.nec paſſim.†Sed qđ ſi reus conuentus non vult
litigare ſed cedere ⁊ ſoluere: an teneatur ad expenſas factas ꝓ ci
tatione ⁊ libello aduocatis ⁊ procuratoribus.dic qđ non: ſi ante
non fuit in mora vel culpa.⁊ hoc in expenſis que veniunt officio
iudicis.l.ſancimus.C.de iudi.Secus in his que veniunt iure pro
uiſionis.vt eſt glo.ſing.in.l.ſi mulier.§.ſi rem.de leg.iij.⁊ ſecūdū
9 Bar.in.d.l.edita.†Itē quid ſi actor apponit in libello hanc clau
ſulam prout moris eſt ſaluo iure addendi minuendi ⁊ prorſus
mutandi.An poterit quomodocūqꝫ voluerit mutare vel emenda
re.dic quod nō hic quia nō depēdet ab eius poteſtate ſed a poteſta
te legis hoc ꝑmittentis vſqꝫ ad litis cōteſtationem.vt.d.l. edita.
C.de eden.Operantur tñ dicta vba ſm Bal.vt quis non videat̃
ſe aſtringere ad omnia in libello poſita probanda.de qua clauſu
la vide in tex.in glo.in.c.inter dilectos.iuxta principium.de fide
10 inſtru.†Itē quid ſi agatur ciuilr̄ de crimine: an poteſt mutari ⁊

agi criminaliter. Bal.in.d.l.edita. conclude q non quia cum de beat pronūciari non eſſe procedendū ſup prima actione mutata que ſnia habet vim diffinitiue adeo vt ab ea poſſit appellari: vt no. Bar.in.l.ij.ff.de appella.recipi.z.c.dudum.ad fi.de appella.z ſententiam ſimpliciter ſuper ciuili datam facere preiudiciū in criminali argumē.l.duobus.§.exceptio.l.ſi.§.ſin autem.adde.ff.de iureiur.z qd no.per doc.in.l.j.quando ciuilis actio.quā mutationem tanquā illuſoriam in damnum rei publice non debet iud ex pati.arg.l.pretor.§.ſi dicaf.ff.de iniurijs.ſed certe hec deciſio non per omnia vera eſt. Et ideo Bald.dicit hoc intelligi in ſententia ſimpliciter lata vt videatur ex eo quaſi nō probatum qd in dubio pſumif:niſi ex actis aliud appareat z tūc nō phibef actor iterum agere in alio iudicio ad finē aliū tēdente.ēt ſup eiſde capitulis.lʒ fuerint ſup hoc teſtes examinati z publicati.vt in.c.veniēs.z.c.cū in tua.z ibi no.de teſti. An vo qz nō fuerit cōmiſſuʒ delictū: z tūc phibef iterū agere.de quo vide p Cy.in.d.l.j.C.qn ciuilis actio.z p

11 Bar.in.l.iulianus.ff.de condi.inde. †Sed an in iudicio criminali poſſit fieri mutatio accuſatiōis porrecte.dic q nō:qz incideret accuſator in turpillianū ſi ſine īpetratiōe abolitiōis deſiſteret:vt C.ad turpil.l.j.vbi aūt nō incidet in turpillianū tunc poſſit fieri

12 mutatio ſicut in alijs iudicijs.ſm Bart.in.d.l.edita. †Nūc tertio ſequif de cumulatiōe de qua tangif hic in gl.z in.l.edita.C.de edē. in qua dicit breuiter q cumulatio plurī actionū regulr eſt permiſſa ſiue ſint diuerſe actiones ex diuerſis cauſis z pro diuerſis rebus vt ſi primo cōueni te ad decē ex cā mutui.certe poſſuʒ cumulare z ad libellū addere alia ex cā depoſiti:vt.l.ſi idē cū eodē.ff.de iuriſ.om.iudi.z arg.l.ſeio.ff.de appel.z.l.heredibus.§.de pluribus ff.fa.her.z.l.cū duob⁹.§.ſi plures.ff.p ſocio.ſiue ſint actiōes ad eādē rē eiuſdē ſpeciei.vt.ſ.ſi es mihi obligatus ex ēpto ex obligatiōe ppria:z ex ēpto ex obligatiōe hēditaria.l.nō eſt nouū.ff.de act.em. Uel es mihi obligat⁹ ex plurib⁹ iniurijs mihi illatis.l.ptor edixit. §.ſi mihi plures.ff.de mino.imo tunc ſunt actiones plures ſpeciei eiuſdē neduʒ qd poſſis oēs cumulare vno libello:imo cogeris hoc facere ad petitionē aduerſarij gratia minuendi anfractus litiū:vt d.l.non eſt nouū.z.d.§.ſi mihi plures.z vtrobiqʒ per bar. Si autē nō ſint eiuſdē ſpeciei ſʒ diuerſarū vt ſi es mihi obligat⁹ ad ſtichū ex ppria ſtipulatione z ex teſtō vt ex cā hēditaria tūc in diuerſis libellis vtrāqʒ intētare poſſum.l.ſi is q ſtichū.ff.de ac.z obl. Et etiā ī eodē libello ſi tendūt ad eūdē effectū.vt ſi a te hēde me ignorante emi fūdū mihi legatū certe poſſuʒ poſt pciū ſolutū z aū ſolutū z aū traditionē ſuperueniēte ſcia legati agere ad eū actiōe ex teſtō z ex ēpto ad reſtitutionē precij.l.cū hmōi.§.q ſeruū.ff.de leg.j.z hoc ſʒ

13 Bar. †Fallit aūt hec regula cumulatiōis qn ſunt tales actiōes quarū ſnia lata in vna obſtaret exceptio rei iudicate in alia:vt qz ſunt eedē pſone z eadē cauſa agēdi:lʒ diuerſe ſint actiōes:vt.l.qrit.z.l. cū de hoc.ff.de excep.rei iudi.vt.l.duob⁹.§.exceptio.ff.de iureiu.z quo caſu ſnia excluderet eo caſu z litis pendētia impedit.l.iulian⁹ ff.de cōdi.inde. Et ideo in petitione rei nō pōt principalr cumulari petitio fructuū.ſ.acceſſorie ſic:qz ſnia lata ī rei vēdicatione pareret exceptionē in petitiōe fructuū pricipalr intētata.l.finiū.z ibi no.ff.de excep. Sola ergo variatio actionis ſeu formule nō facit videri rem diuerſaʒ vt quis poſſit noīe agere ſnia lata vel cumulare pendēte iudicio.l.ſi actor.ff.de iureiu.ſic actiōes cōueniūt in cauſa z in effectu.l.qd in heredē.§.eligē.j.ri.ff.de tri.z.l.nemo ex his.§. quoties.ff.de reg.iur.z dic vt dixi.ſ.in libelli mutatiōibus. Scdo fallit qn ſunt tales actiones q electiōe tollunt pter cōtrarietatem ſiue ſit cōtrarietas in origine vt falſum z inofficioſum:vt.l.eū qui. z.l.cōtra maiores.C.de inoffi.teſta.ſiue in effectu z exercitio.l.j.C. de furtis.z.l.j.C.ſi ſeruus extero. Siue ſit contrarietas in effectu z in origine vt cā teſti z in teſti.vt.l.ſi.C.de cōdi. Et idō ſi legat⁹ vult cumulare ī eodē libello actionē ex teſtō z actionē rei vē.ad petēdū rem legatā nō admittif cumulatio:ſed dʒ eligere alterā cū p vnaʒ dicat dnium ſibi cōpetere p aliā nō:vt.l.cū filius.§.varijs.ff.de le. ſi.niſi eſſent plures heredes teſtoris:qz tunc agi contra vnum ex teſtamento z rei ven.cōtra aliū poteſt.vt no.glo.z ibi per Bart. perſonalis aūt z hypothecaria tāq acceſſoria bene pnt eodē libello cu

14 mulare.vt in aut.de fideiuſſo.§.neqʒ. †Quo autē tempore debeat fieri electio actionuʒ.dic qd tēpore porrecti libelli.vt no.gl.in.d.§. varijs.niſi incertitudo veniat ex facto aduerſarij.l.j.§.quod autē. ff.quorum legatorū.ſed quid ſi aduerſarius non oppoſuit actori qd eligeref an procedat iudiciū glo.tenet qd ſic.in.l.j.§.ſi.alias eſt l.ij.ff.qn actio de pecu.z tunc fiet cōdemnatio in actione que continet minorē quantitatē:ſm Specu.in titu.de libelli cōcept.§.iam nunc.ver.ſed cum ex his.z in titu.de actio.z peti.ver.notandū eſt vbi ponit plures queſtiones de hac actione faciēda. Tertio fallit ſi ſint actiones ex cauſa lucratiua:qz cū non poſſunt inuicē cōcurrere due cauſe lucratiue:lʒ ſec⁹ ſit ſi vna eſſet lucratiua: alia nō: vt l.omnes debitores.cum.l.ſequenti.ff.de actio.z oblig. Sic nec admittitur cumulatio actionū per quas perueniref ad illud.ar.l.oratio.ff.de ſpon. Quarto fallit qn ſunt tales actiones quarū cōdemnatione ſi ex actiōe facta ex vna ōtingit liberatio ex alia.l.j.§.fin. ff.ſi.reg.alias ſi fa.fur.fe.di. Quinto fallit ratione maioritatis vt

eſt cā ſtatus vel criminalis que tanq maior facit interim ceſſare aliā minorē donec iſta maior expediaf:vt.l.ſi.C.de ordi.indi.z.l.p minorē.ff.de iudi.hinc eſt q ſi accuſat⁹ de homicidio z cōuictus per teſtes iterum accuſat de falſo accuſatorem ſuum vel ēt teſtes ſecundum opinionem multorū interim debet ſuperſedi in cauſa homicidij nec tempus iudi.datū a ſtatuto ad cauſam finiendam ſub pena.per.l.ſi.C.de adul.z.l.ſi cū ipſe.ff.de excuſa.tu.quia ſtatu tū recipit deliberatione ſm ius cōe.l.ſi ſerui.C.de noxa. z iuſta z neceſſaria ſemper intelligūtur excepta.l.ſi cui.ff.de ſerui.z.l.quāq ff.de ritu nup.z de hac queſtione dic per Cyn.in.l.j.C. qui accuſ. non poſ.z per Saly.in.l.ſi docueris.C.de fal. Quinto fallit ſcdm Bald.in hac inter quas eſt ordo vt primo debeat proponi vna q alia que non poſſunt principaliter cumulari. Sed ſecunda conditionaliter preponi poteſt vt actio ad exhiben.z rei vendi.vt not. in.l.j.ff.de interro.act.z dixi.ſ.in.§.preterea in formula actionis ad exhibendū z querela inofficioſi teſtamēti petitio hereditatis: vt no.i.l.q de inof.ff.de inoff.teſt.z i.c.raynald⁹.extra de teſta.vbi admittitur libellus conditionalis ſi peto rē:z ſi contradixerit pe to penam vt ibi notaf in verbo inuenirent.poſſent alie fallentie plures addi.de quibus p bar.vide in.d.l.edita.C.de eden.ſed ſub

15 predictis comprehendi poſſunt. †z ideo potes concludere duas regulas in mā cumulationis vnam permiſſiuam copulatiue hoc modo vbi ſunt plures actiones contrarie vel que electione nō tollunturz in quibus ſnia lata in vna non pareret exceptionem rei iudi.in alia ibi admittitur cumulatio. Et alteraʒ regulā phibitiuā diſiunctiue hoc modo vbi ſunt plures actiones diuerſe vel que electione tolluntur.vel in quaruʒ prima abſolutoria lata parit exceptionem rei iudi.in alia ibi cumulatio impeditur: de quibus regulis z tota materia cumulationis vide per Dy.in dicta regula

16 nullus plurib⁹.li.vj.z p Cy.Bal.z Sal.in.d.l.edita. ¶ †Nūc videam⁹ aliqua q hic dicit Jo.fab. Et pmo qrit an libellus poſſit emēdari in falſa latinitate vel incōgruitate vel dicit q ſic qncūqʒ ante ſniaʒ:qz libellus eſt de actis iudiciarijs.vt in.c.qm ʒ falſam. de pbatiōibus.z verba actoris pnt pbari mutari tenore pſeuerā

17 te.vt.l.actorū verba.ff.de re iud.ergo z libellus. †Scdo quero nū qd libellus poſſit mutari in alijs quā latinitate:materia non mutata:remanētibus eadē cā agendi eiſdē rebus z actiōib⁹. z dic qd ſic.z idō in libello rei vendi.in quo dicit rē actor ſimpliciter ad ſe ptinere:pōt dicere ex cā emptiōis.vl ſimilib⁹ p.d.l.edita.qz hoc appellaf poti⁹ declaratio que pōt fieri ī articulis.vt plene no.Spec.

18 de teſti.§.videndū. †Tertio qrit vſqʒ ad qd tēpus mutare licet. z rūdet qd ſm gloſſatores z modernos licitū eſt vſqʒ ad litē ōteſtatā ſiue mutef augēdo:vt hic in.§.ſi min⁹.ſiue mutef de vna in alterā.vt hic in.§.ſi qs aūt.pmo rnſo.ſiue mutef actio vt in ſecūdo rūſo.nō aūt poſt litē ōteſtatā. Et rūdent ad hūc ter.q dicit quis qui pōt mutare in eodem iudicio z coraʒ eodem iudice:quia dicitur idē iudiciū pp idētitatem perſonarū.vt in glo.ſed certe dicit ipſe hec expoſitio z hic intellectus facit violentiā litere:qz nō pōt dici idē iudiciū vbi mutatur inſtantia iudicio:vt.l.in delictis.§.ſi detracta.§.donec z.§.ſeq.ff.de noxa.z.l.cum apud.z.l.cū querebaf. ff.iudi.ſol. Cū igitur hic ter.dicit in eodem iudicio oportet intelligere.i.in eadem inſtantia:alias non diceretur id em iudiciū mutata re vel actione ōuis perſone iudicis z partium eſſent eedem per iura allegata.ſ. Dicit ergo hunc ter.intelligendū eſſe ſimplr vt iacet:videlʒ vt ſi minus petij poſſum in eodem iudicio z in eadē inſtātia petere plus ſi debeatur ex eadem cauſa:z ex eadē actione ſine nouo libello z ſine nouo proceſſu:cum non mutetur cauſa agendi nec mutatur actio nec prima petitio deſeritur.z hoc exp̄ſſe dicit iſte.§.ſi minus.z.d.§.ſi de tracta.vbi durante inſtantia augetur z diminuetur:quia nec cauſa radicalis agendi nec actio mutatur ōuis condemnatio poſſit fieri maior vel minor.z hoc probatur expreſſe.ff.de doli excep.l.apud celſum.§.item queritur. ff. de doli excep.z.C.de appel.l.ampliorem.que.l.non eſt reſtringen

19 da ad vniuerſalem actionem.vt.l.filius.in fin.de leg.iij. †Et erit modus practicandi planus ſm Joan.fab.quia dicam in proceſſu quandocunqʒ ante ſniam hoc modo:videlicet cum peterem.x. a tali ex venditione talis rei:z poſtea comperirem venditam fuiſſe.xx.peto ipſam rem in eadem cauſa in alijs decem.z ſic viginti condemnari. Nec eſt opus nouo libello nec etiam noua litis conteſtatione cum ſemel fuerit conteſtatio litis ſuper eadeʒ cauſa vēditiōis z actionis que nō mutatur:z ſic propter tale augmentuʒ. Sed ſuper cauſa an talis venditio facta fuerit vel non in qua cōſiſtit factum principali.non oportet fieri nouam litem per hunc. §.z facit.ff.de iudi.z.l. tam ex contractibus.j. titulo.j.§.in rem autem domini.z hec plana.vbi actor petijt poſtea illud plus in p

20 ceſſu. †Quid autem ſi non petijt ſed teſtes vel inſtrumenta dicunt de maiori ſumma:an vero ēt in non petita ſed probata.glo.tenet q in petita ſolū.in.l.verbum oportebit.ff.de ver.ſigni. Apparet igitur ſm Jo.fab.iſtū.§.ſimpliciter pcedere vt in eadem inſtantia ſine alio libello poſſit fieri condemnatio de adiuncto:quia nimirum quia eſt modica mutatio cum ſit eadem res cā z actio ſiue actor fuerit ſciens ſiue ignorās vt hic in glo.j. Si autē mutaretur res vel

res vel actio: vt in hoc. §. ſi quis autem. tūc ratione erroris inter-
uenientis eſt idem. ſ. vt in eadem inſtantia ſimiliter poſſit fieri cō
demnatio ꝓbato errore qui poteſt reuocari ⁊ corrigi vſq; ad ſen-
tētiā. ff. de iterro. acti. l. de etate. §. qui iuſto. ⁊ C. de iur. ⁊ fac. igno.
l. error. ⁊ hic eſt intellectus huius. §. ſi quis aūt. ſm eū. Et intelli-
ge de errore iſto ex facto alterius: vel ex ſuo vbi eſt ꝓbabilis igno-
rantia: vt. l. de etate. §. preallegato. ⁊. l. hmōi. §. qui ſeruū. ff. de leg.
j. debet tamē in diffinitiua fieri abſolutio de plus petito maxime
ſi fuit facta mutatio poſt litis cōteſtationē per. l. j. C. ſi aduer. rem
21 indicatā. †Sed quid ſi mutat̃ vtraq;. ſ. res ⁊ actio: tūc dicit Joā.
fa. requiri nouū libellū ⁊ nouā litis conteſtationē: in quo libello
petat̃ errorē reſtitui ⁊ ſuper nouiter petitis cōdemnari. Et intel-
ligendi ſunt iſti. §. ſm Jo. fab. qñ fiunt iſte mutationes ante publi
cationē teſtiū: ⁊ poſt publicationē ⁊ didicita teſtificata non pōt
actor probare ſuper eiſdem articulis. vt in aut. qui ſemel. C. de ꝓ-
ba. ⁊ in clemē. teſtibus. de teſtib⁹. Jtē nec nouos articulos addere
niſi ex cauſa iuſti erroris: vt ſi velit mutare ⁊ agere iuxta formam
teſtamēti nouiter reperti: vt. d. l. hmōi. §. qui ſeruū. ⁊ dabunt̃ no-
ue dilatiōes ſi ex premiſſis nō potuit eſſe plene inſtructus. vt hic
22 in glo. in ver. in iudicio. †Et hoc caſu nō cōdēnabit̃ actor in expē-
ſis qñ iuſte errauit q: expēſe nō debent̃ niſi ꝓpter calūniam. vt in
aut. de iudi. §. oportet. col. vj. Sed nō calūniat̃ quaſi iuſtā habue-
rit erroris cām. ff. de bo. lib. l. in ſeruitutē, §. j. Sʒ quid ſi error non
fuit correctus: vt ſi actor petijt ex cauſa depoſiti ⁊ teſtes ꝓbant ex
cauſa cōmodati. Dicit idē Jo. qd̓ ſic exigit correctionē erroris ibi
Errorē ſuum corrigere: alias ꝓpter ineptā actionez ſuccūbit. ff. ſi
mēſor falſum mo. di. l. j. §. j. ⁊ extra de iudi. in. c. exaiata. Et hoc ve-
rū niſi reus fateat̃ veritatē. ſ. rem habuiſſe ex cauſa cōmodati: nō
aūt depoſiti ꝓut alias petijt: q: in cōfeſſum nulle ſunt partes iu-
dicis ꝑterq; in cōdemnādo. ⁊ hoc no. Spec. de acti. ⁊ peti. ver. ⁊
quoq;. lʒ aūt ſupra dicta materia. Jo. fa. ſit ſubtilis tamē doc. no-
ſtri Bart. Bal. ⁊ Saly. ⁊ cōiter oēs ſequunt̃ opinionē gl. ⁊ ad di-
cta Jo. fa. ſtudioſus indagator faciliter pōt reſpondere ideo a le-
ctura glo. noſtrarū nō diſcedatis. ¶ Jn glo. fi. in ver. corrigit̃. in
prin. ibi in. §. omnem. dic tranſumptiue poſita. C. quō ⁊ qñ iudex.
aut. qui ſemel. Et hec glo. ponit duo. Primo dicit qd̓ hodie qs
cogit̃ ꝓſequi actionē ⁊ cauſaʒ in libello porrectā: nec poſtea ab ea
decedere: emendare vel mutare per. d. §. oēm. ⁊ dictā aut. q ſemel.
Et ſic iſti duo. §. erūt hodie correcti per dictū. §. oēm. ⁊ dictā aut.
qui ſemel. Sed hoc doc. improbant in. d. l. edita. vt iā dixi in. §. ꝓ-
23 cedenti in glo. †Q: actor etiā inuito reo pōt emēdare ⁊ mutare
ante litis cōteſtationē qñ equitas ſuadet: vt. d. l. edita. ſicut poteſt
in totum renunciare. vt. l. poſtquā lit. C. de pac. lʒ enim omni caſu
cōdemnetur in expenſis niſi habuit iuſtā cauſam. vt no. per doct.
d. l. edita. nec obſtat. §. oēm. ⁊ aut. q ſemel. q: loquit̃ in caſu diuer-
ſo ⁊ nō aduerſo. Nam loquunt̃ in renuēte ꝓcedere in lite ⁊ fruſtrā
te legē: nos aūt loquimur in emendante vel mutante ⁊ perſiſten-
te in proſecutione litis. Dicit tamē Bar. in. d. l. edita. qd̓ ſi actor
poſt litē cōteſtatā vellet renunciare liti ſoli non poſſet inuito ad-
uerſario. per dictā aut. qui ſemel. ſecus ſi ſimpliciter renunciauit
inſtantie q: tunc poteſt: q: videt̃ tunc renunciare iuri ⁊ cauſe. Se-
cus ſi ſimpliciter renunciaſſet liti: vt. d. l. poſtq̄ liti. C. de pac. Sed
Saly. ibi tenet oppoſitum: q: renūcians inſtantie ſimpliciter nō
vr̃ renunciare iuri ⁊ cauſe per glo. in. l. j. C. de ꝓſcrip. long. tempo.
in glo. j. Scd̓o dicit gl. qd̓ cumulatio eſt permiſſa niſi quādo exce-
ptio rei iudicate vel electio actionis haberet impedire.

1 ☞ Condemnatio in actione de peculio ex futura calculi compu
tatione pendet.
2 Filius principaliter contrahens ſolus tenetur.
5 Filiusfamilias emācipatus debitis oneratus vltra poſſe nō tenet̃.

**Sunt preterea.** ¶ Hic eſt quinta diuiſio princi
palis huius titu. vt dixi. ſ. §. omi.
lʒ glo. hic dum facit duodecim diuiſiones ſe refert ad decem diui
ſiones ⁊ non ad ſex principales huius tituli diuiſiones. Et ſi que
ras quare iſta ſexta diuiſio cum ſit principalis ⁊ textualis nō po
nitur in arbore Jo. Reſpondet Dy. q: Joan. intendit determi-
nare de natura actionū in arbore: iſtud aūt qd̓ dicit̃ hic. ſ. qd̓ actio
detur ad minus quā cōpetat non eſt de natura actionis: ſed venit
ex accidenti qd̓ equitate extrinſecus ſuadente ratione perſonarū
contra quas iure ſpeciali cōpetunt nec cōtra patrē vel dominuʒ:
vt hic in ver. vt eccle. ⁊ in ti. in prin. ⁊. ff. de pecu. l. j. in prin. vel mi-
xta ratione perſonarū quibus ⁊ econtra quas cōpetunt ob debi-
tum charitatis vel reliquias priſtine ſocietatis noſtre vt eſt vxor
qd̓ ⁊ maritus comes ⁊ filij. vt hic in verb. ſed ⁊ ſi quis. concor. vel
ratione honoris exhibendi. vt hic in ver. ſed ⁊ ſi quis. vel circuit⁹
vitandi ⁊ finis litium habendi: vt in ver. compenſationes. vel ꝓ-
pter miſericordiam ⁊ inopiam perſonarum: vt in. §. fi. j. eod. nec
obſtat qd̓ Joan. non in totum tractat de his que veniunt ex acci-
denti. vt. ſ. eo. §. ſi quis. ver. ſed. ⁊. l. aquilia. ⁊ ver. item mixta. ⁊. §.
tripli. ver. ſed furti. q: reſponde qd̓ illud venit ex natura actionis
cōcurrēte actione hic cōtra naturā ⁊ ex mero priuilegio. Et iſte. §.
1 hoc intendit. †Jn actione de peculio ex futura calculi computa-
tione dependet inquantum debeat fieri cōdemnatio. h. d. Libel-
lus igitur hoc caſu eſt incertus ⁊ ſententia debet eſſe certa quan-
tum ſit in peculio. Debet enim iudex curare certam ferre ſenten-
tiā lʒ libellus ſit incertus. vt. ſ. eo. §. curare. ⁊ ibi dixi in textu ibi
2 condēnat iudex. ſ. ipſuʒ patrē ⁊ dñm. †Filius aūt qui principalr̃ cō
traxit tenet̃ ⁊ ſi nō eſt ſoluendo detrudit̃ in carcerē niſi cedat bo-
nis. l. cum ⁊ filij. C. qui bo. ce. poſ. ſi autem efficiatur ſui iuris poſt
obligationem contractam in patria poteſtate ſimiliter tenetur
inſolidum niſi in ſex caſibus in quibus tenetur ſolum inquantuʒ
facere poteſt. ſ. cum eſt emancipatus: exheredatus: abſtentus: di-
gnitatem adeptus: ⁊ in adoptione datus. Jtem ſi quis ex mini-
ma parte ſit inſtitutus: qui caſus ponuntur in. l. ij. ff. qd̓ cum eo.
3 †Et dicit Bal. in. l. ſi ex alio. C. qd̓ cum eo. qd̓ eſt optima cautela
vt filiusfa. mercator multis inuolutus debitis faciat ſe emancipa
ri: q: nō tenebit̃ poſtea niſi inquātū facere pōt per illā. l. in gl. j. ſ.
ti. j. §. cum autē dic. vide de iſta actione de peculio ⁊ de eius mate-
ria ꝓut plene dixi. ſ. e. §. in perſonā. ver. actiones. ⁊ caue: q: qñ pa
ter ⁊ dñs cōmittūt dolū nō ſolū de peculio ſed inſolidū tenet̃ nec
habēt hoc beneficiū. l. in bonefidei. ff. de peculio. ⁊. l. ſi verū. ff. de re
iud. ⁊. l. iiij. §. quāq;. ff. qd̓ cū eo. ſicut perdit priuilegiū qd̓ pri⁹ ha-
bebat fraude nō cōmiſſa. l. fi. §. de his qui in frau. credi. ⁊ in mari-
to. l. etiā. §. j. ff. ſolu. matri. ⁊ dicā. j. ver. j. ⁊ idē in filio in caſu quo te
nebatur inquantum facere poteſt. l. ſed ſi ex parte. §. j. ⁊. l. eum qui
ff. quod cum eo.

1 ☞ Maritus in actione de dote reſtituenda condemnatur in
quantum facere poteſt. ⁊ nu. ſeq.
4 Modus deductionis in dote qualis.
5 Maritus quando habeat deducendi beneficium de dote ne ege-
at. ⁊ nume. ſeq.
7 Maritus nil omnino habens dotē reſtituere nō tenet̃. ⁊ nu. ſeq.
9 Familie conſideratio an locum habeat in dotis deductione
10 Libellus contra eum qui non tenetur vltra poſſe qualiter forma
ri debeat.

1 **Jtem ſi de dote.** ¶ †Jn actione de dote repetēda
cōdemnatur maritus inquantū
facere poteſt habita ratione ne egeat. hoc dicit vſq; ad. §. propter
retētionem. Eſt igitur ⁊ hic libellus incertus ⁊ ſententia reddit̃
2 certa: vt dixi in precedēti. §. ¶ †Et no. qd̓ hic priuilegium qd̓ ha-
bet maritus ne cōueniatur niſi inquantū facere pōt eſt perſonale
ideo eius ꝑſonā nō egredit̃ ⁊ ſic nō trāſit ad heredē. l. maritū. ff.
ſolu. matri. Niſi ſolū ad filios cōes: vt hic in gl. ⁊. l. cū aūt ad filios
alterius matrimonij vel heredes extraneos. lʒ quidā tenuerunt
cōtrariū ⁊ male in. l. etiā. ff. ſolu. matri. vt no. in. l. ⁊ ſi fideiuſſor. et
l. ſciendum. ff. de re iu. Et idē in emphiteoſi eccleſie vel feudo que
nō tranſeunt ad extraneos: niſi aliud ſit actum. vt eſt glo. ordina-
3 ria in. d. l. etiā. †Et ſicut hoc beneficium datur viro: ita ⁊ econuer-
ſo: vt beneficium ſit reciprocum datur vxori ⁊ vtriq; ſocero: q: ſo-
cer loco parentis habetur. l. rei iudicate. cum. l. ſequenti. ⁊. ſeq. ff.
ſolu. matri. Et intellige qd̓ ſocer habet hoc beneficium. ſ. durante
matrimonio. ſecus ſi ſoluto. l. penul. ff. de iure do. ⁊ hoc niſi fuerit
in dolo quod preſumitur eo ipſo qd̓ promiſit qd̓ nō habet vel fa-
cere non poteſt per dictā. l. penul. que notabilis eſt ad hoc. Et ſi-
militer hoc priuilegium denegatur marito ſi ſit in dolo vel lata
culpa vt hic in gl. fi. ⁊ no. in. d. l. etiam. §. licet. ⁊ ibi per Bar. ff. ſolu
to matrimonio. vel ſi negat dotē debitam vt dicam in ſocero. §. ſi
4 ſocijs. j. e. ¶ †Sed quero quis eſt modus huius deductionis. dic
qd̓ modus debet attendi in duobus. ſ. in quātitate rei ⁊ tēporis.
Jn quantitate rei inſpiciunt̃ facultates ⁊ ꝯditio perſone. Nam ſi
ſit miles plus expēdit quā ruſticus. Jtem ſi habet officiū vel arti
ficiū debet ſibi cōputari. ff. de libe. ag. l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi fi-
lius. ⁊ ibi glo. ⁊. l. ſi quis argētū. §. ſed ⁊ ſi quis. ⁊ ibi gl. in ver. do
nauit. C. de dona. Jn quātitate tēporis debet attēdi cuius etatis
ſit. ff. ad. l. falcidiā. l. hereditatē. ⁊ ſcd̓m illā debet iudicari ſm Dy.
⁊ glo. in. l. maritū. ff. ſolu. ma. Jtem limita ⁊ intellige hūc. §. vt ha
beat locū vbi res dotalis nō extat. ſi autē extaret quid debet ſoli-
dū debet reſtituere. nā tunc eſt dolus eoipſo qd̓ habet rem ⁊ reſti-
5 tuere non vult. vt. ff. de pecu. l. in bonefidei. †Jtem quid ſi nō ex-
tat res data in dote. ſed extat alia res ex illa acquiſita an maritus
habeat beneficium deducendi ne egeat. dic qd̓ non per. l. vxor ma
rito. ff. de dona. inter virum ⁊ vxo. ⁊. ff. ſolu. ma. l. ſi cum dotem. §.
fi. preſertim etiam q: dos quid vniuerſale cenſetur. ff. de impēſis
l. qd̓ dicitur. ⁊ colligitur. ff. de iure do. l. ſi ex lapidicinis. ⁊ nota. ff.
ſol. ma. in rubrica. ⁊ in vniuerſalibus precium ſuccedit loco rei. et
ecōtra. ff. de peti. here. l. ſi rem ⁊ precium. Jtem etiā intellige hūc
6 §. vbi maritus conuenitur actione de dote. ¶ †Quid autē ſi con
ueniatur hypothecaria vel ex promiſſione expreſſa vel alia actiōe
videtur idem. ff. de conſti. pe. l. qd̓ ſi maritus. ⁊. ff. de re iudi. l. non
tantum. ⁊. ff. de fideiuſ. l. tutor. Sed contra facit. ff. de neg. geſt. l. di
uortio. ſuper hoc pōt dari gñalis ſolutio ſm Dy. qd̓ cōuenit̃ mari
tus ex delicto ⁊ nō gaudet hoc priuilegio: q: delictū nō debet eſſe
cauſa premij. d. l. etiam. §. licet. ff. ſolu. mat. ⁊. ff. de re iudi. l. ſi reū.
aut ex contractu dotis aut ex alio. ſi ex contractu dotis aut actio-

ſne de dote aut alia. Si actione de dote claruʒ eſt quod gaudet: vt
hic. Si alia aut illa ſuccedit in locum actionis de dote ⁊ gaudet.
d. l. ſi maritus. ff. de conſti. pecu. Aut non ſuccedit ſed propter cul
pã mariti in aliã deuoluit̃ ⁊ tũc nõ gaudet. d. l. diuortio. ff. de ne.
geſtis. Si vero ex alio contractu conueniatur: quia poteſt fieri
contractus inter virum ⁊ vxorem: niſi donationis vel eius dam
nationis cauſa colore queſito: vt. l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de donat.
inter virum ⁊ vxo. Tunc aut queritur cõſtante matrimonio: aut
eo ſoluto. primo caſu gaudet hoc priuilegio ſecundo non etiam ſi
durante matrimonio contraxit. per. d. l. diuortio. ⁊ ita not. in. d. l.
non tantum. ſed certe illa lex non multum facit quia ibi conuenit̃
ex quaſi contractu inito ſoluto matrimonio: vt ibi patet. vnde ꝓ
babilius vr̃ dicenduʒ indiſtincte quod quacunq; actione conue
niatur pro dote ſiue actione de dote: ſiue alia in eius locum ſucce
dente ꝙ gaudet hoc beneficio. ⁊ idem ſi alia actione ex quocunq;
ꝯctu deſcendente inito durante matrimo. ſiue conueniatur durã
te matrimonio ſiue poſt. Sed ſi conueniatur ex contractu inito
poſt vel quaſi ꝯctu: tunc non gaudet preſertim vbi culpa eius re
darguit: vt. d. l. diuortio. de quo per Bar. in. l. maritum. ff. ſo. ma
7 tri. ⁊ per Ang. in. l. non tantũ. ff. de re iudi. † Sed quid ſi maritus
nihil põt ſoluere quin egeat. dic ꝙ ſimilr̃ hʒ priuilegiũ vt nihil ſo
lide teneatur cũ lex indiſtincte loquatur: ⁊ qꝛ qui nihil põt minꝰ
põt. ff. de tribu. l. illud. §. minus. ⁊. ff. de fideiuſſo. l. amiſſi. nam qõ
nihil eſt minus eſt. l. verbum. ff. de ver. ſign. Et ideo conuentio fa
cta inter dominos vt qui curret ſoluet tantuʒ implet̃ altero non
currente: vt not. in. l. ſi rẽ. §. ſi quis ſponſionis. ff. de preſcrip. ver. ⁊
econuerſo qui in totũ cõtra facit dr̃ amplius contra facere: ideo ſi
iudex ex forma ſtatuti dʒ reficere id qõ condemnat in plus ꝙ̃ de
beat tenebitur ẽt reficere ſi indebite cõdemnat in toto. ſecundum
Bar. in. l. ſi ſeruus. §. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. j. Iſta tamen videtur
impropria locutio cũ cõparatiuus non relinquat formam poſiti
ui ſui in ſuo termino. vt voluit glo. in. d. l. verbum amplius. ⁊ per
8 Bar. in. d. l. illud. §. minus. ff. de trib. ¶ † Itẽ qd ſi mulier nihil ha
bet niſi illam dotem: ⁊ illa eſt neceſſaria tota ad alimenta ipſius:
dic ꝙ tunc durũ eſſet eam cogere de ſuo nutrire. ff. de libe. agno. l.
ſi quis a liberis. §. penul. Eſſet enim hoc contra charitatem que
eſt vt omnis ordinata charitas incipiat a ſeipſo: vt. l. preſes. C. de
ſerui. ⁊ qõ vni aufertur ⁊ alij daretur contra. l. fin. §. exceptis. C. q
9 po. in pigno. hab. ſm̃ Bar. in. l. maritum. ff. ſoluto matri. † Item
a quid[a] ſi maritus habet liberos ⁊ familiam ſuam quam educare
de neceſſitate habet: nunquid in deductione ne egeat haberi
debeat conſideratio familie. vr̃ ꝙ ſic. per dictam. l. ſi quis a libe
ris. §. nunc tantũ. l. ij. ff. de vſu ⁊ habitatiõe. Sed contrarium eſt
verũ: qꝛ nõ habet̃ rõ eris alieni niſi in donatore: vt. ff. de re iudi. l.
b inter eos. Itẽ nunquid[b] gaudet maritus hoc priuilegio contra ti
tiũ: quia hic dicit de muliere agente. dic vt. l. nenſenius. ff. de re iu
di. ⁊. ff. de iure do. l. extraneus. nam ſi maritus promittit quod dʒ
qꝛ intelligitur qõ dʒ. ſ. cũ effectu: vt. l. prior. ff. ſolu. ma. ⁊ ibi no. gl.
10 ſecus ſi promittit decem que debet: vt. d. l. nenſenius. ¶ † Sed ꝗ
ro quando ago ꝯ eũ qui tenetur ſolum inquantum facere poteſt
debeaʒ petere ſimpl̃r in libello eũ condemnari ad certam quanti
tatem: an vero inquantum facere põt. dic qõ procedit libellus in
quo petit̃ condẽnari ad certam quãtitatẽ: ⁊ conuentus poſtea in
ſui exceptione ante ſententiam vel poſt allegabit ſuum priuilegiũ
vt. l. ex diuerſo. §. fina. ff. ſol. ma. ⁊ per bar. in. l. maritum. ff. eo. ⁊. l.
ſunt qui. ff. de re iudi. Item an huic beneficio poſſit renunciari ꝑ
pactum factum ſoluto matrimonio. Bar. tenet qõ ſic cum Guli.
de cu. licet Dy. fuerit in ꝯria opi. in. l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. ma.
Item an hec exceptio ſit dilatoria vel peremptoria dicam. ĩ. de ex
ceptio. §. appellatur. vbi eſt glo. ⁊. l. inter eos. ff. de re iudi.

a ¶ Itẽ qd. Ad
de hic domi
nũ Aret. i. ij.
co. pꝰ mediũ
v. qd ſi mari
tus.

b ¶ Itẽ nũqd.
Adõ h Are.
latius diſtin
guentem.

c ¶ In litigãdo
Adõ hic do.
Are. in. j. col.
v. qd ſi fecit.

1 ☞ Dos minuitur propter impenſas in re dotali factas.
2 Impẽſe vtiles in re dotali a viro facte in quantum repeti poſſint
3 Maritus ĩpenſas in re dotali factas qñ repetere poſſit. ⁊ nu. ſeq.
6 Maritus expenſas in litigando pro re dotali factas an repetat.

1 **Propter retentionem.** ¶ † Propter ĩpẽ
ſas factas a viro ĩ
re dotali dos minuit̃ nec ĩſolidũ reſtituit̃. h. d. vſq; ad. §. ſʒ ⁊ ſi qs.
Et itellige hũc. §. qñ ĩ dote erat data pecũia ⁊ fundus eſtimatus:
qꝛ tunc propter expenſas neceſſarias factas ĩ fundo ĩpo iure fit di
minutio ĩ pecũia: vt hic ibi quaſi ipſo iure. ⁊. l. qõ dr̃. ff. de expẽ. Si
autẽ ſolꝰ fundꝰ eſtimatꝰ eſt ĩ dote: tũc bñ põt retineri ꝑꝑ ĩpẽſas ne
ceſſarias donec mihi reſtituat̃: ⁊ ita ẽt põt ĩtelligi lʒ nõ poſſit reti
neri ꝑꝑ expẽſas vtiles. l. j. §. ſed nec ob ĩpẽſas. C. de rei vxo. acti. Sʒ
fundus nõ deſinit eſſe dotalis licet ſint factẽ tot expenſe que equa
leãt toti fundo: qꝛ abſurdum eſt diminutionem corporis fieri pro
pter pecuniam cum non admittatur compenſatio ſpeciei ad quã
titatem: vt plene dixi. ſ. eo. §. in bone fidei. Et hoc expreſſe dicit vl
pianus in dicta lege quod dicitur. licet Sceuola contra gloſſam
hic. ⁊ dicto. §. ſed nec ſecuta. dixerit oppoſitum: vt lege ſi is. §.
quod dicit̃. ⁊. d. l. ſi is. corrigit̃ per dictam. l. quod dicit̃: ⁊ hoc tenet
ibi glo. magna. in ver. vel quod dicit̃ in. l. ſi is. ⁊ idem tenet Barto.
ibi ⁊ Butrig. ⁊ Saly. in. d. §. ſed nec. Licet alij multi doctores te
nuerint opinionem ſceuole: dic ergo hic in gloſſa magna ibi tũc

ipſo iure deſinit eſſe dotalis: dic imo nõ deſinit ſed bene poteſt pe
tere impenſas vel retinere fundum donec ſibi reſtituantur impen
ſe. per. d. l. quod dicitur. ⁊ ſupra dixi in eadem gloſſ. ibi ⁊ hic in ne
ceſſarijs: ſubaudi ⁊ in his expenſis que fiunt ad perpetuã rei vti
litatem: ſecus ſi ad tempus. l. iij. ff. de impenſis. in eadem gloſſ. ibi
2 ſi mandato mulieris fecerit repetũtur. † Sed inquantum repetun
tur iſte impenſe vtiles facte a viro in re dotali gloſſ. non declarat:
ideo dic quod aut de mãdato mulieris ſunt facte aut ſine manda
to. Primo caſu vir faciens impenſas omnes repetit. vt. ff. de im
penſis. l. vtiliũ. Secundo caſu ſubdiſtingue aut mulier erat vtroq;
tempore non ſoluendo. ſ. tẽpore expẽſarum: ⁊ tp̃e repetitionis: aut
vtroq; tp̃e erat ſoluendo: aut altero tm̃ tp̃e. Si pr̃io caſu omnes
repetit. C. de rei vxor. actione. l. j. §. ſed nec ob impenſas. Secundo
caſu nullas repetit: vt. d. lege vtilium. ſed datur facultas tollendi ſi
prodeſſe poſſet id quod tolleret̃. vt. ff. de rei vendi. l. in funduʒ. hoc
enim caſu cum mulier ſit non ſoluendo cum habeat ſolam rem do
talem non poſſunt dici vtiles impenſe nec ꝓpter eas cogat̃ re care
re: vt. d. l. vtilium. Tertio caſu qñ vno tẽpore erat ſoluẽdo. ſ. tẽpore
facte impenſe ⁊ non tp̃e repetitionis: ⁊ tunc ſimiliter repetunt̃: qꝛ
ſufficit vtiliter eſſe ceptum. vt not. in. d. l. vtiliũ. ⁊ ibi per Bartol.
3 ¶ † In eadẽ glo. niſi mandato mulieris imo etiã ſi cum mandato
⁊ voluntate mulieris vir faciat impenſas voluntarias nõ repetit:
ſed cõpetit ei deductio ſine leſione prioris ſtatus rei: vt dicto. §. ſed
nec ob impenſas. ⁊ in. l. voluntarijs. ff. de impenſis. ⁊ hoc niſi fuiſ
ſet res venalis: vt eo. titu. l. quod ſi. qꝛ tunc magis dicunt̃ vtiles ꝙ̃
volũtarie: ⁊ hoc eſt ſpãle in muliere. Sed ab alio cuius voluntate
expenſe voluntarie facte fuiſſent in re ſua bene repetuntur. l. quod
4 ſi filius. §. ſed ſi mutua. ff. de in rem verſo. in fi. eiuſdem gloſ. † Dic
quod predicta diſtinctio procedit vbi conſtat qõ nõ donandi aĩo
vir fecerit expenſas: ſi aũt conſtaret quod aĩo donandi vir fecerit
impenſas tunc impenſe facte in faciendo repetunt̃ ſi mulier ſit ſol
uendo ⁊ ſunt vtiles: ⁊ expenſe ſint magne. l. ſed ſi mors. §. fina. cuʒ
l. ſeq. ſ. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ not. in. l. oĩ. ff. de impenſis. ſed in
reficiẽdo vʒ donatio in tãtũ quãtũ refectio edificij poſtulat. l. qõ
ſi vir. ff. de donatio. inter virũ ⁊ vxo. Et an expenſe ſint magne vel
parue relinquitur arbitrio iudicis inſpectis facultatibus ⁊ con
ditionibus perſonarum. vt no. ĩ. d. l. omnis. ⁊ hec procedunt quã
5 do facit expenſas in rebus dotalibus. † Si autem fecit in perſonã
mulieris dic vt in. l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. nam ſi mulier
fuit infirma aut in infirmitate propter quam non fuit ſubducta a
ſeruitio viri: ⁊ tunc vir debet facere expenſas infirmitatis. arg. l.
ſicut. ff. de pe. le. ⁊. l. in rebꝰ. §. pñt. ff. cõmo. Si aũt fuit ſubducta a
ſeruitio viri tũc ſi hʒ dotẽ ſufficiẽtẽ ad dictas expẽſas tenet̃ facere
ex dote. l. ſi cũ dotẽ. §. ſin autẽ i ſeuiſſimo. ff. ſo. ma. Si nõ hʒ dotẽ vl̃
dos nõ ſufficit tũc maritꝰ nõ tenet̃ ſʒ pr̃ vxoris ĩ cuius ipſa eſt ptã
te ad quẽ ẽt ſpectat impenſa funeris hoc caſu vt. l. quod ſi nulla. ff.
de religi. ſi aũt nõ habet patrẽ vel aliũ q ad h̃ teneat̃ tũc bene tenet̃
6 maritꝰ. vt. d. l. qõ ſi nulla. † Quid autẽ ſi vir facit expenſas in litigã
c do[c] ꝓ re dotali defendenda vel recuperãda an illas repetat. gl. in
l. j. ff. de impẽ. vr̃ tenere ꝙ nõ repetit. Idẽ in ſpec. de don. iter viruʒ
⁊ vxo. §. formatꝰ. ver. illud q̃rit̃. Sʒ hoc vr̃ durũ vbi maritꝰ noluit
donare q nõ tenebat̃ miniſtrare dictas expẽſas. vt no. Inn. in. c. ꝑ
veſtras in. c. ſi. in fi. de dona. inter vir. ⁊ vxo. pro quo facit. l. j. v. ſum
ptus. C. de bo. mater. Bar. in. d. l. j. de expẽſis. dicit ꝙ ſi maritꝰ ac
ceperit nomẽ debitoris eſtimatũ in dotẽ. ⁊ ſic ẽ piculũ vt. l. ſi nomẽ
ff. de hẽdi. vel act. ven. tũc nõ repetit impẽſas: ſecꝰ ſi ſimpliciter re
cipit: qꝛ tũc intelligit̃ eſſe in dotẽ quã ꝯſequi poterit deducta im
penſa. ar. eius qõ no. glo. in. l. per diuerſas. C. man.

1 ☞ Agi non poteſt contra patrẽ patronum ⁊ ſocium vel donato
rem niſi in quantum facere poſſunt.
2 Frater an teneatur ad plus ꝙ̃ poſſit.
3 Patronus eccleſie ab ea ali debet.
4 Clericus debitor carcerari nequit.
5 Socius conuentus alia actiõe ꝙ̃ ſocietatis qõ beneficium habeat.
6 Beneficium perdit cauſam beneficij negans.
7 Donator nõ cõuenitur niſi inquantum facere poteſt.
8 Donatarius an teneatur donatorem alere.
9 Donãs ob cãm an debeat ali a donatario vel aliud bñficiũ habeat.
10 Electio in deductione fienda ad quem ſpectet.
11 Dõatariꝰ volẽs alere dõatorẽ ĩ domo ſua ne fiat dductio an audiat̃.

1 **Sed ⁊ ſi qs.** ¶ † Actio q̃ dat̃ ꝯ pr̃eꝫ pr̃onũ ſociũ vl̃ dõa
torẽ dat̃ ſolũ inquãtũ facere pñt. hoc dicit
vſq; ad. §. cõpẽſatiões. Habẽt ḡ oẽs iſti bñficiũ ne ꝯueniãt̃ niſi iquã
tum facere pñt: vt hic. ⁊. l. ſunt qui in id. ff. de re iudi. ⁊ hoc benefi
cium operat̃ vt ille cui competit non habeat neceſſe cedere bonis:
quia cum non teneantur vltra quam facere poſſunt habita ratio
ne ne egeat: non poteſt pro tali debito carcerari. Itẽ poſt quadri
meſtre tempus non tenet̃ ad vſuras centeſimas: vt not. gloſſ. in. l.
in condemnatione. ff. de regu. iur. ⁊ intellige textum cum dicit cũ
patre ſuo. ſ. vtriuſq; ſexus in infinitum. vt not. ff. de re iudic. in lege
patronus. Sed qd ſi agat pater cũ filio vel alijs deſcẽdẽtibus emã
cipatis: qꝛ cũ exiſtẽtibꝰ ĩ ſacris id ẽ ĩ ptãte ñ põt agere vt. l. lis nulla
ff. d in. vr̃ idẽ cũ tũc bñficiũ dbeat eẽ reciprocũ. ff. ꝙ ꝯſeq̃ in. l. j. ſic di
cimus

cimus de marito ⁊ muliere:vt.ſ.e.ver.ſi de dote. ⁊ quia pater te
netur alere filium etiam emancipatū:vt.l.ſi quis liberis.ff.de lib.
agno.⁊ ſic vel intereſt ſi filius deducat cū eſſet per aliā viam habi
2 turus.ff.de vul.⁊ pup.l.ſi filius. †Sed quid^a in fratre an habeat
a hoc beneficium.glo.tꝫ ꝙ non in.l.verum.ff.pro ſocio.quam ibi ſeq
tur Bar.⁊ Bal.Sed Jo.fabri tꝫ oppoſitum qḋ pater habeat hoc
beneficium ſuppoſito qḋ frater teneatur alere fratrem: vt tꝫ glo.
in.l.j.C.de alen.libe.ꝑ hanc qōnē concludit qḋ frater gaudeat hoc
beneficio ⁊ idem dicit in domino ⁊ vaſallo ſe inuicem alere deben
tibus.Et hoc videtur quaſi exp̄ſſum de no.feu.col.x.⁊ ibi ꝑ Bar.
⁊ Bald.in.l.alimenta.ff.de libe.agno.⁊ idem videtur in patrino
⁊ filiolo:ita enim diligere dꝫ hō eum quem ſuſcepit de ſacro fon
3 te ſicut patrē: vt in.c.ita diligere.xxx.q.iiij.†Et idem in patrono
eccleſie cum debeat ali ab ecclīa que licet paupibus ſubuenire de
beat:tamen pinguius ⁊ abundantius huic patrono ſubuenit.
xvij.q.vij.c.quicūqꝫ.⁊ no.in gl.magr̄a.ea.q.⁊ cā.c.pie mentis.Et
idē in p̄lato ſi ſubditus eū ꝯueniat a fortiori ratione qḋ ille gau
det priuilegio celeſtis militie.vt no.in.l.miles.ff.de re iud.Et idē
vr̄ de rectore curato ſi parochianus eum conueniat per predicta.
4 †Nō enim poteſt clericus pro debito carcerari:vt in.c.perueniat.
de fideiuſ.extra.licet Oldra tenuerit oppoſitum per.c.oldradus
de ſolu.Sed dic ꝙ ibi non opponebatur hec exceptio.vt ibi nota.
Et idem in aduocato.vt no.in.d.l.miles. quod poteſt procedere
ſi habeat ſalarium a publico.per no.in.l.fi.C.de inoff.teſt.Et idē
de ſcholari doctore vel magr̄o non enim poteſt doctor capi perſo
nalr̄.nec pro armis rimari.l.medicos.⁊ ibi per Bar.C.de profeſ.
⁊ medi.lib.xj.⁊ dixi.ſ.e.§.in perſonam.in ver.meū autem.In for
mula actionis in factū ꝯ filium vel libertum vocantem parentēꝫ
vel patronum in ius ſine venia. Et hec vera ſimiles: aduocatus:
doctor ⁊ prelatus conueniant ex ꝯctibus artem concernentibus.
vt ſentit glo.in.d.l.miles.Item verum hoc ſi tales perſone conue
niantur ex ſuo ꝯctu vel facto alterius:vt.d.l.verum.§.pater pro ſo
cio.ff.pro ſocio.Item qḋ hic dr̄ cum patrono ⁊ idem ſi patronus
agat cū liberto:vt.ff.de lib.agno.l.alimenta.Item omnia iſta in
tellige niſi ille q vult vti hoc bn̄ficio fuerit ingratus:vt.d.l. alimē
ta.⁊.C.de alen.lib.l.fin.cum ibi not.in gloſſ.in ver.idem ſi ſocius.
5 ¶†Quero ſi ſocius conueniatur alia actione ꝙ̄ ſocietatis an ha
bebit hoc beneficiū ſatis vr̄ dicendū qḋ ſic.ſi tamē hoc ſit occaſio
ne ſocietatis ⁊ agatur in ꝯctu inito durante ſocietate vt in ſimi
li dixi.ſ.eodem.§.ſi de dote.Quid autem ſi ſocius ageret reali vē
dicando partē rei quā ſocius poſſidet an habebit hoc beneficium
puto ꝙ non per no.in.d.§. item ſi de dote.Sed an hoc ſit verum
de ſocijs oīum bonoꝝ tm̄:dic ꝙ ēt ꝯuenit ſocio vnius rei.d.l.verū
in pri.Nec ob.ff.de re iudi.l.ſunt q putāt.qꝛ ſubaudit ibi maxie.vt
ibi no.⁊ ar.iſtoꝝ pōt dici idē ſm Jo.fa.de plurib⁹ canōicis vł cāto
ribus eiuſdē mōaſterij ⁊ plurib⁹ ſcholarib⁹ hītantib⁹ in eadē do
mo ꝓ quibus facit generalitas illius tex.de notis feudo.in prin.
iſta enim conueniunt bonis moribus.iḋ extēdenda.ff.ſol.matr.l.
6 eleganter.§.fin.⁊ qḋ no.in.d.l.patronus.ff.de re iudi.¶†Et not.
ꝙ hoc beneficium qḋ datur ſocio datur ita demū ſi confiteatur ſe
ſociū.ſecus ſi negat:vt voluit hic glo. quia negans id qḋ eſt cauſa
ſui bn̄ficij ꝑdit beneficiū.l.ſed habita.§.qḋ autem.ff.de re iud. ⁊.l.
ſi vnus.in fi.ff.pro ſocio.⁊.l.ſi dubitetur.ver.ita demum.ff.de fide
iuſ.qḋ limita ſi perſeuerauerit vſqꝫ ad litis conteſtationem:quia
ante poteſt penitere:vt.l.electio.§.neqꝫ.ff.de noxa. Item limita ſi
negauerit in ſpē:ſecus ſi in genere ꝑ litis conteſtationem negan
do narrata ꝓut narrantur.ſm Bar.in.d.ver.ita demum. in ver.
7 idē ſi quis ex donatione ſua.¶†No.qḋ donator habet hoc benefi
ciū ne cōueniatur niſi in quātū facere poteſt habita rōne ne egeat
in eo ſolo fit deductio eris alieni in ratione huiuſmodi deductio
nis:vt.l.⁊ exheredatū.ff.de re iudi.non enim debet eſſe ſua libera
litas damnoſa ſibi.l.ne liberalitati. ff.de re iu.per quam.l. deter
minat Jaco.de bel. ꝙ ſi aliquis donauit eccleſie omnia bona ſua
retento vſufructu donec viuet qḋ non poterit compelli ad preſtā
dū cautionē de vtendo ⁊ fruendo arbitrio boni viri : que cautio
alias preſtari debet nec poteſt per renunciationem remitti.l.j.C.
8 de vſufru.⁊.l.ſcire.C.vt in poſ.leg.†An autem donatarius teneat
alere donatorē.glo.ſunt contrarie.vna eſt quod non tenetur alere
vt.l.in cōdemnatione.ff.de regu.iur.Alia eſt quod tenetur alere:
vt.l.generaliter.C.de reuo.do.Et dic vt ibi per Dy.⁊ Saly.qḋ ſi
eſt donatarius certe rei non tenetur:⁊ ita loquitur glo.in.l.in cō
demnatione.ſi autem eſt donatarius certe quote bonorum teneat
alere:⁊ ita loquitur glo.in.d.l.generaliter.¶Item quero tex.hic
dicit quod donator habet hoc beneficiū ſi conueniatur ex dona
tione ſua. Sed quid ſi conueniatur ex donatione alterius puta
patris dic qḋ hoc beneficium non tranſit ad heredes.l.ſi fideiuſ
ſor.in fi.cum.l.ſequen.ff.de re iudi.niſi eſſet de ſuis heredibus: vt
no.gloſſ.in.d.l.ſi fideiuſſor.in fin.⁊.l.etiam.ff.ſo.ma.⁊ hec vera in
9 ſimplici ⁊ pura donatiōe.¶†Quid aūt in donatiōe ob cām an ha
beat locū hoc bn̄ficiū:vr̄ ꝙ nō qꝛ illa nō eſt ꝓprie donatio nec libe
ralitas:⁊ iḋ ceſſat rō.d.l.ne liberalitate.⁊.l.diu⁹.ff.de regu.iu.vbi
gl.limitat ꝙ donator hꝫ hoc bn̄ficiū ſi ꝯueniat ab eo cui donauit
ſec⁹ ſi ab alio.ꝑ.l.nēſenius.ff.de re iud.⁊ facit ad hoc.ſ.qḋ hoc bn̄fi
ciū nō hꝫ locū in donatione ob cām:quia donatio ob cauſam nō
reuocatur ꝓpter ingratitudinē:qḋ ſecus eſt in ſimplici donatiōe
l.fi.C.de dona.reuocan.In cōtrariū facit qꝛ ꝓmittens pro dote ꝓ
mittit ob cām.vt.l.ſi donatarius.C.de condic.ob cām.⁊ tamē hꝫ
hoc beneficiū.l.penul.ff.de iure do.nec dicas ibi ſpāle in ſocero:qꝛ
idem in quocunqꝫ extraneo.l.ſi extraneus.ff.de iure do.Primaꝫ
partem tenet Ang.qḋ hoc beneficium non hēat locū in donatiōe
ob cām ſed ſolū in ſimplici donatiōe.vt.l.ſed habita.ff.de re iudi.
Et rn̄det ad id qḋ dr̄ de donāte cā dotis:quia ſi maritus agat ad
dotē que eſt remanſura penes eum tūc non hꝫ locum beneficium
vt.d.l.nēſenius.ff.de re iu.ſecus ſi agat ad commodum vxoris:vt
d.l.ſi extraneus.¶Itē quero ſi donator poſt rem donatam ⁊ tra
ditā reperiatur poſtea poſſidere ⁊ donatarius eam petat an ha
beat donator hoc beneficiū.dic.vt.d.l.nenſenius.§.fundum.ff.de
10 re iu.¶†Item quero cuius ſit electio in tali deductione fienda
ne agat:vt ſi donator vult deducere res que ſibi magis placent:⁊
donatarius vult ſibi tradere alias res dic quod poti⁹ erit electio
donatoris fauore eius liberalitatem exercentis:dummodo eligat
res mediocres.vt.l.ſi quis argentum.§.j.C.de dona.vel forte hoc ^a¶Sꝫ qd.Idē ꝑ oia tꝫ hic do.Aret.
totū expedietur iudicis officio.vt.l.ſi quando.C.quomodo ⁊ qui
11 bus quarta pars debeatur.li.xj.⁊ qḋ ibi no.per Bart.¶†Item
b quero^b ſi donatarius vult alere donatorem in domo ſua ad fines ^b¶Itē quero Hic qōnem ponit domi. in fi.ij.col.
ne fiat deductio an debet audiri.videtur quod ſic:quia hec dedu
ctio fit ſolum propter alimenta que donatarius offert ſicut ⁊ he
redes viri poſſunt offerre mulieri eam alere in domo ipſoꝝ: iu
xta notata.C.de rei vxori.ac.l.j.§.ſimiliqꝫ modo.⁊.ff.vt in poſ.le.
l.que legatarium.⁊ in Specu.qui filij ſint legitimi.§.nunc videa
mus.Jo.fab.tamen dicit ꝙ hoc vr̄ durum ſic reſtringere hoc be
neficium legis qḋ concedit donatori deductionem ⁊ deductio fit
de ipſis rebus.vt.l.linea margaritarum.ff.ad.l.fal.dicit tamē qḋ
ſi res eſſent īdiuiſibiles alter ipſorum cogeretur recipere ius ſuū
in eſtimatione.vt.l.nō amplius.§.fi.ff.de leg.j.¶Item quero nū
quid illud quod deducitur erit perpetuū ⁊ tranſmittatur ad he
redes extraneos qui non gaudent hoc beneficio:vt.l.ſciendum.ff.
de re iud.Jo.fa.tꝫ ꝙ ſic:videlicet qḋ illud qḋ deducitur remaneat
donanti pleno iure vt nihil reſtituatur donatario etiam ſi donās
perueniret ad pinguiorem fortunā.ar.l.videamus.ff.qḋ met⁹ cā.
⁊.l.illicitas.§.fi.ff.de offi.preſi.in cōtrariū tamē facit. l.iura.§.de
ficientium.ff.de mune.⁊ hono.

1 ☞Compenſationis exceptio ſi opponatur debitum petitum
extenuatur.
2 Compenſationis exceptionem non admitti differt ab eo qḋ eſt eā
admiſſam reprobari.

1 **Compenſationes.** ¶†Exceptio compenſatio
nis oppoſita extenuat debi
tum petitum.h.d.vſqꝫ ad.§.eum quoqꝫ.Et intellige quod hec cō
penſatio fuit admiſſa ⁊ non reprobatur.l.quod ſi in diem.§.ſi rō
nē.ff.de cōpenſa.ſi eñ fuiſſet reprobata tunc obſtaret exceptio rei ^c¶Et oportꝫ. Idem hic tꝫ Aret.
iudicate.⁊ non poſſet plus opponi nec per viam exceptionis nec
c actionis: vt dicto.§.ſi rationem . Et oportet^c qḋ expreſſe iudex re
probet qꝛ non deberetur illud de quo opponitur compenſatio ⁊
ibi:alias ſimpliciter cognoſcendo de exceptione compenſationis
vt nihil de ea expreſſe iudicando non propterea videt ſup ea taci
2 te ꝓnūciare ſm Bart.in.l.ſnia.§.fi.ff.de neg.geſt.†Eſt enim aliud
exceptiōem ꝯpenſationis oppoſitā non admitti ⁊ aliud ipſaꝫ ad
miſſam ⁊ examinatā reprobari: qꝛ prīo caſu non obſtat exceptio
rei iudicate:ſcḋo ſic.l.j.§.qd igit.de cōtra.iud.tutel.⁊ ibi ꝑ Bal.⁊
de materia compenſationis dic pleniſſime vt dixi.ſ.eod.§.in bo
nefidei.

1 ☞Cedens bonis non conuenitur in poſtea queſitis.
2. Ceſſio ſine confeſſione non admittenda.
3 Pactum cū debitore qḋ eo non ſoluente capi poſſit an valeat.
4 Carcer remedium vltimum ⁊ ſubſidiarium dicitur.
5 Ceſſio bonorum in criminali non admittenda.
6 Conuentus actione iniuriarum bonis non cedet.
7 Cedere bonis qui nequeant.⁊ nu.ſeq.
10 Ceſſio bonorū quando litis conteſtationem impediat.
11 Ceſſio bonorum fieri poteſt extra iudicium.
12 Creditor debitorem quem incarcerari fecit alere tenetur.
13 Cedens bonis a qua obligatione liberetur.
14 Ceſſionis beneficio an poſſit renunciari.
15 Cedens bonis an poſt ceſſionem poſſit conueniri in queſitis.⁊ nu
meris ſequentibus.
18 Mulieres incarcerari non poſſunt.
19 Milites incarcerari nequeunt.
20 Cedēs bonis an poſſit veſte ſpoliari ⁊ vſqꝫ ad peram excuti.
21 Clauſule in fine libellorum que ſint ⁊ qui earum effectus.
22 Actio que intentata preſumatur ſi plures competierint.
23 Clauſula in libello/non aſtringens ſe ⁊c.quid operetur.
24 Aſtringere ſe ad probandum quando quis dicatur.
25 Clauſula libelli/ſibi ius ⁊ iuſtitiam fieri quid operetur.

26 Reus an dicatur libellum petere declarari quando eum eſſe ineptum excipit.
27 Jus declarandi libellum per quem fieri poſſit.
28 Clauſula libelli/ ſcđm formaȝ iuris ⁊ ſtatutorum: quid operetur.
29 Clauſula libelli/ſaluo iure addendi vel minuendi ⁊c. quid opeꝛ.
30 Clauſula libelli/petit expenſas factas: qualiter intelligatur.
31 Expenſe an intelligantur cum in libello ⁊ de fiendis ⁊c. dicitur.

1 **Cum eo quoqȝ.** ¶ †Cedens bonis habet beneficium vt in poſtea queſitis nō con-
2 ueniatur niſi inquantū facere poteſt. hoc dicit vſqȝ ad finē. † Iſta
enim ceſſio non admittitur niſi cedens confiteatur debitum: vt
hic in glo. ⁊ iudicet omnia bona. vt nota. C. e. l. j. Et effectus hui⁹
ceſſiōis eſt ne debitor detrudatur in carcerem. Item vt in poſtea
queſitis conueniatur ſolum inquātū facere pōt vt hic dicit tex. ⁊
gl. ⁊ l. j. C. e. Patet igiꝛ qđ pro ciuili debito quis poteſt incarcera-
ri nec cedat bonis ſiue ſit debitū priuatum: vt hic ſiue publicum:
3 vt. l. nemo carcerē. C. de exac. tribu. li. x. † Sed nūquid valet pactū
factum cum debitore: vt ſi non ſoluat ad tempus ſtatutum poſſet
capi a creditore: ⁊ in carcerem detrudi donec ſoluat. Dy. ⁊ Bart.
tenet qđ non: qꝛ eſt cōtra bonos mores. vt. l. alia. ⁊ l. eleganter. ff.
ſolu. matri. Et idem vult ipſe Bar. in. l. titio. §. ij. ff. de cōdi. inde.
Bal. dicit qđ valeat pactum vt liceat ducere debitorem ad publi-
cum carcerem nō autem ad priuatum. Non enim poteſt liber ho-
mo a priuato detineri donec ſoluat vel tādiu ſeruiat donec ſoluat
ſeu ſatiſfecerit. l. obſes. ſm vnam lectu. C. de actio. ⁊ obli. imo deti-
nens perdit debitum ⁊ tantundem ſoluit de tanto parentibus
ſuis ⁊ corporaliter punitur. vt in auꝛ. ibi poſita. Fallit autē in re-
dempto ab hoſtibus. vt. l. ij. C. de capti. ⁊ in ſcriptore qui pōt po-
ni in compedibus vt ſcribat ⁊ compleat opus qđ cōuenit: vel ſol-
uat intereſſe prout placuerit ſcholari: ⁊ hoc eſt fauore ſtudij ⁊ pu-
blice vtilitatis ſm quoſdā: vt eſt gl. fin. in. l. ſtipulatio. §. ſi nauꝛ. ff.
de no. ope. nun. de quo dic per Bar. in. l. ſtipulationes non diui-
dunꝛ. in. viij. q. prin. ff. de ver. obli. Item fallit in obſidib⁹ qui pro
obſeruatione pactorū danꝛ: vt in. c. expoſita. de arbi. ⁊ in. c. reſcri-
pto. de iureiu. ⁊ xxiij. q. viij. c. vt prudē. in gl. in v̇. obſides. lȝ gl. no-
ſtra dicat qđ de iure dari ⁊ retineri non poſſunt ſed de cōſuetudi-
ne vſurpatum eſt: vt. l. ij. C. de pa. qui fi. diſtra. Sed nunquid reti-
nens clericum pro obſide etiam volente ſit excommunicatus vi-
4 de per Inno. in. c. nuper. de ſen. excom. † Item adde qđ vltimum
⁊ ſubſidiarium remedium eſt carcer. ſ. vt quis ita demum poſſet
carcerari cū nō eſt ſoluēdo. l. iij. §. tutores. cum ſua gl. ff. de ſuſpec.
tu. Fallit auꝛ in eo qui occultauit ſiue alienauit bona in frau. cre-
di. l. fi. §. fi. ff. de his qui in frau. credi. Item in eo qui tempore con-
tractus ſcienter promiſit qđ facere nō potuerit. l. pe. ff. de iure do.
Item fallit in debitore fiſcali contumace in ſoluendo in quo pōt
incohoari a captura. vt. d. l. nemo carcerē. ⁊ ibi per Ang. plene de
exac. tribu. li. x. ⁊ per Bar. in. l. ſacrilegij. in fi. ad. l. iuliā pecu. Itē
fallit in crimine capitali qđ ingerit penā corporalem vbi quis po-
teſt capi a quocunqȝ etiā priuato in ipſo flagranti crimine. l. j. v̇.
ne igitur. C. de rap. vir. ⁊ l. ſi quis in ſeruitute. in fi. ff. de fur. ⁊ ibi
per Bar. in. d. l. ſacrilegij. dummodo ducatur ad iudicē infra tē-
5 pus qđ no. in. l. capite quinto. ff. de adul. † Et ſic patet qđ in crimi-
nali non admittitur ceſſio bonorū: ſed qui nō poteſt ſoluere luat
in corpore. l. j. in fi. ff. de penis. Et poſtquā luit licet in pinguioreȝ
fortunam peruenerit nō tamen vexatur qꝛ corporalis pena loco
totalis ſatiſfactionis ſuccedit: vt no. regula Ioā. an. in. c. peccatū.
6 de reg. iu. li. vj. † Conuentus autē actione iniuriarum non cedet
bonis quāuis ſit conuentus ciuiliter ſed pecuniaria pena conuer-
tetur in corporalem: vt. d. l. j. facit. l. iij. §. quāquā. ff. qđ cū eo. ⁊ qđ
7 no. in. c. odoardus. de ſolu. † Item non gaudet hoc beneficio qui
ſub ſpe ceſſionis bonorum debita cōtraxit. ſcđm Dy. in. d. c. pecca-
tum. facit qđ no. Bar. de prefecto cōtrahente multa debita ꝓpter
aduentum imperatoris ipſuȝ a ſuis debitis diſſoluentis: vt. l. j. ff.
hoc interdictum vti poſſidetis contra turbātem: vt in.c.licet cau-
ſam.iuxta fin.ibi gloſſ.plene.De iſto interdicto loquitur extra de
proba.Sed in perſonalibus preſtationibus vt ſi es mihi obliga-
tus ad aliquid annuum: vt /ad/ par caponum vel ad aliam rem
non competit mihi interdictum poſſeſſorium.argumē.lege ſecū-
da.ff.quorum bonorum.niſi pretendam habere ius in perſonā ſic

obligati. vt quia ſit vaſallus vel aſcriptitius. ⁊ ita intelligitur ca-
pitu. querelam. extra de elec. ſecundum Bart. in dicta. l. ij. ff. quo-
49 rum bonorum. ¶ † Ad tertium contra quem competebat hoc in
terdum. dic quod non ſolum competit contra aſſerentem ſe poſ-
ſidere ſed etiam contra turbantem ⁊ inquietãtem. vt. ff. eodẽ. l. ſi
duo. §. ſi vicinus. ⁊ infra eodem. §. hodie. in gloſ. ⁊ per Barto. in
l. j. §. huius autem. ff. eod. Item competit contra diffamantẽ per
quam infamationem impedior ſeu turbor in mea poſſeſſione vel
quaſi: vt quia diffamat me quod nullum ius habeo in tali predio
meo: Et propterea nõ reperio laboratores: vel vim mihi facit. ff.
de vi ⁊ vi arma. Item competit contra impedientem me in quaſi
poſſeſſione iuris eligendi. vt ſi habeo iuriſditionem eligendi po-
teſtatem in caſtro ⁊ homines caſtri meum electum non admittũt
ſed alium eligunt. vt in capitulo ſecundo de in integrũ reſtitutio
ne. Secus ſi non eligunt ſed ſe rebellant ⁊ reſiſtunt nolle parere:
quia tunc non habet locum hoc interdictum quando ſubditus
reſiſtit ſuperiori. Sed eſt recurrendum ad vtilem confeſſoriam ⁊
actionem in rem ⁊ officium iudicis. vt notatur. l. j. §. per hanc. ff.
de rei vendi. ⁊ dixi. ſ. de actionibus. §. preiudiciales. ⁊ per Bart.
in. d. §. huius autem. cõtra electũ aũt ab eis non habeo interdictũ
vt negat Innocentius in capitulo ſecundo niſi per eius accepta-
tionem impediretur mea poſſeſſio: vt quia eius fauore recuſant
debentes intereſſe mee electioni: vt dicta. l. vim facit. ff. de vi ⁊ vi
50 arma. † Ad quartum videlʒ qualiter formetur libellus in hoc in-
terdicto. Dic quod actor debet narrare qualiter poſſidet vel qua-
ſi poſſidet rem in qua turbatur vel inquietatur: non tamen tene-
tur declarare an ciuiliter vel naturaliter poſſideat: niſi interſit
aduerſarij ⁊ hoc petat declarari. ⁊ hoc not. Barto. in. l. j. §. inter-
dum autem. ff. eodem. Item debet narrare qđ aduerſarius eum
turbat vel inquietat in ea re tali ⁊ tali modo: debet enĩ declarare
modum turbationis vt expreſſe dicit Inn. in. c. licet. de proba. in
gloſ. magna. iuxta ſi. in ver. iuxta hoc igitur. Itẽ debet cõcludere
tria: vcʒ qđ reus cõdemnet̃ ad deſiſtendum a preſenti turbatione
Item a furto in dando cautionem qđ in futurũ non moleſtabit:
vt not. in. l. iij. §. hoc interdicto. ff. de interdic. itine. actuqʒ priua.
Item qđ condemnetur ad intereſſe preterite turbationis: vt not.
in. l. j. §. neqʒ plures. ff. eo. ⁊ cum hoc intereſſe veniũt etiã fructus
a tẽpore deiectionis. vt. l. j. §. ex die. ff. de vi ⁊ vi ar. Iſtud autẽ in-
tereſſe non eſtimatur tm̃ quãtum vʒ eius poſſeſſio: ſed eſtimatur
quantum mea intereſt habuiſſe liberam poſſeſſionem expeditam
penes me: ⁊ a nemine fuiſſe turbatum in ea. l. ſi duo. §. ſi. cum ſua
gloſſ. ff. vti poſſi. per quẽ tex. ⁊ glo. Bart. decidit ſi ſtatutum dicat
qđ de qualibet lite ſoluatur gabella tantũ pro libra qđ de iſta tur-
batione licite ſit eſtimatio intereſſe reſpectu poſſeſſionis retinen-
de ſine turbatione: non autẽ reſpectu proprietatis. Et de forma
libelli in hoc interdicto vide in ſpe. in cauſa poſ. ⁊ proprie. §. reti-
nende. ver. ⁊ ſcias. ⁊ per Rofre. ſuper rubrica. de iterdicto vti poſ
51 ſidetis. † Ad quintuʒ vcʒ quid debeat probare actor ⁊ quid reus
in hoc interdicto patet ex proxime dictis in primo queſito. ⁊ ex
dicendis in ſequenti queſito. ⁊ per Barto. in. l. j. in fin. ff. vti poſſi.
nam debet actor probare quod poſſedit tempore perturbationis
⁊ nũc poſſidet tẽpore litis conteſtate: vt. ſ. eod. §. hodie. ⁊ per Bar.
in. d. l. j. in fine. ff. eod. Item ſi reus probat ſe poſſidere debet actor
probare quod reus poſſidet ab eo vi clã vel precario: vt dicto. §. ho
die. ⁊. l. j. in prin. ff. eod. de vi ⁊ precario patet: quia debet probare
vim adhibitam ad illam poſſeſſionem reo querendam: ⁊ rem pre-
cario conceſſam. clandeſtinam poſſeſſionem rei probat eoipſo qđ
probat titulum ⁊ ſuam poſſeſſionem antiquiorem: quia poſſeſſio
rei poſtea habita preſumitur clandeſtina ab ipſo actore. probat
actor eoipſo quod reus non probat clandeſtinam ab alio. ⁊ lʒ pro
baret reus clandeſtinam ab alio tamẽ magis attenditur veritas
que eſt in re vera eſt clandeſtina ab actore. l. aut qui aliter. §. ſi qs
dum. puta. ff. qđ vi aut clam. ⁊ per Barto. in. l. j. §. interdictũ aũt
in ver. ij. innuitur. in gloſſ. ff. vti poſſi. reus autem debet probare
actorem non poſſidere: vel ab eo poſſidere vi clam aut precario.
vel ſe reũ habere iuſtã cãm detinẽdi. l. colon⁹. i ſi. ff. de vi ⁊ vi arma.
Primũ probat̃ eoipſo qđ actor nõ ꝓbat ſe poſſidere naturalr̃ vel
ciuilr̃. ⁊ ſic põt excipere de iure tertij qñ eſt excluſiuũ iuris agẽtis
l. cum ſeruum quiſpiam. C. de fur. Et attende quod in iſto inter-
dicto admittuntur poſitiones ⁊ articuli de dominio: quia duo-
bus pariter probantibus de poſſeſſione ille obtinet qui etiã pro-
bat de dominio. ⁊ ſic eſt eius poſſeſſio iuſtior: vt. d. c. licet cauſam.
de proba. niſi probetur clandeſtine ab aduerſario reſpectu poſſeſ-
52 ſionis. de quo per Bar. in. l. ſi eo fundo. §. ſi. ff. de acqui. poſ. † Ad
ſextum autem ſcilicet qualiter ſit ferenda ſententia. dicit gloſſ. in
l. ait pretor. §. j. ff. de re iudi. quod pronunciabit ita vti poſſidetis
⁊ ita poſſideatis. Sed gloſſ. in lege prima vti poſſidetis. C. dicit qđ
ſi non eſt liquidum quis eorum poſſideat iudex abſtineat a indi-
cando: ⁊ ſequeſtret poſſeſſionem partibus: ⁊ prohibeat eas accede
re ad eam ne veniant ad rixas ⁊ arma: vt. l. equiſſimum. ff. de vſu-
53 fru. † Et hoc bene not. quod quando inter duos contenditur de
poſſeſſione iudex poteſt ſequẽſtrare poſſeſſionẽ ⁊ interdicere par
tibus ne accedant ad eam ne deueniant ad rixas ⁊ arma. ſecun-
Bartolum in dicta. l. equiſſimum. De quo per Innocẽ. in capitu
lo cum veniſſent. ad finẽʒ de in integ. reſti. ⁊ in ſpec. de ſequeſt. poſ.
⁊ fruc. ver. quid ſi. ⁊ ver. ſed nunquid. Sed Bart. in. l. ſi duo. §. vti
poſſide. Dicit quod ſi iudex reperit vnum poſſidere ⁊ alium nõ:
vel vnum poſſidere ciuiliter ⁊ alium naturaliter: vel vnum poſſi-
dere vi ⁊ clã vel ꝑcario vel vnam ꝓbare de antiqori poſſeſſiõe vel
titulo. Et omnib⁹ iſtis caſibus clarũ eſt qualiter iudex debet pro
nunciare: qꝛ dʒ pro eo cuius poſſeſſio eſt iuſtior. Sʒ vbi omnia pro
cedunt ad paria: quia vterqʒ probat de ſua poſſeſſione eiuſdem tẽ
poris ⁊ titulo tunc iudicabit eos poſſidere quemlibet pro medie-
tate pro indiuiſo ſi volet. pro cuius opinione facit. c. afferte. de pre
ſumptionibus. ⁊ idem vult glo. in. c. in noſtra. extra de teſtib. in
gloſſ. magna iuxta medium. que dicit quod ſi res eſt indiuiſibilis
iudex debet gratificare. c. quod autem. de iure patro. ⁊. l. ſi. in pri.
54 ff. de relig. † Nunc quero quando dicatur quis turbare alium in
ſua poſſeſſione. dic quod turbare dicitur qualitercunqʒ quis infe
rat alteri moleſtiam ⁊ impedimentum in re. vnde per ſolũ ingreſ-
ſum rei aliene aſſerendo ſe poſſidere dicitur quis turbare poſſeſ-
ſionem. vt notatur. ſ. eod. §. hodie. in gloſſ. ⁊. l. vim facit. ff. de vi ⁊
vi arma. eo enim ipſo qđ quis prohibet me pacifice vti re mea da
tur actio iniuriarũ contra eum. l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniur. Et
hoc conſuluit Barto. in conſi. quod incipit matheolus de aſſico.
Barto. tamen conſuluit qđ vbi quis accuſat aliũ de turbata poſ-
ſeſſione: quia arauit eius terram ⁊ putauit vineas non bene pe-
tijt eum condemnari ex forma ſtatuti punientis intrantem vel ap
prehendentem poſſeſſionem alterius: quia licet ſit probata aratio
⁊ putatio non propterea ſequitur condemnatio: niſi ſit probatuʒ
quod dolo vel iniurioſe fecerit: quia ſtatutum recepit interpreta-
tionem ne quis indebite damnum patiatur. lege fin. §. in cõputa-
tione. in gloſſ. in ver. confundantur in fin. C. de iure delib. ⁊. l. ſi ſer
ui. C. de noxa. Nam licet in his que ſunt de genere prohibitorum
preſumatur voluntas facientis. l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. ⁊. l. ſi
non conuicij. C. de iniur. tamen in his que nõ ſunt ſimpliciter de
iure prohibitorum: vt eſt putare vites: ⁊ arare terram. que res ẽt
non facit preſumi voluntatem domini non preſumitur niſi probe
tur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Barto. tamen in. l. j. ff. ſi qs
teſta. lib. eſſe iuſ. fue. dicit quod caſu non requiritur dolus: ſed ſuf-
ficit lata quãdo verba ſtatuti referuntur ad rem vt ſi quis turba-
nerit aliquid in ſua poſſeſſiõe: quia tunc requiritur dol⁹. Barto.
diſtinctio reprobatur a multis: quia poſſeſſio turbari non poſſit
tanquã res inanimata niſi reſpectu poſſeſſoris eſt imponere legeʒ
verbis ⁊ non rebus contra legem ſi. in ſi. C. cõmunia de lega. Ideo
tenent quod non requiritur dolus ſicut ⁊ in vi expulſiua excuſa-
tur inferens vim licet careat dolo ſi non habuit iuſtam cauſaʒ cre
dendi: vt eſt gloſſ. not. in lege ſi quis in tantam. in gloſſ. magna
55 in v̇. viij. Quid ſi credens ibi preterea ⁊ hoc accipe. † Item quero:
duo contendunt ſe poſſidere vnus ducit laboratores ad laboran-
dum in re an poſſit eos accuſare de turbata poſſeſſione ſi probat
ſe iuſtius poſſidere. dic quod ſic. niſi primo fuerint moti aliqua
iuſta ratione rem fuiſſe conducentis. vel eum in poſſeſſione appa-
reat. ⁊ ita limita gloſſ. in. l. in rem. §. tignum. in ver. item an faber.
56 ff. de rei ven. ⁊ ibi per Bar. † Et adde quod de turbata poſſeſſiõe
poteſt agi dupliciter ſcilicet ciuiliter: vt hic ⁊. l. j. ff. eod. ⁊. C. vti poſ
ſidetis. ⁊. c. paſtoralis. de cauſa poſſeſſionis ⁊ proprie. ⁊ criminali
ter tam ex lege municipali quã cõmuni ſcilicet actione iniuriarũ.
57 vt. d. l. iniuriarum. §. ſi. ff. de iniurijs. ⁊ ibi per Barto. † Item tur
bans ⁊ inquietans colonum: inquilinum: procuratorem: vel ca-
ſtellionem domini dicitur turbare ⁊ inquietare dominum. ff. qđ
vi aut qui aliter. §. ſi quis dominum. ⁊. C. ſi per vim alio modo. l. j.
imo ſi colonus permittat ſe turbari domin⁹ dicitur turbari ⁊ age
re poteſt non obſtante collodio coloni. tũc enim tenetur prodere
58 qđ non nocet domino. C. de acqui. poſ. l. fin. † Sed an ingrediens
poſſeſſionem alterius ex decreto iudicis inualido poſſit accuſari
de turba. poſſeſ. Bart. tenet quod ſic in. l. iuſte poſſidet. ff. de acq.
poſ. pro quo vide glo. in. l. ſi quis in tantam. ⁊ ibi glo. magiſtralis.
ſuper ver. in tempore quero ibi vel id eſt ante executionem. Sed
nunquid poſſit iudex cõcedere licentiam alicui vt ingrediatur ꝓ-
pria autoritate. gloſſ. tenet quod non in. d. l. iuſte. Sed gloſſ. tenet
contra ⁊ melius in. l. meminerint. C. vnde vi. Quod intellige cita-
tis citandis ⁊ negotio diſcuſſo. vt. l. nam ita diuus. ff. de adop. nã
in re ſua poteſt quis eſſe nuncius ⁊ executor: vt lege eum qui. §. q
epiſſtolam. ff. de fur.

## Sed interdicto

¶ Hic eſt ſcđa ps ĩ qua declarat
pro quib⁹ rebus dentur hec duo
interdicta ⁊ in quo conueniant ⁊ diſconueniant olim ⁊ hodie. ⁊
59 hoc intendit. † Vti poſſidetis pro rebus immobilibus ⁊ vtrobi
pro rebus mobilibus competitur. ⁊ in vtroqʒ ille obtinet q litis
conteſtate tempore ſolus poſſidet nõ tamen ab aduerſario vi clã
vel precario reiecta antiqua differentia poſſeſſionis que erat in-
ter hec

ter hec duo interdicta. hoc dicit vſq ad. §. poſſidere. Erat igitur
olim differentia et hec prima hodie durat inter interdictum vti
poſſidetis ⁊ vtrobi ⁊ vti poſſidetis ſolum in rebus immobilibus
habet locum. Sed vtrobi in rebus mobilibus vt hic. et. l. prima
ff. de vtrobi. Sed quero cum vtrunq̄ iſtorum interdictorum ſit re
tinende poſſeſſionis quare habent diuerſa nomina ⁊ non vocan-
tur ambo vti poſſidetis. dicit hic gloſſ. in verbo vtrobi. ⁊ dicta. l. j.
⁊. l. j. C. vti poſſidetis. in gloſſ. ⁊ in fi. quia immobilia proprie poſ-
ſidentur ⁊ ſententia fertur vti poſſidetis ita poſſideatis. vt dicit
gloſſ. in. l. ait pretor. §. primo. ff. de re iudicata. ⁊ dixi. s. in precedē.
§. Sed mobilia improprie poſſidentur cum non poſſit dici in eis
pedum poſitio: ideo interdictum pro eis non poteſt vocari vti
poſſidetis: ſed vocatur vtrobi quod eſt nomen cōpoſitum ex duo-
bus corruptis ſcilicet vtrum ⁊ vbi ſecundum gloſſ. in. l. prima. in
fine. C. vti poſſidetis. ⁊ ponatur vtrum pro apud ⁊ vbi pro quem.
⁊ ideo duobus pariter probantibus de poſſeſſione rei immobi-
lis fertur ſententia apud quem res eſt ita ſit licet alia fuerit opi-
nio Barto. vt dixi. s. §. proximo. Et quomodo duo poſſunt pretē-
dere poſſidere ſe rem mobilem vt quia detur hoc interdictum eo
ipſo quod quis cadit a poſſeſſione rei mobilis deſinit poſſidere:
vt. l. ſi rem mobilem. ff. de acquiren. poſſeſ. vide per Barto. in di-
60 cta. l. j. ff. vtrobi. ¶ †Et not. bene quod ſecundum glo. cum mobi-
lia non proprie poſſideantur inuadens poſſeſſionem rei mobilis
alterius non punietur pena ſtatuti impoſita contra inuadentem
poſſeſſionem alterius: cum ſtatuta debeant intelligi proprie. l. pri
ma. §. hec verba. ff. de nego. geſt. cum ſimilibus. ſecundum Barto.
in. l. j. ff. de acquirē. poſſeſ. alias non poſſent vſucapi res mobiles
cum ſine poſſeſſione vſucapio non procedat. vt in reg. iur. ſine poſ
ſeſſione. lib. vj. Nec ob. quod dicit glo. quod vocatur poſſeſſio qua
ſi pedum poſitio quia illa eſt ethymologia vocabuli cū nō ſtatur
quando nō concordat cum diffinitione. vt dixi. s. de tute. in prin.
Item attende quod licet dentur interdicta tam in rebus immo-
bilibus quam mobilibus pro retinēda poſſeſſione ſcilicet vti poſ
ſidetis ⁊ vtrobi. tamen pro recuperanda poſſeſſione bene datur
interdictū vnde vi pro re immobili. Sed pro recuperanda poſſeſ-
ſione rei mobilis nullum eſt interdictum inuentum poſſeſſorium
recuperande: quia rei mobilis vilis et abiecta eſt poſſeſſio ſecun-
dum gloſſ. in dicta. l. rem que nobis Sed ſunt prodita alia reme-
dia de quibus per gloſſ. in. l. manifeſtiſſimi. §. ſed cum in ſecunda.
61 C. de furtis. ⁊ ibi per Barto. in dicta. l. rem que nobis. †Secunda
differētia erat olim inter iſta duo interdicta vti poſſidetis ⁊ vtro-
bi: quia in vti poſſidetis vincebat ille qui poſſidebat tēpore pro-
poſiti interdicti etiam ſi vitioſe ⁊ mala fide poſſidebat: dummo-
do non vi non clam non precario. Sed in vtrobi vincebat ille qui
poſſidebat rem pro maiori parte illius anni quam aduerſarius.
vt ſi poſſedi duobus menſibus ⁊ aduerſarius vno menſe. lege ma-
iori parte. ff. de verborum ſignificatione. Sed iſta differentia ho-
die remouetur: quia in vtroq̄ ſufficit quod actor poſſideat tem-
pore litis conteſtate. vt hic in ver. hodie tamen. ⁊ tempore turba-
tionis. ſecundum Bartolum in lege prima. §. fina. iuxta finē. ff. vti
poſſidetis. Quantum igitur ad differentiam mobilium ⁊ immo-
bilium hec duo interdicta ſunt difformia. Sed quantum ad cete-
ra conueniunt ſecundum gloſſ. primā in fine in. l. prima. C. vti poſ
ſidetis. Et ideo ea que dicta ſunt. s. de interdictis vti poſſidetis.
habent locum in iſto exceptis differentijs factis inter mobilia et
immobilia. Et qualiter poſſidens equum vel aliam rem mobilē
vt poſſit agere hoc interdicto ſi turbatur in dicta re vel dicta res
62 detineatur. dic per Bart. in dicta. l. prima. ff. de vtrobi. ¶ †Item
nota textum ibi litis conteſtate tempore quod iudicia poſſeſſoria
requirunt litis conteſtationem ideo ſententia lata ſuper eis ⁊ ſu-
per momentanea poſſeſſione eſt diffinitiua. ſecundum Bart. in. l.
quod iuſſit. ff. de re iudi. ⁊ per glo. ⁊ Barto. in. l. j. C. ſi de momēta.
poſſeſ. aga. licet gratianus dixerit quod eſt interlocutoria. ⁊ male
ij. q. vj. §. ſunt quorum ver. de poſſeſſione. ¶ Vltimo not. hic gloſ.
magnam que exponit illa verba vi clam vel precario. de quibus
dixi. s. §. j. in quinto queſito.

**Poſſidere.** ¶ Supra dixit quod agens predictis duo-
bus interdictis debet poſſidere alias non
competunt ei. Modo declarat qualiter ⁊ quando dicat quis poſ
63 ſidere. ⁊ hoc vult. †Poteſt quis poſſidere per ſeipſum etiam per
alium vt colonum: inquilinum: depoſitarium ⁊ commodatariū:
quia is poſſidet cuius nomine poſſidetur. Item poteſt quis ſolo
animo poſſidere ⁊ poſſeſſionem iuris queſitā retinere non autem
poteſt ſolo animo poſſeſſionem querere. hoc dicit vſq ad. §. recu-
64 perande. ¶ †No. igitur primo regulam: quod ille poſſidet cuius
nomine poſſidetur: vt hic ⁊. l. quod meo. ff. de acquiren. poſſeſ. Et
habet locum hec regula in poſſeſſione naturali ⁊ ciuili quam trāſ
fero in te ſi ego poſſidens naturaliter ⁊ ciuiliter conſtituo me tuo
nomine poſſidere vel a te conduco transfero in te illam ciuilem.
l. quedam mulier. ff. de rei vendicatio. Et idem ſi tibi vendo vel in
dotem do aliquam rem cuius vſumfructum mihi retineo. vt lege
quiſquis. C. de dona. Et ſimiliter in naturali tm̄ quam retineo p
colonū q2 ſi cōſtituo me tuo noie poſſidere etiā illa naturalis per
colonum retenta ex quo animo animus tuus ⁊ meus concurrūt
⁊ in transferendo poſſeſſionem transfertur in te. Et ſi colonus diſ
ſentiat nolle poſſidere tuo nomine ſed meo: vt in gloſ. ſingulari in
lege prima. §. non autē. in gloſſ. in ver. ſed licet. ff. de vi ⁊ vi arma.
Nam eo ipſo quod conſtituo me tuo nomine poſſidere videor me
conſtituere colonum tuum ⁊ ſi poſſides per me ⁊ cōſequenter per
colonum meum ſecundum Bartolū in dicta lege quod meo. Se-
cus autem ſi animus meus ⁊ tuus nōn concordant: vt quia non
ſponte trado ſed expellor: quia tunc nec perdam meam poſſeſſio-
nem ciuilem quam meo animo retineo per colonū niſi ⁊ ipſe deij
ciatur. l. grece. §. quibus. ff. de acqui. poſ. ⁊ not. in. d. §. non autem.
Quid autem ſi ſolam poſſeſſiōem naturalem quam habeam per
meipſum conſtituo me nomine tuo poſſidere. An transferatur in
re dicta naturalis. dic quod ſic. l. interdum. §. fin. ⁊ ibi per Bart.
ff. de acqui. poſ. ⁊ idē in incorporalibus ſi ſim in quaſi poſſeſſione
alicuius iuriſditionis: ⁊ conſtituo me tuo nomine quaſi poſſide-
re transfero in te hanc quaſi poſſeſſionem ſecundum Bartolum
64 in dicta lege quod meo. ¶ †Secundo not. hic coniuncta gloſſ. qd
colonus: inquilinus: depoſitarius ⁊ commodatarius ſunt in poſ
ſeſſione: ⁊ tamen nullo modo poſſident ſcilicet naturaliter nec ci-
uiliter: ſed dominus poſſidet ciuiliter per ſe ⁊ naturaliter mediā-
te corpore coloni. Sunt igitur iſti in poſſeſſione id eſt in detentio
ne: vt dicit gloſſ. in lege ſecunda. §. primo. ff. pro herede. ſicut ⁊ miſ
ſi in poſſeſſionē ex cauſa damni infecti ⁊ legatorum ſunt in poſſeſ-
ſiōe ⁊ tamē nō poſſidēt. ⁊ ſic aliud eſt poſſidere aliud in poſſeſſio-
ne eſſe: vt. l. ſi quis ante. ff. de acqui. poſ. licet autē colonus nō poſ-
ſideat: tamen ſi ipſe eijciat de poſſeſſione ab alio: ego pdo vtrāq̄
poſſeſſionem: vt not. gloſſ. ſing. in. d. §. non autem. ⁊ per Barto. in
d. §. peregre. ⁊. §. queq̄. ſecus ſi nō deijciatur ſed perdat vel delin-
quat: vt in. l. ſi. C. de acqui. poſ. Et quando colonus recedit delin-
quendi poſ. cauſa quid perdat dominus vide in lege prima. C. cō-
munia de vſu. ⁊ per Barto. in. l. ſi de eo. §. j. ff. de acqui. poſ. ⁊. ſ. tā-
65 gam. †¶ Tertio not. quod ſolo animo non queritur poſſeſſio: vt
hic in ver. nec vlla. nam ſolus animus non ſufficit ad acquiſitionē
poſſeſſionis: vt hic. ⁊. d. l. iij. ⁊. l. quemadmodum. ff. de acquir. poſ.
⁊. l. licet. C. de acqui. poſ. niſi interueniat actus corporeus ⁊ requi-
ritur vtrunq̄ ſcilicet animus ⁊ corporalis actus apprehenſionis
poſſeſſionis nec ſufficit ſolus animus vel ſolus actus: vt. d. l. iij. in
66 prin. †Et ideo dicitur quod poſſeſſio per nos querēda habet plu-
rimum facti quā iuris. nam requiritur factum ⁊ corporalis appre
henſio cōcurrere animo ⁊ ius nihil aliud facit niſi quia aſſiſtit vel
non reſiſtit. de quo per gloſſ. in. l. j. C. de acqui. poſ. ⁊ plene p Bar.
hoc declarantē in. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. Quaſi cor-
poreus eſt quādo nō directo apprehenditur poſſeſſio actu corpo-
reo ſed alio actu equiualēti: vt eſt rei pſentis aſſignatio: cuſtodis
appoſitio clauium traditio: alieno nomine conſtituta poſſeſſio:
inſtrumenti traditio. ⁊ vſufructus retentio. In his enim caſibus
queritur poſſeſſio ſine vero ⁊ directo actu corporeo: vt no. in. l. iij.
in prin. ff. de acqui. poſ. licet in his caſibus īteruēiat vnꝰ ex quinq̄
ſenſibus corporeis. de quibus in. l. ſi meo. §. ſi venditorem. ff. eo. ti.
Eſt ⁊ ſeptimus caſus ſcilicet ſtatio ⁊ ſtamilis ⁊ firma donatiō.
⁊ per conſuetudinem ſine traditione acquiſita poſſeſ. ſecundum
Inno. in capitulo ex literis. de conſuetudine. Dolus autem animi
bene ſufficit ad perdendum poſſeſſionem etiam conſiſtens in re. ⁊
hoc ſi incipias ab animo. Si autem incipias a corpore tunc ſola
diſceſſio corporalis non facit perdere poſſeſſionem niſi ſequatur
animus: vt hic. ⁊. l. iij. §. in amittenda. ff. de acqui. poſ. ⁊ ibi no. So
lus enim animus poſſidentis per ſe naturaliter ⁊ ciuiliter eſt ſuf-
ficiens ad retinendum poſſeſſionem ⁊ ciuilem ⁊ naturalē donec
poſſidens eſt in re vel prope rem etiam per. xx. miliaria. Si autē
non eſt in conſpectu retinetur ciuilis ⁊ perditur naturalis quam
recuperat poſtea reuerſus: vt in gloſ. magna lege prima. ff. de acq.
poſſ. ⁊ ſi alius ingrediatur poſſidens perdit naturalem ⁊ ciuilem
retinet donec vadens ad recuperandum repellatur vel ſuſpicetur
ſe poſſe repelli. lege clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq.
poſ. Sed quando quis retinet ciuilem per ſe ⁊ naturalem: vt per
colonum inquilinum ⁊ ceteros qui a lieno nomine poſſident tūc
licet dominus deijciatur de poſſeſſione fundi non perdit natura-
lem quam habet per colonum: nec ciuilem quam retinet per ſe:
quia illa ſententia ciuilis adheret naturali quam retinet per co-
lonum tanquā nobilis. ⁊ ſic ſibi conſeruatur. Sed ſi colonus deij-
ciatur perditur vtraq̄ ſi recedit animo deſerende poſſeſſionis: q2
tunc dominus perdit naturalem. Et ſi ſit negligens in ea recupe-
randa perdit etiam poſtea ciuilem. de quo per gl. in lege prima. C.
communia de vſu. ⁊ per Barto. in. d. l. ſi de eo. §. j. ff. de acqui. poſ.
Quid autem ſit poſſeſſio ⁊ quotuplex ſit: ⁊ quo iure ſit introdu-
cta: qualiter acquiratur: ⁊ qualiter perdatur: ⁊ an poſſeſſio ſit ius

vel factum. dic per Bar. in. l. j. ff. de acquiren. poſſeſſio.

## Recuperande.

¶ Dictuȝ eſt. ſ. in. §. adipiſcēde de interdictis adipiſcende poſſeſſōis
vt ſunt quorum bonorum: quorum legatorum: interdictū ſaluia-
num: ⁊ ſimilia. Item ſimiliter dictum eſt de interdictis recuperā
de poſſeſſionis. in. §. retinende. vt ſunt vti poſſidetis vtrobi. ⁊ ſi-
milia. Nunc vero tractat de interdictis recuperande poſſeſſionis
vt eſt interdictum vnde vi ad recuperandum etiam poſſeſſionē ſi
a deijciente ex interuallo poſſederit vi clam vel precario. Itē daƚ
conſtitutio ſi quis in tantam. que punit deijcientem in amiſſione
rei proprie vel eſtimatione rei aliene per vim ablate. Item datur
actio legis iulie de vi publica vel priuata. ⁊ etiaȝ appellatione ar-
morum fuſtes ⁊ lapides continentur. hoc dicit in terminis ⁊ in
67 ſumma vſqȝ ad. §. tertia. † Dantur igitur hec remedia contra vi
deijcientem alium de poſſeſſione. Primum eſt pretorium ſcilicet
interdictum vnde vi pro poſſeſſione rerum immobilium tantum
ſecundario ⁊ in conſequentia pro mobilibus ibi exiſtentibus. ff.
de vi ⁊ vi arma. l. j. §. illud vtiqȝ. ⁊ hic in gloſſ. j. Nam datur igitur
principaliter hoc interdictum pro rebus mobilibus: ideo non da-
tur ſi quis violenter deijciatur de naui vel vehiculo. lege prima. §.
ſi quis de naui. ff. de vi ⁊ vi arma. Sȝ lex iulia de vi bene datur etiā
pro violenta poſſeſſione vel expulſione de re mobili. l. iij. in fin. ff.
ad legem iul. de vi publi. Et hoc interdictum continet iudicium
ciuile ſcilicet pro recuperanda poſſeſſione. Sed ſequētia remedia
ſunt criminalia contra talem violentum: vt. l. ſi quis a ſe fundum.
C. ad leg. iuli. de vi. vbi glo. dicit ꝙ cōdemnatio facta in hoc iudi-
cio ciuili non facit plenam probationem in criminali: ſed aliqua-
lem preſumptionem. de quo dic per Barto. in. l. pretor ait. §. hoc
interdicto. ff. vi bonorum rap. Secundum remedium eſt ibi in v.
ſed in ſacris. remedium conſtitutionis imperialis ſi quis in tan-
tam. C. vnde vi. que punit rem propriam occupantem in eius per-
ditionem ⁊ occupantem alienam in eius reſtitutione ⁊ eſtima-
tione que conſtitutio habet locum tam pro rebus mobilibus ꝙ
immobilibus ⁊ tam contra doloſe quā temere ⁊ ſine dolo rapien-
tem: vt. ſ. vi bonorum rap. §. quia tamen. ⁊ ibi dixi: ſed plene not.
68 in dicta lege ſi quis in tantam. † Tertium remedium eſt ibi que
autem legum iuliarū ſcilicet lege iulia de vi publi. que punit vio-
lentiam inferentem cum armis in deportatione ⁊ omnium bono-
rum publicatione ⁊ lege iulia de vi priuata que punit vim inferē-
tem ſine armis in relegatione ⁊ tertie partis publicatione bono-
rū: vt infra de publi. iudi. §. iteȝ lex iulia. de vi publi. ⁊ ibi dicam. ⁊
lege quoniam multa facinora. C. ad legem iuliam de vi. ⁊ nota
per gloſſ. in lege de hoc iure. ff. de reg. iu. Hec autem pena depor-
tationis quandoqȝ imponi non poteſt ex defectu inſule non exi-
ſtentis intra iuriſditionem iudicantis: vt not. gloſſ. in lege illici-
tas. §. qui vniuerſas. ff. de officio preſi. ⁊ per Bartolum in lege re-
legatorum. ff. de interdic. ⁊ relega. Sicut nec poteſt iudex mittere
actorem in poſſeſſionem bonorum condemnati non exiſtentium
in ſua iuriſditione. Sȝ dȝ pnūciare de mittendo ⁊ ad eius literas
fiet miſſio per iudicem illius loci: vt no. glo. in. d. l. relegatorum. ⁊
latius per glo. in. l. cum vnus. §. is qui. ff. de bonis autorita. iudic.
poſ. Item quod dicitur de publicatione bonorum tenet gloſ. in
ver. vel aduerſus. l. iij. ff. de iure fiſci. ⁊ in. l. ea ſola. ff. de regulis
iuris. quod hodie corrigitur vt hodie bona non applicentur fi-
ſco niſi deficientibus aſcendentibus ⁊ deſcendētibus vſqȝ ad ter-
tium gradum. vt aut. bona damnatorum. C. de bo. damna. Alia
autem quamplura remedia contra violentos introducta vide
per glo. magiſtralem. ⁊ quod ibi declaratur per Barto. in. l. extat
ff. quod metus cauſa. ⁊ Rofred. omnes conſtitutiones inductas
69 cōtra violētos cōmētauit ī fine ſui operis. ¶ † Et no. ꝙ quamuis
a principio violēt⁹ nō habuerit arma: ſed poſtea ſumpſit vel ha-
buit ſȝ nō eſt vſus in deijciendo tamē dicitur vis illata cum armis.
Item non requiritur quod omnes violenti habeant arma: ſed
ſufficit quod aliqui habeant vt dicatur violentia ab eis illata cū
armis. ⁊ hec probantur in. l. tertia. §. armis. ff. de vi et vi arma.
70 ¶ † Item no. tex. ibi licet is. quod non ſolum habent locum pre-
dicte pene ſi deijcio te violenter de poſſeſſione tua: ſed etiā ſi deij-
cio te violenter de poſſeſſione mea quam per vim mihi primo ab-
ſtuleras: vel clam vel precario a me poſſidebas: quia non lȝ mihi
ius dicere: vt hic: ⁊. l. ſi quis a me fundum. C. ad le. iul. de vi. ⁊ hoc
verum eſt ꝙ non licet mihi de interuallo ſed incontinenti bene
poſſum recuperare ⁊ vim vi repellere. l. tertia. §. cum igitur. et. l.
71 qui poſſeſſionem. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊ hic in glo. † Et dicitur incōti-
nenti infra multos vel paucos dies arbitrio iudicis conſiderata
qualitate perſonarum ⁊ rei ex qua quis deiectus eſt. vt not. per
glo. ⁊ Barto. in. d. §. cum igitur. Eſt ⁊ iſta recuperatio incontinē-
ti facta tanti effectus vt non videar deiectus a te ex quo inconti-
nenti recupero. ⁊ ideo non deſino preſcribere quaſi non dicatur
interrupta preſcriptio: cum res incontinenti ſit recuperata. Iteȝ
nec deiectus incidiſſet in conſtitutionem ſi quis in tantaȝ. vt pre-
dictum ius quod habeas in re: quia mea recuperatio abſorbet
tuam violentiam prius factam. ⁊ ſic tua violentia ⁊ ſpoliatio nō
habuit effectum. ⁊ hoc tenet glo. vltima in. l. predicta. ſi quis a ſe.
⁊ per gl. ⁊ Bar. in. d. l. qui poſſeſſiones. Si aūt ex interuallo recu-
pero per vim deijciendo primū violentū lȝ ego incidam in penas
iam dictas: tamen pro tua prima violentia agam cōtra te qſtōne
ſi quis in tātā. ⁊ potero te accuſare criminaliter ⁊ agere ꝓ rebus
predictis. de quibus qōnibus dic per Bar. in. d. l. qui poſſeſſionē.
Et predicta verba ſunt qū quis vult ꝓpulſare iniuriā realem. Si
autem perſonalem tunc dicitur incontinenti in ipſo flagranti cri-
mine: vt lege quod ait. ff. de adul. ⁊ per gloſſ. Cyn. Barto. Bald.
⁊ Saly. in lege prima. C. vnde vi. imo tunc nō debeo expectare me
72 prius percuti: vt tenet gloſſ. in dicta lege prima. C. vnde vi. † Un-
de autem hoc interdictum ſumpſerit hoc nomen vnde vi. dic vt
dicit gloſſ. iij. quod ſumpſit denominationem a verbis pretoris
que talia erant. vnde tu vi alium deieciſti te reſtituere cogam. lege
prima. ff. de vi ⁊ vi arma. alia autē interdicta ſunt nomina dona-
taria: vt interdictum ne quid in loco ſacro. ne quid in flumine pu-
blico ⁊c. Et alia ſumunt ab inuentore nomen: vt interdictum ſal-
uianum ⁊c. vt. ſ. eod. §. interdictum quoqȝ. facit. ſ. de actio. §. iteȝ
73 ſeruiana. ¶ † Item not. in. §. armorum. quod appellatione armo-
rum quicquid eſt aptum ad nocendum: vt fuſtes ⁊ lapides conti-
nentur: vt hic. ⁊. l. ſi pignore. §. furem. ibi deniqȝ quod nocendi cā
habetur. ff. de fur. l. armorum appellatio. ff. de verb. ſigni. ⁊. l. iij. ar-
mis. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊. j. de publi. iudi. §. telū. ⁊ ibi dicā de diffe-
rentia inter arma ⁊ tela. Secus ſi nō ſit res apta nata ad nocēdū.
vnde gladius ad ſcindendum panem vel moderandum pennas
nō comprehenditur appellatione armorū: vt eſt gloſſ. ſingularis in
§. prohibem⁹ autem. in aut. de armis. Similiter nec vnus peruus
baculus. ſcđm Cyn. in. d. l. iij. §. armis. Silr nec dentes dicuntur
arma: ideo incidēs aliū nō punitur pena ſtatuti de ꝑcutiēte aliqueȝ
cū armis: quia nō ſunt arma nata ad nocendū: vt. l. cui dens. ff. de
ver. ſig. alias ſi diceremus eſſe arma nullus habēs dentes vnquā
diceretur inermis. ⁊ hoc conſuluit Bart. ⁊ Ange. hoc tenet in. l. ij. ff.
de publi. iudi. Similiter ſi quis ꝑcuteret aliquē cuȝ vrceo vni vi-
treo vel amphora vini vel cum libro vel ſacculo pecuniarū nō pu-
nietur pena ſtatuti de percutiēte cū armis: qȝ ille nō ſunt principalr
apte ad nocēdū: ſed ad aliā exactionem. ſcđȝ Ang. in. l. armatos.
ff. ad. l. iul. de vi publi. Dicit tamē Ioā. and. in cle. ne in agro. ſup
ver. arma. de ſtatu mona. ꝙ tenēs aceruū lapidū ſup feneſtrā dici-
tur tenere arma. Secus ſi habet gladiū ad coquinā vel menſam.
⁊ glo. etiam ibi dicit ꝙ ſtatutū de armis non ferendis non cōpre-
hendit venientem de foro. Adde que dicam. j. de publi. iudi. §. itē
lege iulia. de vi publica.

## Tertia diuiſio.

¶ Hic ponitur tertia diuiſio interdi-
ctorum: quod quedam ſunt ſimpli-
cia: quedam duplicia. Que diuiſio verificatur ⁊ exemplificatur ex
prima diuiſione poſita. ſ. in princi. in. §. ſumma autem. Nam ibi
dictum fuit quod interdictorum quedam ſunt prohibitoria: qđā
reſtitutoria: ⁊ quedaȝ exhibitoria. Modo dicit quod oīa reſtitu-
toria ⁊ exhibitoria ſunt ſimplicia: quia in eis vn⁹ eſt actor ⁊ alter
reus. Sed prohibitoriorum aliqua ſunt ſimplicia. i. in quibus ap-
paret quis eſt actor ⁊ quis eſt reus vt in interdictis ne quid in lo-
co ſacro vel flumine publico fiat. Et aliqua duplicia in quib⁹ qui-
libet vtitur ꝑtibus actoris: ſed declarat hanc tertiam diuiſionē ſub-
diſtinguendo primum mēbrū prime diuiſionis poſite. ſ. e. §. ſum-
74 ma autem. ⁊. h. d. †. Interdicta ſimplicia ſunt in quibus apparet
quis eſt actor ⁊ quis eſt re⁹ vt ſunt oīa interdicta reſtitutoria ⁊ ex-
hibitoria ⁊ quedā prohibitoria in quibus apparet qs actor ⁊ qs
reus: vt interdictū ne quid in ſacro loco vel in publico ⁊ in flumi-
75 ne publico. ⁊ ſimilibus. † Duplicia vero ſunt interdicta prohibi-
toria in quibus quilibet ſuſtinet partē actoris ⁊ rei: vt vti poſſide-
tis. ⁊ vtrobi. h. d. vſqȝ ad. §. de ordīe. Iſta igitur duo interdicta. ſ. vti
poſſidetis ⁊ vtrobi ſunt ꝓhibitoria: vt. ſ. eod. §. prohibitoria. ibi
ſiue vti poſſidetis. ⁊ ſunt duplicia: ⁊ vterqȝ ſuſtinet partes acto-
ris ⁊ rei: vt hic. ⁊ ſunt retinende poſſeſſionis: vt. ſ. eod. §. retinen-
de. Et ſimiliter aliqua interdicta recuperande et adipiſcēde poſ-
ſeſſionis ſunt duplicia. et alio reſpectu ſcilicet quia continet in ſe
reſtitutionem et ademptionem. ff. eod. lege ſecunda. in fin. vbi gl.
exemplificat in interdicto ne vis fiat ei quod datur ei qui iuſſus
eſt mitti in poſſeſſionē et prohibetur. et ſic eſt adipiſcēde. et poſtꝙ
eſt miſſus etiā datur ſi deijciatur. et ſic eſt recuperande. Sed Cyn. et
Bar. improbant hoc exemplum in. l. j. ff. ne vis fiat ei. quia miſſus
ex primo decreto non poſſidet: licet ſit in poſſeſſiōe: vt dixi. ſ. eod.
§. in ſumma. Ideo alij ponunt exemplū in interdicto de precario
qui naturaliter poſſidet. l. ⁊ hȝ. ff. de preca. ⁊ qȝ denegat mihi reſti-
tutionē precarij dicitur me expoliare ciuili. l. ſi quis cōductionis. C.
loca. ideo datur mihi hoc interdictū quod eſt hoc caſu adipiſcende
poſſeſſionis naturalis ⁊ recuperande ciuilis. vt. d. l. ij. §. fina. ff. de
interdic. Que autē ſunt interdicta exhibitoria ⁊ que reſtitutoria:
de quibus

de quibus hic primo loquitur textus dictũ eſt.ȝ.eodem.§.reſtitu-
toria.⁊.§.exhibitoria.de quibus hic textus loquitur in ver.pro-
hibitorium dictũ eſt.ȝ.eo.§.prohibitoria.Et de materia iſtorũ in-
terdictorum duplicium ſcꝫ vti poſſidetis et vtrobi.de quib⁹ tertio
loquitur hic tex.in ver.duplicia.dictum eſt plene.ȝ.eo.§.retinen-
de.Et adde in textu ibi:ſed vnuſquiſqꝫ dic ſꝫ tñ actoris partes ſu-
ſtinet qui prius ad iudiciũ prouocauit.ff.de iudi.l.in tribus.et ſi
non cõſtat ſorte dirimit vt ibi:⁊ dixi in.§.retinẽde.ſed vix eſt quin
poſſit cõſtare niſi in caſu quo iudex aduocaret ad ſe poſſeſſionem
per.l.equiſſimum.ff.de vſufructu.quo caſu iudex poteſt eos face-
re pariter iurare ⁊ pariter etiam ad probationes admittere per
l.inter coheredes.§.qui familie.ff.fami.herc.Et ſi neuter probat
ſe poſſidere vel vterqꝫ pariter probat tenebitur res in manu iudi-
cis.per.d.l.equiſſimum donec alter eorum agat de proprietate ſe-
cundum Joannem fabri.licet Barto.teneat aliter.vt dixi in.d.§.
76 retinende.†Extra autẽ duplicia iudicia qualiter cõprehendatur
quis ſit actor ⁊ quis reus glo.in.l.de pupillo.§.fina.in ver.defen-
ſor in ver.vel tertio dicit qđ debet attendi quis poſſidet vt ille ſit
77 reus non autẽ qui ad iudicium prouocat.† ſed Bart.ibi dicit qđ
defendere ſumitur tripliciter licet largiſſime ſcꝫ pro omni eo qui
agit cauſam ſuã ſiue agẽdo ſiue defendẽdo:et ſiue excipiendo ſiue
accuſando.l.ij.C.de aboli.Secũdo accipit large defendere ſcilicet
pro eo qui poſſidet ⁊ ſuam poſſeſſionem vult defendere.⁊ iſte di-
citur partes rei ⁊ defenſoris ſuſtinere:vt in.d.glo.⁊.d.l.de pupil-
lo.§.qui remiſſionẽ.Tertio accipit ſtricte pro eo qui ad iudicium
78 prouocat.⁊ ſumit regulariter:vt.d.l.in tribus.ff.de iudi.†Quid
igitur de exbannito ⁊ excõicato qui non poſſunt agere ſed defen-
dere:vt in.c.intelleximus.de iudi.conrra quos eſſet data ſentẽtia
⁊ volunt eam reuocare:an admittentur vt rei:an vero nõn admit
tantur vt rei:an vero non admittantur tanquam ſint actores.di-
cunt quidam quod ſi veniunt principaliter ad defendẽdum licet
in conſequentiam ad reſcindendum ſententiam ⁊ tunc admittũ-
tur.l.ſi pupillus.§.j.ff.de priui.credi.⁊ aut.ei qui.C.de bo.auto.
iudi.poſſi.Aut principaliter petunt reſcindi vel poſſeſſionem re-
ſtitui:⁊ tunc dicuntur actores ⁊ non admittũtur:vt dicta.l.in tri-
bus.de quo in ſpecu.de contuma.§.nunc dicamus.ver.ſed pone
reus.Et adde ſingulare dictum Inno.qđ vbi inhabilis vt excom
municatus ſpecialiter citatur ad iudicium vt cõpareat ſi ſua pu-
tauerit intereſſe dicitur reus neceſſarius qui admittitur vbi alter
non admitteretur ſi non eſſet facta ſpecialis:ſed generalis citatio
omnium contradicere volentium.hec ponit Inno.in.c.cum prio-
rem.extra de excep.

79 **De ordine.** ¶†Hodie interdicta abſqꝫ aliqua ſolenni-
tate proponi poſſunt ⁊ pro eis actio in fa-
ctum vendicat ſibi locum.hoc dicit vſqꝫ ad finem.Non enim ſunt
interdicta proprie loquendo actiones:ſed loco actionum haben-
tur ⁊ lato ſumpto vocabulo appellatione actionis continentur.l.
actiones vero.ff.de actio.et obligatio.¶Et not.quod ſicut olim
in actionibus intentandis fiebat earum intentatio et conceſſio a
pontificibus qui preerant populo cum certis ſolennitatibus vn-
de ſi quis cadebat a ſyllaba cadebat a toto:vt.l.ſecunda.§.dein-
de.⁊.§.cumqꝫ.ff.de origine iuris.⁊ propter hoc appellatur actio
vulgaris formula id eſt cum quadam formula verborum ſolenni-
trte concepta:vt.l.ſi ſeruus nauem.ff.de furtis.ita interdicta que
proponebantur a pretore erant cum certa ſolennitate obſeruãda:
vt dicit hic glo.prima.⁊.ȝ.eodem titu.in princi.que ſolennitates
tam in actionibus ciuilibus quam pretorijs et interdictis hodie
ſunt ſublate.Ita quod hodie omnia iudicia remanent extraordi-
naria id eſt extra antiquam ſolennitatem rigoroſam poſita.⁊ ita
text.intellige in.l.actio.ff.de negotijs geſtis.et.l.ordo.ff.de publi.
iudi.et.l.penulti.⁊ fine.C.de interdictis.⁊.l.j.⁊ ſecunda.C.de for-
mu.et tetigi.ȝ.in princi.huius tituli.Licet autem verborum ſolẽ-
nitates ſint ſublate:tamen interdicta durant etiam hodie.⁊ poſ-
ſunt ſimpliciter proponi ſine tota ſolennitate.vt actio in factum
loco ipſorum.Et ita intelligit hic gloſ.iſtum textum.⁊ in dicta.l.
penultima.C.eodem.Et eſt text.quod vtrunqꝫ proponi poteſt in
l.pretor.§.nonnulli.ff.de oper.no.nuncia.Item debent eſſe hodie
libelli ſolenniter formati:vt nota.gloſſ.in dicta.l.ordo.et maxime
in criminali:vt.l.libellorum.ff.de accuſa.⁊ concludentes in actio-
ne competenti.l.prima.§.primo.ff.ſi menſor fal.mo.dixe.et.c.
examinata.extra de iudi.⁊ nota.in.l.prima.ff.de edendo.licet no-
men actionis vt exprimatũr in libello:vt.c.dilecti.extra de iudi.
Item durant etiam hodie pene ordinarie legibus declarate:quia
licet vertatur forma ⁊ ordo procedendi ſcilicet ſine ſolennitati-
bus antiquis tamen durat poteſtas legis vt notabiliter probat
licet aliqui voluerunt dicere quod omnes pene criminum ſunt ex-
traordinarie per iſtum tex.ȝ.allegatum.⁊ per.l.hodie.ff.de penis.
Sed tu tene quod imo hodie durant pene ordinarie a lege deter-
minate nec ſunt in arbitrio iudicis:ſed in poteſtate eius:vt.l.j.§.
ſi autem.ff.ad turp.Sed iudex ex cauſa bene poteſt augere vel mi
nuere etiam ſi ſit pena ſtatutaria iuxta materiam.l.qđ ergo.§.pe-
na grauior.ff.de his qui notan.infa.⁊ ibi per Bart.⁊.l.ſi ſeuerior.
C.eod.tit.⁊ ibi per Cy.⁊ Saly.⁊ qđ no.Inno.in.c.j.de conſti.qui
dicit ex cauſa licitũ eſt leges tranſgredi.pro quo dicto eſt textus
80 optim⁹.in.l.ſi quis exheredato.§.qui.ff.de iiuſ.teſta.¶†Secũdo
not.hic gloſ.magiſtralem de actione in factũ qñ ⁊ in qb⁹ hꝫ locũ
⁊ que ſit differẽtia inter eam ⁊ pſcriptis verbis ⁊ duas alias ſimi-
les glo.vide vnam in rubrica.ff.de preſcri.ver.ac.aliam in.l.ex pla-
cito.C.de rerũ permu.⁊ ibi per Cyn.⁊ Saly.⁊ in ſpec.de acti.⁊ pe
ti.§.ſequitur.ver.rurſus.⁊ per Bart.in.l.j.ff.de cõdi.ex lege.nam
differt a preſcriptis verbis:quia preſcriptis verbis actio hꝫ locũ
in tribus caſibus ſcilicet in cõtractibus innominatis ⁊ in pactis
incontinenti appoſitis.⁊ vbi dubitatur de nomine cõtractus:vt
dicit hic gloſſ.Sed actio in factum concurrit cum ea in illis caſi-
bus.⁊ etiam habet locum in pluribus caſibus.⁊ ſic eſt generalior
iſta.Nam in factum ſecundum glo.hic habet quatuor genera.ſeu
quatuor modis habet locum in ſubſidium legis aquilie.vel alte-
rius legis ſpecialis.⁊ pro criminibus edictis ⁊ interdictis.⁊ vbi-
cunqꝫ habet locum actio preſcriptis verbis.⁊ generaliter vbi eſt
equũ actionẽ dari ſiue ex delicto vel quaſi vel cõtractu vel quaſi.
ſecundum glo.in.d.l.ex placito.Et ſic hoc caſu datur ex equitate
in ſpecie ſumpta.⁊ ideo tunc ſcilicet quando in genere dicitur na
ſci ex varijs figuris cauſarum:vt dicit tex.in.l.ſancimus.j.C.de ſa
croſan.eccle.⁊.l.j.ff.de actio.⁊ obli.⁊.l.quoties.ff.de preſcrip.ver.
de quo dic latius per Barto.⁊ Saly.in.l.ȝ.alle.Et ſimiliter dan-
da eſt exceptio generalis ⁊ ſpecialis:vt.d.l.quoties.cum ſua gloſ.
¶Vltimo not.regulas interdictorum de quib⁹ in.l.ij.ff.de inter-
dic.⁊.l.incerti.C.eod.inter quas eſt hec regula quod interdicta ſi
ne antiqua ſolennitate poſſunt hodie intentari:vel actio in factũ
81 pro eis:vt.ȝ.dixi:vt dicit Joan.fa.† quod actio in factum eſt vna
ſola que ſic dicitur:quia ex facto recitato equum eſt eam dari:⁊ eſt
ſine nomine proprio.Sed concluditur et deſcendit ex facto varia
to:ideo dicitur deſcendere ex varijs figuris cauſarum:quia ex va-
rijs factis ⁊ varijs medijs cauſatur:non autem ex vno ſolo medio
ſibi atributo vt eſt attributum alijs actionibus nominatis.vt ex-
empto locato ⁊ ſimilib⁹ ſcilicet ex varijs edictis ⁊ ĩterdictis ⁊ alijs
diuerſis caſibus dantur.pro quo facit.ff.de dolo.l.non debet.ibi:
82 verbis temperatis † Sic ⁊ preſcriptis verbis dicitur quia verba
preſcribuntur ⁊ recitantur coram iudice.de quo per Saly.in pre-
alle.lege ex placito.Et ſimiliter exceptio in factum dicitur.i.con-
tra illud factum narratum.de quo per Saly.in.l.non vltra.C.de
non nume.pecu.

## ¶De pena temere litigantium. Rubrica.

¶Gloſſa continuat ſolũ reſpectu actionum ex parte actoris.Sꝫ
dic generalius ſcilicet tractauit tam de actionibus reſpectu acto-
ris quã exceptionibus reſpectu rei vt ſic de iudicialibus.verũ qꝛ
vterqꝫ ſepe temerarie ⁊ iniuſte litigat:ideo ponit hic triplicem pe-
nam eis iniunctam.

1 ☞Temeritas litigantium pena triplici mulctatur.
2 Litigare nemo debet temere.
3 Litigans temere penam periurij debet ſuſtinere.
4 Jurare de calumnia quis debeat.
5 Jurari de calumnia in quibus cauſis debeat:⁊ quãdo:⁊ quo ordi-
ne.⁊ numeris ſequentibus.
8 Juramẽtum de calumnia qualiter puniatur:⁊ an a pena ⁊ expen
ſis excuſet.⁊ numeris ſequentibus.
11 Juramenti calumnie capitula an ſint omnia ſpecificanda.
12 Juramentum de calumnia per que preſtetur verba.
13 Expenſe litis ſex petuntur de cauſis.
14 Vocare temere in ius quis dicatur.
15 Temeritas a calumnia differt.
16 Expenſe litis ratione contumacie petuntur.
17 Expenſe litis poſſunt peti ratione proceſſus retardati.
18 Expenſe litis poſſunt peti ratione mutationis libelli.
19 Expenſe litis petuntur ratione renunciationis.
20 Expenſe litis petuntur ratione victorie agentis.
21 Judex in petitis expenſis condemnare debet niſi iuſta cã excuſet.
22 Litigans temere pena punitur infamie.
23 Infamia quotuplex ſit ⁊ quot modis irrogari quelibet poſſit.
24 Infamis quis dicatur infamia iuris.
25 Infamia facti que ſit.
26 Infamie iuris effectus qui ſint.
27 Infamie facti effectus quis ⁊ quotuplex.
28 Damnatus quando efficiatur infamis.
29 Infamis infamia iuris quis ſit.⁊ numeris ſequentibus.
32 Bannitus extraordinarie an ſit infamis.
33 Cancellatio de banno infamie tollit effectũ.
34 Judicij principium citatio.
35 Citationis effectus quot ⁊ qui.
36 Judicium an incipiat a citatione an a litis conteſtatione.
37 Judicium ſine citatione quando valeat.



GRANADA

38 Libelli datio an ſit de ſubſtantialibus.
NUnc admonendi. ¶ Hic titu
lus diuidit
principaliter in duas partes: quia primo ponit
temeritatẽ litigãtium: ſeu temeraria ⁊ improba
iudicia ineuntium. Secundo omnium autem de
clarat quo actu iudicium ſumat exordium. Pri
ma pars diuiditur in tres partes: quia primo punit temeritatem
litigantium pena periurij. Secunda ibi: hoc autem punit in pena
pecuniaria damnorum ⁊ expenſarum. Tertia ibi: ex quibuſdaꝫ.
1 ponit penam infamie. ⁊ principium hoc intendit. †Temeritas li
tigantiuꝫ triplici pena coercetur ſcilicet periurij: pecuniarie: ⁊ in
famie. prima pena ponitur actor ⁊ reus atqꝫ cauſarum patroni:
qui eos in principio litis debent iurare de alumnia: licet alias
penas quãdoqꝫ reus patiatur ex natura actionis accidentaliter
2 ⁊ primordialiter hoc dicit vſqꝫ ad. §. hoc autem. ¶ †No. primo ex
principio quod per actionnes ⁊ magiſtratus preuidenduꝫ eſt ne.
homines de facili ad litigandum procedant. Eſt enim materia li
tium inquantuꝫ fieri poteſt reicienda: vt hic. ⁊. lege properandũ.
Verſus. C. de iudi. ⁊ l. quidam. eſtimauerunt. ff. ſi cer. peta. ⁊ eis litibus fi
nis ⁊ terminus ponendus eſt lege fratrum. C. de tranſac. ⁊ lege li
tibus. C. de agric. ⁊ cenſi. lib. x. Et hac ratione eſt ſtatutum a iure
ciuili: vt inſtantia iudicij finiatur triennio: vt dicta lege properã
dum. adeo vt ſententia lata poſt terminum non teneat. ⁊ ibi no
tatur. nec etiam poſſit per pactum vel compromiſſum inſtantia
principalis cauſe prorogari: vt ibi tenet Barto. Inſtãtia appella
tionis poſſit prorogari pacto expreſſo vel compromiſſo: vt autẽ.
ſi tamen. C. de tempo. appellatio. niſi iudex ex cauſa precipiat in
cauſa procedi propter eminens periculum. vt in cauſa damni in
fecti. electionis. vel matrimonij. vt in cle. quandiu. de appellatio
ni. ⁊ ibi not. de iure autem canonico principalis cauſa nullo fini
tur termino: vt in capitulo venerabilis. de iudi. ſed cauſa appella
tionis interpoſite ante ſententiam vel poſt bene terminatur an
no ⁊ ex cauſa biẽnio ſicut de iure ciuili: vt in capitulo cum ſit ro
mana. de appellatiõe. que canonizatur ſecũda queſtio ſexta. autẽ.
ei qui. Et iſtud tempus non poteſt iudex breuiare: vt in regula iu
ris indultum libro ſexto niſi in ſtatuendo terminum infra quem
appellans ſe celerius repreſentet coram iudice ad quem: vt dicto
3 capitulo cum ſit romana. vbi glo. hic examinat. ¶ †Secũdo not.
in ver. ecce quod prima pena qua punitur temere litigãs. ⁊ iuſtã
cauſam litigandi non habens ſiue ſit actor ſiue reus eſt pena per
iurij quam incurrit ex preſtatione iuramenti de calumnia quod
preſtare tenetur in exordio litis: vt hic. ⁊ lege ſecunda. C. de iura
mento calumnie. Et circa hoc iuramẽtum calumnie Primo que
ro quo iure fuit introductum. Reſpondetur quod tam iure vete
ri. lege inter coheredes. §. qui familie. ff. fami. herci. quam iure no
4 uo: vt hic ⁊ dicta lege prima. C. eod. ¶ † Secundo quero perſone
debeãt iurare de calumnia. dic quod iudex ipſe non iurat in qua
libet cauſa: ſed iurat in principio officij pro toto tempore ſui offi
cij: vt in aut. iuſiurandum quod preſtatur ab his. col. ij. que tranſ
ſumptiue ponitur. C. de iudi. aut. hodie. Sed actor ⁊ reus iurant
in qualibet cã: vt. d. l. ij. ⁊ actor nolens iurare cadit ab actiõe ⁊ reꝰ
habe᷑ pro cõfeſſo. d. l. ij. §. qđ ſi actor. ⁊ aut. pricipalis. ⁊. c. fin. de iu
ra. calũ. Et ſimiliter iurant legitimi adminiſtratores vt tutores:
cur actores orphanotrophi ⁊ pater ligans in cã filij. d. l. ij. §. qd
obſeruari. Et ſimiliter ꝓcurator dꝫ iurare de calũnia ⁊ etiã dñs:
q2 iuramẽtũ procuratoris nõ excuſat dominũ niſi dñs eſſet ita ab
ſens ⁊ lõginquus vt eiꝰ iuramẽtũ haberi nõ poſſet niſi ꝓcurator
haberet ſpãle mãdatũ a dño ad iurãdũ de calũnia in tali cã ſpãli
ter noĩata ⁊ tũc iurat in animã domini vt. d. l. ij. §. ſi aũt affuerit.
⁊ ibi per Bart. ⁊. c. ij. ⁊. iij. eod. ti. li. vj. Dicit tñ Inno. in. c. impa
tores. de iura. calum. qđ oẽs qui habẽt adminiſtrationẽ a lege vel
a iudice iurãt de calũnia quãtũcũqꝫ expedit ſine ſpeciali mãdato.
itẽ dicit in. c. ſi. eo. ti. qđ iurãs in animã alicuius dꝫ rñdere ⁊ iura
re illud: qđ illi videbi᷑. ⁊ nõ qđ ſibi. Et de iſto iuramẽto preſtãdo
in animã alterius vide. xliij. diſt. c. tibi dño. vbi poni᷑ forma iura
mẽti fidelitatis p̄ſtiti ꝓprie ab impatore. Et ð hoc etiã iuramẽto
in animã alteriꝰ vide per Inno. in. c. ad hec. de reſti. ⁊ ſimiliter iu
rat de calũnia in rem ſuã ꝓcurator ⁊ defenſor. de quo per Barto.
in. d. §. ſi aũt. l. ij. Et ſimiliter cõiũcta pſona agẽs ꝓ cõiũcta iurat
de calũnia. de quo per Bar. in. d. §. ſi aũt. l. ij. in prin. Et ſimiliter
iurãt patroni cauſarũ: vt hic. ⁊. d. l. ij. ⁊. l. rẽ nõ nouam. C. de iudi.
vbi dici᷑ qđ etiã ſi ꝓceſſu cauſe inuenerit aduocatꝰ iniuſtam cãm
ſeu litẽ ab ea recedere dꝫ: lꝫ hodie de cõſuetudine nõ ſerue᷑ qđ ad
uocati iurẽt. ſcđm glo. hic. ⁊. d. l. rẽ nõ nouã. lꝫ Spe. teneat qđ con
ſuetudine tolli nõ põt. in tit. de aduo. §. j. ver. itẽ excipi᷑. Et ſimilr
clerici iurẽt de licẽtia tñ epiſcopi vel alterius ſui ſupioris: vt in. c. j.
5 de iura. calũ. ¶ †Tertio quero in quibꝰ cauſis iure᷑ de calũnia.
dic qđ in cauſis ordinarijs ⁊ extraordinarijs ciuilibꝰ ⁊ ſpirituali
bus: ⁊ in cã nouiter inchoata pria pempta: ⁊ in cã appellationis
quãuis fuerit iuratũ in prima de quo per Bart. in. d. l. ij. eo. ti. lib.
6 vj. ¶ †Quarto quero quãdo iure᷑. dic qđ dꝫ iurari in exordio li
tis id eſt ipſa litis cõteſtatio. vel incõtinẽti poſt. ſcđm gl. in. d. l. ij.
⁊ hoc quãdo preſta᷑ iuramẽtũ ſup tota cauſa. Si autẽ nõ p̄ſtetur
generale iuramẽtũ ſuper tota cã põt deferri pticulare iuramẽtũ
quãdo petitur aliqd ꝓduci ſecundum Barto. in. d. l. ij. ⁊. c. j. eod.
erro.calcu.Cui tamen adde quod no.Ioan.an.in.c.quoniam con
tra falſam.de proba.quod ſententia lata per relationē ad acta pro
batiua a iure reprobat eſt ipſo iure nulla.vt cum dicit iudex:qꝛ con
ſtat te nocentem per probationem factam per duellum ſeu ſortile⸗
gium:ideo te condemno.per.c.ij.de purg.Secus ſi ſit probatio ſeu
experientia naturalis quam licet iudici facere vt in gloſ.ſingulari
l.verbum.C.de infra.Item tenet ſententia ⁊ non eſt ipſo iure nulla
ſi ſit lata contra legem extrauagantem vel ſtatutum non incluſuꝫ
in volumine ſtatutorum:vel ſecundum vnam opinionē magiſtro⸗
rum cum plures eſſent opiniones:vt.l.dos a patre profecta.C.ſol.
matri.⁊ auſ.ex cauſa.C.de libe.preter.ſecundum Barto.ſecunduꝫ
4 tamen proba.ff.de re iudica.¶†Secundo no.quod ſicut iudex de
bet ſequi legem in iudicādo ⁊ ſecundum eam cauſam decidere:ita
etiam ſecundum conſuetudinē vt hic.⁊.l.de quibus.ff.de legi.pro⸗
cedunt enim lex ⁊ conſuetudo a pari potentia:⁊ non differunt niſi
ſicut tacitum ⁊ expreſſum:qꝛ cōſuetudo eſt lex tacita.Et ea vniuer
ſitas que non poteſt condere ſibi legem:id eſt ſtatuta contra ius cō
mune:vt eſt caſtrum vel villa ſubiecta ciuitati que non poſſunt niſi
a ſuperiori fuerint confirmata:vt no.Barto.in dicta.l.omnes po
puli.ita nec poterit inducere cōſuetudinem contra legem:niſi a ſu
periori approbata vt.l.fi.cum ſua glo.C.de teſt.⁊ ſicuti in.l.procedi
tur de ſimilibus ad ſimilia.l.non poſſunt.ff.de legi.ita ⁊ in conſue
tudine:quod eſt verum vbi caſus ſimiles non ſunt deciſi:alias ſecꝰ
qꝛ tunc ex identitate rationis non licet extendere conſuetudinem:
ad correctionem legis:vt no.in auſ.quas actiones.C.de ſacroſanc.
eccleſijs.Et ſicut lex poſterior contraria corrigit primam legem.l.
ſed ⁊ poſteriores.ff.de legi.ita contraria conſuetudo ſequēs tollit
primam.argu.l.mela.§.j.ff.de alimen.⁊ cibarijs legatis.Preualet
enim quod nouiſſime fit.l.ſi quis ante.ff.de acqui.poſſeſſione.⁊ ſi⸗
cut quadruplex eſt virtus legis:vt.l.legis virtus.ff.de legi.ita qua⸗
druplex eſt virtus conſuetudinis:vt no.in.l.fi.C.que ſit longa con
ſuetudo.Quid ſi eſt diuerſa conſuetudo ſcilicet actoris:rei ⁊ iudi⸗
cis ſecundum quam iudicandum glo.ma.tetigit in.l.conſuetudo.
de quo dicit not.xij.diſt.illud.⁊ in Specu.de ſententie prolatione.
§.qualiter.poſt principium.cum ſuis remiſſionibus.⁊ de ferijs.§.j.
5 ver.ſed pone.†Unum tamen ſpecialiter no.quod licet ſententia la
ta contra legem ſit ipſo iure nulla:vt.ſ.dixi in precedenti notabili
tamen lata contra conſuetudinem que conſiſtit in facto nō eſt ipſo
iure nulla:ſed oportet appellare.Caſus notabilis eſt in.c.cum ve⸗
niſſent.de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſeruande.Quid autem ſi lex
⁊ conſuetudo inuicem contrariantur quod eorum ſit ſeruandum
⁊ corrigit aliud glo.hic tangit ⁊ dicit quod conſtitutio preiudicat
legi precedenti:⁊ conſuetudo ſequens preiudicat vtriqꝫ.vide hoc
⁊ de tota materia conſuetudinis.per Barto.⁊ plenius per Bald.
in.l.de quibus.ff.de legi.⁊ per Cy.⁊ Saly.in.l.j.⁊ ſuper rub.C.que
6 ſit longa conſuetudo.¶†Tertio not.in ver.⁊ ideo quod in cauſa
noxali iudex non debet aliter iudicare quaꝫ lex diſponat.diſponit
enim lex quod reus habet facultatem ſoluendi damnum vel dandi
ſeruum pro noxa.quando autem dominus fuit ignorans vel etiaꝫ
ſciens ⁊ prohibere non valens:vt.ſ.de noxa.in princi.⁊ ibi declara
ui.⁊.l.ij.ff.de noxa.⁊.l.ſi actorum.ff.de eo per quem factum eſt.No.
igitur debet iudex condemnare reum ad alterum preciſe dandum
ne auferat beneficium legis in facultate ſoluendi qꝺ velit ſed debet
eum aut ſimpliciter condemnare ⁊ non ad ſerui deditionem:quia
non valeret ſententia.l.miles.§.decem.ver.ad iudicium.ff.de re iu
dicata.Sed ad eſtimationem damni qꝺ ſolum eſt in obligatione ⁊
datio pro noxa remanebit in facultate ſoluēdi vt.d.§.decem.vt hic
in glo.fi.⁊ no.in.l.item veniūt.§.recte.ff.de peti.here.Aut alterna
tiue ad certam quantitatem pro emendatione damni:aut permiſ⸗
ſiue ad noxe deditionem.vt dicit ibi tex.coniuncta glo.⁊.d.§.decē.
Non eſt igitur forma libelli ⁊ ſententie in noxali:nec etiam in alijs
obligationibus quibus vnum eſt in obligatione ⁊ aliud in faculta
te ſoluendi:qꝛ actor neceſſario ſoluere debet alternatiue ⁊ condem
nari.prout videtur prima facie velle iſte tex.Imo libellus ⁊ ſenten
tia neceſſario non debet eſſe ſuper eo quod eſt in obligatione dam
ni.Et dato quod ſimpliciter ſit cōdemnatus ad certam quantita⸗
tem ſoluendam tamen habet facultatem ſoluēdi ſeruum pro noxa
vſquequo conueniatur iudicati ⁊ ſic ſoluitur aliud quam in quod
eſt obligatus ⁊ condemnatus:⁊ hoc ex beneficio.l.ſibi permitten⸗
tis ne ſeruus damnificet dominum in plus quam ipſe valeat vt.ſ.
de noxa.in prin.⁊ ibi dixi.Si tamen actor vellet petere alternatiue
dando emendationem vel ſerui deditionem bene procedit libellus
vt dicit Barto.in.l.ſtipulationes non diuiduntur.ij.q.de ver.obl.
⁊.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.ff.de ſolu.Et ſimiliter
ſi iudex vult condemnare alternatiue vt iſta talis ſententia alter⸗
natiua intelligatur ⁊ regulariter ſecūdum formā precedentis obli
gationis ⁊ diſpoſitionis.l.ſcilicet vt intelligatur cōdemnatus ad
dandum.⁊ ſerui deditio veniet permiſſiue ex ſentētia iudicis ſicut
7 venit permiſſiue ex diſpoſitione legis.†Et ſic alternatiua ſentētia
cenſetur potius quedam confirmatio ⁊ declaratio diſpoſitionis le
galis quam condemnatio diſponens iuxta formam verborum pro
latorum ſicut ⁊ alias licet quis ſit obligatus ad rem ⁊ condemnet
ad intereſſe non tollitur ſibi facultas ſoluendi rem.l.fideiuſſor eui
ctionis.ff.de doli excep.⁊ per Barto.in.d.l.ſtipulationes.ipſe au⸗
tem Bart.in dicto.§.decem.quaſi videtur innuere quod iudex in
iſtis caſibus.ſ.vbi quis eſt obligatus ad vnum ⁊ habet facultatem
ſoluendi aliud debeat alternatiue iudicare cōformando ſe cum di
ſpoſitione legis.⁊ hoc innuit quādo dicit quod quando lex diſpo⸗
nit circa formam ⁊ officium iudicis ⁊ ſibi dat formam in iudicādo
vt hic quod tunc verba ſententie intelligūtur ſecundum diſpoſitio
nem legis.Sed quando lex diſponit circa obligationem tunc ver⸗
ba ſententie intelliguntur ſecundum propriam ſignificationē ver⸗
borum.l.paulus reſpondet eos.ff.de re iudi.non tamē negat Bar.
in.d.l.ſi quis ſtipulatus fuerit.in verſi.ſed quero qꝺ quamuis iu⸗
dex non condemnet alternatiue:ſed ſimpliciter velit condemnare
ad emendationem damni qꝺ non poſſit:⁊ tunc etiam ſimiliter in⸗
8 telligitur cōdemnatio cum facultate dandi pro noxa:vt dixi.†Pa
tet igitur ex predictis quod verba ſumpta alternatiue non alterāt
neqꝫ mutant naturam precedentis obligationis qꝛ cū iudex ſit mi⸗
niſter legis intelligitur ſecundum legis diſpoſitionem facere.Secꝰ
in ſtipulatiōe vbi quis ſtipulatur.x.pro damno vel ſeruum pro no
xa:qꝛ non intelligit̄ ſtipulari ſcꝺm qꝺ ille primo obligabatur ex le
gis diſpoſitione ſecundum quam vnum erat in obligatione aliud
in facultate ſoluendi imo hic vtrūqꝫ erit in obligatione ⁊ vtrunqꝫ
peti debebit vt.d.§.decem.ver.is qui.Et ſimiliter vbi plures ſunt
obligati inſolidum ad certam quantitatem contra quos procedit
libellus ⁊ petitio cum hac adiectione quod vnica eſt actor conten
tus ſolutione vt eſt glo.no.in.l.j.C.de fideiuſ.tu.quod no.Bart.in
l.iij.§.vbi.ff.de duobus reis.tunc ſententia ſimpliciter lata diuidit
in viriles vt a modo contra eos non poſſit agi inſolidum ex re iu⸗
dicata vt prius poterat vigore precedētis obligationis.Natura em̄
copule eſt diuidere obligationem condemnationis vel contractus
in viriles.l.j.C.ſi plures vna ſen.⁊ ibi Bart.Nec attendimus natu
ram prime cauſe ſed naturam verborum ſecunde cauſe.i.ſententie
vt.d.l.j.⁊.l.cum fundus ver.diſſimilis.ff.de condi.inde.Et adde ꝙ
non ſolum in ciuili ſed etiam in criminali vbi plures ſimpliciter cō
demnentur videtur quilibet pro parte virili condemnatus:lꝫ pri⸗
maria obligatio ſit inſolidum:qꝺ etiam tenuit Spec.in ti.de pro⸗
la.ſententie.§.j.ver.illud autem.Sed Bar.in.d.l.j.ſi plures vna ſen
tentia tenet contra.ſ.quod in pluribus obligationibus ex maleſi⸗
cio ſimpliciter condemnatis in certa quantitate quilibet videatur
condemnatus inſolidum ad meram penam.per.l.j.C.de condi.fur
ti.Et quia dicit Innoc.in.c.conſtituo.de relig.domi.quod in deli⸗
ctis non habet locum diuiſio nec obſt.d.l.j.C.ſi plures vna ſenten⸗
tia.qꝛ loquitur quando ſunt cōuenti ex maleficio ad meram penā
inter quos nulla eſſe communio vt.d.l.j.C.de condi.fur.⁊ ita dicit
de facto fuiſſe iudicatum florentie.

**Si in rem.** ¶Hic declarat circa quid verſari debet offi
cium iudicis in actione reali ⁊ hoc intēdit.
9 †Si agatur actiōe reali officium iudicis mercenarium deſeruiēs
actioni intentate vertitur ex natura actionis circa abſolutionem
vel condemnationem ſecundum qꝺ probatum eſt.cum tn̄ condem
natoria profertur hec tria veniūt officium iudicis nobile.ſ.rei fru
ctuumqꝫ perceptorū reſtitutio ⁊ ſatiſdationis receptionis de litis
eſtimatiōe ſoluēda ſi.ſ.terminū aſſignatuꝫ nō reſtituet.h.d.vſqꝫ ad
§.ſi hereditas.In actione aūt perſonali in re petita vt dicit hic gl.
hic ſimiliter fit condēnatio vel abſolutio in re petita ſiue petat̄ ſpe
cies vel quantitas:ſiue aliud in gn̄e vt.l.de qua re.ff.de iudi.verti
tur igitur officium iudicis mercenarium tam in actione rei ꝙ in
perſonali in condemnando vel abſoluendo a re petita ex iure ſeu
ex natura actionis.Sꝫ reſtitutio rei ⁊ acceſſoriū in quibus eſt facta
condemnatio venit ſolo officio iudicis nobili ⁊ nō ex natura prime⸗
ue actionis.⁊ hoc patet in reali.ff.de rei vendicatio.⁊.l.ex diuerſo

que dicit de ſententia declaratoria.coniuncta.l.qui reſtituere.e.ti.
que dicit de conſuetudine ſeu executione ſententie.⁊ de hoc dixi.ſ.
de actio.§.primo.⁊ tex.melius declarat quam alibi in.l.licet.ff.de
petitione hereditatis.Condemnatio fit iure actionis ⁊ reſtitutio
rerum officio iudicis.⁊ ibi tangit Bart.de executione in perſona-
li actione que ſimpliciter fit officio iudicis per executores ſuos pa
10 tet in.l.ordo.⁊.l.fi.C.de executione rei iudicate.†Poteſt autem exe
cutio etiam fieri iure actionis ſcilicet per actionem iudicati vel in
factum. Nam executio poteſt peti officio iudicis.l.minor.xxv.an-
nis cui fideicommiſſum.ff.de mino.⁊.l.item veniunt.§.idem ratio
ne.ff.de petitione hereditatis.⁊ actione iudicati vel in factum de
qua in.l.miles.§.penultimo.⁊ fi.ff.de re iud.⁊ ibi per Barto. Sed
melius eſt intentare officium iudicis quia habet paratam execu-
11 tionem ſine libelli oblatione ⁊ lit.conteſta.vt dicta.l.minor.†Sed
actio iudicati non habet paratam executionē ſed debet dari libel-
lus ⁊ lis conteſtari.vt ſentit gl.⁊ ibi Barto.in dicto.§.idem ratio-
ne.de quo latius per eum in.l.intra dies.ff.de re iudicata. Sed in
alio actio iudicati eſt vtilior: quia illud officium iudicis nobile
pro executione ſententie nō poteſt intentari niſi corā eodem iudice
qui tulit ſententiam:vel eius ſucceſſorem vel coram alio ſpecialiter
deputato ſuper executionibus nō autem coram iudice alterius ter
ritorij niſi ad literas primi iudicis qui ſententiam tulit.l.cū vnus.
§.is.ff.de bo.auto.iudi.poſſidentis niſi ille alius iudex coram quo
peteretur executio haberet iuriſditio in perſonam debitoris per ca
ſum ſingularem in.l.argentarium.§.nomine.de iudic.Sed actio
iudicati poteſt intentari corā quocunq̄ iudice ⁊ in omni loco quo
reus ſortiatur forum.de quo dic plene per Bartolum in.l.a diuo
12 pio.§.ſententiam rome dictā.ff.de iudicijs.†Quale autē ſit iſtud
officium iudicis quo petitur executio ſcilicet an nobile vel merce-
narium.concludit Barto.in dicto.§.ſententiam.quod eſt nobile ⁊
venit in conſequentia prime actionis vel ex equitate vt prima ſen-
tentia habeat effectu:ideo ſolum a iudice iudicante expeditur non
ab alio niſi per literas.vt ſupra dictum eſt.Ex predictis patet quo
iure petatur executio ſententie:quia dupliciter ſcilicet iure actiōis
13 ⁊ officio iudicis:vt dictum eſt.¶†Sed quero infra quantum tem-
pus debet fieri executio poſt latam ſententiam.dic per Barto.in.l.
fi.C.de execu.rei iudi.⁊ per Ange.in.l.debitoribus.ff.de re iudi. qr
in reali immediate cum ſententia tranſiuit in rem iudicatam.ſcʒ
poſt.x.dies pōt fieri manu militari ſi res eſt preſens: ⁊ ſi eſt abſens
datur dilatio habita conſideratione abſentie diſtantie ⁊ preſtita ſa
tiſdatione de litis eſtimatione ſoluenda ſi res non reſtituatur in-
fra terminum aſſignatum:vt hic.⁊.l.qui reſtituere.ff.de rei vendi.
Et no.in dicta.l.fi.C.de executione rei iudicate.Sed in mere perſo
nali ſiue reus ſit condemnatus vel confeſſus ſiue ad quantitatem
ſiue ad ſpeciem habet terminum quatuor menſium.l.ſecūda.C.de
vſu.rei iudica.⁊.l.in fideicommiſſa.de vſuris.niſi in caſu vel cōſue
tudine breuior terminus ſtatuatur.l.ſecunda.ff.de re iudica.⁊ per
Joan.and.in ſpecu.de executione ſententie.§.videndum.in prima
additione parua.ſed in actionibus perſonalibus in rē ſcriptis vt
eſt actio ad exhibendum.l.de eo.in fi.ff.ad exhibend.⁊ actio quod
metus cauſa eſt idem quod in realibus ſecundum quoſdam.in.l.ſi
cum exceptione.§.quod ſi homo.ff.quod metus cauſa.⁊ ibi not.in
glo.licet Barto.eſſe ibi reprobet.In actionibus vero mixtis vt eſt
petit.here.⁊ ſunt publica iudicia.de quibus.ſ.de actio.§.quedam
actiones.prout in eis venit ven.rerum eſt idem qđ in realibus.Et
prout veniunt perſonales preſtationes eſt idem quod in perſonali
bus.vt in.d.§.quedam actiones.no.⁊.l.j.ff.finium regū.C.de peti.
here.In criminali autem ſimiliter non datur dilatoria: ſed ſtatim
fit executio cum ſententia tranſiuit in rem iudicatam.l.cum reus.
ff.de peti.niſi in quatuor caſibus in quibus differtur executio.pri-
mo propter aliquod accidens propter quod differtur executio tm̄
quantum durat accidens vt qr mulier damnata eſt pregnans.l.pre
gnantis.ff.de pe.ſecundo ſi ſeruus vel procurator alicuius damna
tus eſt cuius executio differtur donec reddiderit rationes domino
l.j.C.de bo.proſcri.tertio cum princeps ex iracundia ſeuerans con-
tra aliquem tulerit ſententiam quo caſu dilatio datur.xxx.dierum
vt videatur an poſſit eſſe locus miſericordie vel principē peniteat
⁊ ſic que ex irracundia principis ſtatuta ſunt non debent ſtatim ſe
ueriter executioni demandari.l.ſi vendi.C.de peni.⁊.xj.qđ.iij.cum
apud theſſalonicam.⁊ ibi quarto donec princeps aſſignauerit in-
ſulam preſidi ad aliquem damnatum deportandum.iij.q.v.biduū
§.ſi quem inſulam.de quo dic per Inno.in.c.conquerenti.de offic.
dele.An autem infra decem dies poſſit fieri executio ſententie cor-
poralis.Barto.tenet quod non de iure licet de conſuetudine non
ſeruetur.l.qui vltimo.ff.de pe.⁊ Salyc.in.l.aditos.C.de appella.⁊
l.aditos.C.de epiſcop.audientia.Nunc accedamus ad materiam
fructuum de quibus eſt hic gl.magiſtra.⁊.l.ex diuerſo.ff.de rei vē di
catione.pro cuius euidentia latius tractando quam glo.premitte
quod fructuum quidam ſunt naturales ⁊ quidam induſtriales et
14 ſic ſunt duplicis generis.†Naturales ſunt quos ex ſe natura pro-
duxit ſine miniſterio hominis.⁊ in quibus modica vel nulla verſa
tur induſtria hominis vt ſunt poma pira ⁊ ſimiles fructus.vt di-
15 cit glo.in.d.l.ex diuerſo.†Induſtriales ſunt in quibus plurima ver
ſatur hominis induſtria vt segetes:lac:pilus:lana: ⁊ ſimiles.ff.de
vſur.l.in pecudum.⁊.ſ.de reum diui.§.ſi quis a non domino.⁊ ibi
glo.⁊ oliua.l.ſi eius.ff.de rei vendica.⁊ ibi Barto.⁊ ſimiliter fetus
pecorum eſt fetus induſtrialis cum in eius productione ⁊ cuſtodia
plus operetur hominis induſtria quam natura vt.d.l.in pecudū.
⁊ dicit Salyc.in.l.ancille.C.de fur.ſed partus ancillarum propter
hominis nobilitatem non computetur in fructu ideo non efficitur
fructuarij nec bone fidei poſſeſſoris:vt dicta.l.in pecudum.ſed pōt
bene vſucapi niſi in ſcientia fructitatis in ancilla eius matre impe
diat.l.ſequitur.§.de illo.ff.de vſucap.⁊.l.ſi ancillam.ff.pro ſocio.et
l.ſi ego.§.pactus.ff.de public.⁊ ibi gloſſ.magiſtra.in ver.ignorabā
⁊ generaliter tene quod vbicunq̄ dubitatur an aliquis ſit fructua
rius vel induſtrialis iudicis arbitrio remittitur qui habet conſi-
derare vtrum in illo plus operetur natura an induſtria hominis
ſecūdum Bartolum in repe.l.ex diuerſo.ff.de rei vend.Cy.⁊ Saly.
in.l.certum.C.de rei ven.diſgreſſio tamen de materia in materiā
vel de oliuis in oleum efficit de fructu naturali induſtrialem.arg.
de acquiren.rerum dominium.l.adeo.§.cum quis.ſecundū Bal.
in rub.C.de fructi.⁊ litis expē.Item premitte quod poſſeſſorū alij
16 ſunt bone fidei alij male fidei.†Bone fidei poſſeſſor eſt qui domi-
ni cogitatione poſſidet.l.apud antiquos.C.de furt.ſiue qui vtitur
re tanquam ex iure ſuo putans rem ad ſe ſpectare.⁊ ſic eius opinio
⁊ animus inſpicitur.l.ſi.C.gl.ff.quemadmodum ſerui.amittatur.
de qua opinione ⁊ animo poterit per actus exteriores apparere.l.
titia.ff.de ſolu.⁊ per Bartolum in.l.prima.§.hoc interdicto.ff.de
itine.actuq̄ priua.⁊ plenius per Innocē.in.c.bone.ſecundo.in gl.
de poſtulatione prelatorum.male fidei poſſeſſor eſt econuerſo.ſ.qui
habet ſcientiam rei aliene vel iuris alieni vt qr contra legum vel ca
nonum interdictionem mercatur.C.de agri.⁊ cenſi.l.quēadmodū
lib.x.⁊ de publi.l.quicunq̄.§.qui a pupillo.quia emit rem ſpreta
denunciatione domini nunciantis quod res non eſt vendentis.l.
qui fundum.ff.de rei vēdi.de quo bone fidei ⁊ male fidei poſſeſſore
dic in.l.bone fidei.ff.de verbo.ſigni.vbi glo.dicit quod eſt in dubio
preſumitur bone fidei niſi contra probetur.⁊ per Dy.in.c.male fi-
dei poſſeſſor.de regu.iur.lib.vj.vxor.tamen fructus ex re ſibi dona
ta a viro bona fide facit ſuos licet donatio ſit probibita.l.de vſur.
⁊ hic poſſeſſor male fidei ſi nullam cauſam poſſidendi habeat ap-
pellatur.l.ſed ⁊ ſi lege.§.quod autem.ff.de petitione hereditatis.et
j.eodem.§.illorum.Et iſti poſſeſſores tam bone fidei quam male fi
dei quandoq̄ habent titulum quandoq̄ non de quibus titulis vi
de in.l.iij.§.fina.digeſtis de acquirenda poſſeſſione.⁊ no.ſ.de rerū
17 diuiſione.§.ſi quis a non domino.ſuper ver.iuſta cauſa.†tertio pre
mitte quod fructus quandoq̄ ſunt pendentes ⁊ tunc cenſent pars
rei ⁊ veniūt ⁊ intelliguntur peti tanquam rei pars.l.fructus.ff.de
rei ven.Quandoq̄ ſunt percepti: ⁊ cum a ſolo ſunt ſeparati.l.qui
ſcit.§.preterea.ff.de vſu.⁊.l.vſufructuarius meſſem in fi.l.ff.qui.mo
dis vſuſfru.amittatur.Et quandoq̄ percipiendi fuerunt.i.quos
poſſeſſor percipere potuit ⁊ non fecit.vt.j.eodem.§.illorum.⁊.l.ſi
nauis.§.fina.ff.de rei ven.item iſti fructus quandoq̄ petuntur iu
re actionis ⁊ quandoq̄ officio iudicis.vt.j.patebit. Tunc enim
queritur an poſſeſſor a quo petuntur teneatur ad eorum reſtitutio
nem:Conclude collectis dictis Saly.in.l.certum.C.de rei vendica.
18 ⁊ theorica glo.hic.⁊ in.l.ex diuerſo.de rei vendic.†⁊ primo ad fru-
ctus naturales.dic quod nullus poſſeſſor facit fructus naturales
ſuos ſed ſi extant rei vendica.reſtituendi ſunt domino a bone fidei
podeſſore etiam cum titulo quam etiā a male fidei poſſeſſore.l.fru-
ctus.digeſtis de vſur.licet Bartol.teneat repetitione dicte.l.ex di-
uerſo.de rei vendicatione.quod quando poſſeſſor bone fidei habet
titulum tunc fructus naturales facit ſuos per.l.bone fidei.ff.de ac
quirenda rerum dominio.ſi autem ſunt conſumpti:tunc bone fi-
dei poſſeſſor non tenetur niſi ſit factꝰ locupletior vt quia habet pre
cium vel tantumdem de ſuo fuiſſet erogaturus:quia tunc tenetur
condictione ſine cauſa.argu.l.ſi cum ſeruum.⁊.l.ſi me ⁊ titium.ff.ſi
certum petatur ⁊ male fidei poſſeſſor tenetur etiam ſi non ſit factꝰ
locupletior.quaſi ſua culpa deſierit eos poſſidere.l.ſi culpa.dige-
19 ſtis de rei vendi.†Quo autem ad fructus induſtriales facit ſuos
cum a ſolo ſint ſeparati:ſiue eo nomine ſiue alieno licet ſecus in fru
ctuario in quo requiritur quod ſuo nomine ſint ſeparati ⁊ collecti.
digeſtis de vſuris..lege quid. paragrapho qui in alieno. et lege
bone fidei.de acquirendo rerum dominio . ⁊ ſupra de rerum diui-
ſione.§.ſi quis a nō domino.⁊ hoc ſiue iſte poſſeſſor habeat titulū
ſiue non.vt tenet hic glo.⁊ clarius in.d.l.ex diuerſo.licet autem fa
ciat ſuos: ⁊ ſic non poſſunt ab eo vendicari tamen officio iudicis
petitur eos reſtitui.⁊ ita intelligitur ⁊ loquitur iſte tex.⁊ hoc niſi
triennio ſit vſucaptum huic potētie ſiue iuri eos aduocādi officio
iudicis

iudicis:vt in gl.ſingulari.in.l.ſequitur.§.fructus.ff.de vſufructu.
de conſumptis tamen vel percipiendis non tenetur bone fidei
poſſeſſor etiam ſi ſit factus locupletior:vt.j.eodem.§.ſi bone fidei.
nec etiam ad eorum eſtimationem cum eos lucrifaciat pro cultura
⁊ cura.s.de rerum diuiſione.§.ſi quis a non domino.⁊ hoc tenet
gloſ.⁊ docto.in dicta.l.ex diuerſo.⁊ ſic ſecundum glo.eſt in hoc dif-
ferentia inter naturales ⁊ induſtriales conſumptos quia in natu-
ralibus tenetur bone fidei poſſeſſor ſi eſt factus locupletior.Sʒ nō
in induſtrialibus conſumptis niſi in duobus caſibus notatis.in
gloſ.penultima.in.l.certum.C.de rei vendicatione.in quibus tene
tur de induſtrialibus ſi eſt factus locupletior.primus quando ven
dicatur fundus venditus a creditore pignoris non habente ius vē
dendi ⁊ emptor petit a domino vendicante precium ſub pignore
receptum. l.emptor.ff.de rei vendicatione.ſecundo quando vendi
catur fundus a bone fidei emptore petente expenſas factas in re.l.
ſumptus.ff.de rei vendica.ſimiliter in peti.heredita.tenetur in bo
ne fidei poſſeſſore de fructibus induſtrialibus quantum eſt factus
locupletior.quia augeret hereditatem.l.item veniunt.§.item non
ſolum.⁊.§.fructus.ff.de peti.hereditatis. Barto.autem in dicta.l.
ex diuerſo.ff.de rei vendicatione.dicit quod ita in induſtrialibus
conſumptis tenetur bone fidei poſſeſſor ſi eſt factus locupletior ſi-
cut in naturalibus ⁊ hoc ex equitate.l.ſi me ⁊ titium.ff.ſi cert.pet.
20 ¶†In male fidei poſſeſſore qualiter ⁊ quo iure teneatur de fructi
bus induſtrialibus.Conclude ſimul cum gloſſ.hic.⁊.l.ex diuerſo.
quod poſſeſſor male fidei fructus induſtriales ſeparatos ⁊ extan-
tes nō facit ſuos ſicut facit bone fidei poſſeſſor ſed tenetur reſtitue
re eos propria rei vendicatio.non autem veniūt in illa rei vendic.
qua vendicatur res licet ſecus in petitione hereditatis vbi etiam
poſſunt peti fructus in principali libello.vt hic in gloſſa.⁊ in.l.ex di
uerſo.⁊ conſumptos cōdictione ſine cauſa.⁊ percipiendos tenetur
officio iudicis reſtituere vt infra eodem.§.item illorum.⁊ hoc ſi nō
habet titulum.Sed ſi habet titulum tunc talis excuſat a percipien
dis niſi in quatuor caſibus in quibus titulus non excuſat.ſ.in me-
ticuloſo in emente in fraudem creditorum vel ſcienter contra inter
dicta legum emente.vel in emente a fiſco non ſolenniter vendente.
qui caſus notantur in.l.ſed ⁊ partus.ff.quod metus cauſa.⁊.l.ſi
fundum.vbi dicit quod iſti caſus faciunt regulaʒ quod male fidei
poſſeſſor non excuſatur a fructibus induſtrialibus percipiendis li
cet ſecus ſi habeat titulum cum iſti fructus videantur propter ei9
culpam ⁊ negligentiam adhibitam in non colligendo a qua culpa
non excuſatur propter titulum ex quo ſciuit rem alienam. l.apud
iulianum.§.fructus.de lega.primo.Qualiter autem debeat intelli
gi percipiendos a poſſeſſore an vero a petitore. gloſſ.in.l.fructus.
⁊.l.ex diuerſo.ff.de rei vēdicatione.intelligit de fructibus qui per-
cipi potuerunt a petitore.Bar.ibi dicit quod eſt in electione acto-
ris vel petere quos percipere potuit poſſeſſor per dictā.l.apud iu-
lianum.§.fructus.⁊.l.ſi nauis.in fine.de rei vendica.vel quos per-
cepiſſet ipſe petitor vel actor vel dominus.C.de rei vendica.de qua
latius per Salycetum:ibi.Item quid ſi reus nō ſit continuus poſ
ſeſſor male fidei.⁊ ſic non fuit predo ſed habuit a principio bonam
fidem ⁊ poſtea malam fidem:vel econtra dic per Bartolum in di-
cta.l.ex diuerſo.⁊ per Salycetum in.l.certum.C.de rei vendicatio.
21 †Et adde quod per litis conteſtationem poſſeſſor bone fidei licet
faciat fructus ſuos.l.qui ſcit.§.fin.ff.de vſur.tenetur eos officio iu
dicis reſtituere vt ibi not.⁊.l.certum.C.de rei vendic.Sed in peti-
tio.hereditatis.ſit male fidei poſſeſſor per ſolam denunciationem
22 l.j.C.de petitione hereditatis.†Item adde quod male fidei poſſeſ-
ſor ſicut tenetur de fructibus naturalibus ⁊ induſtrialibus perci-
piendis;vt ſupra dictum eſt:ita tenetur de fructibus ſeu obuentio-
nibus ſeu acceſſionibus ciuilibus percipiendis vt ſunt penſiones
domorum vecture ⁊ nauium ⁊ iumentorū.textus eſt in.l.ſi nauis.
digeſtis de rei vendicatione.Ad vſuras autem pecunie fenerāde:
licet ſint ciuiles obuentiones non tenetur quia pecunia feneratur
ſuo periculo: ſed non nauis vel alias:vt ibi patet.et ſi fenerauit
vſuras receptas non tenetur reſtituere petitor vt ibi dicit gloſ.

**Et ſi hereditas.** ¶Supra declarauit circa que ver
ſatur officium iudicis alias verſa-
ri debet in actione perſonali ⁊ reali ſingulari:hic autem declarat
circa que debet verſari officium iudicis in actione vniuerſali ⁊ mi
xta in rem ⁊ in perſonam.vt eſt petitio.heredit.que eſt vniuerſalis
vt not.gloſſa digeſtis de eden.l.prima.⁊ ſupra de actio.§.actionū.
in eius formula.⁊ eſt mixta ſcilicet realis reſpectu rerum petitarūʒ
in quibus condemnatur poſſeſſor ad reſtituendum ⁊ eſt perſona-
lis reſpectu perſonalium preſtationum in quibus condemnatur
ad dandum.l.ſiue bone fidei.§.petitio.ff.de petitione hereditatis.
Et dixi de iſta ⁊ de aliis actionibus mixtis.s.de actionibus.§.que
23 dam.Et iſte.§.hoc intendit.†In petitione hereditatis debet fieri
reſtitutio fructuum officio iudicis ſicut in ſingulari reali iudicio.
item in fructibus perceptis ⁊ percipiendis eſt differentia inter pre
donem ⁊ continuum male fidei poſſeſſorem.item poſt litis conte-
ſtationem veniunt fructus percepti ⁊ conſumpti ⁊ fructus perci-
piendi.hoc dicit vſqꝫ ad.§.exhibendum. Quo igitur ad fructus
perceptos ⁊ extantes non eſt differentia inter rei vendicationem:
⁊ petitio.hereditatis:quia in vtraqꝫ ſit condemnatio ad reſtitutio
nem vt in hoc princip.Item non differunt in predone id eſt occu-
patore inuaſore ſcienter ⁊ ſine titulo rei aliene ⁊ ſic male fidei poſſeſ
ſore continuo quia in vtraqꝫ actione tenetur de percipiendis vt hic
in ver.illorum.⁊.l.item veniunt.§.cum autem.digeſtis de petitio.
hereditatis.ſed ſi poſſeſſor male fidei habet titulū excuſatur a per-
cipiendis ſecundum opinionem gloſ.⁊ cetera.doctores contra. vt
dixi ſupra proximo.§.Item non differunt in eo quia factus eſt ma
le fidei poſſeſſor per lit.conteſtationem in contractu mere reali. vt
l.certum.in fine.C.de rei vendicatione.vel per controuerſiam mo-
tam in petitione hereditatis.vt.l.item veniunt.§.petitam. prealle
gata.quia in vtraqꝫ veniunt fructus etiam percipiendi.l.ſecunda
C.de fruc.⁊ litis expen.⁊.l.prima.C.de petitione hereditatis.⁊ hoc
in ver.poſt inchoatam.nam omnes poſſeſſores poſt litis conteſta.
inchoataʒ ſunt pares ⁊ preſumptione iuris efficiuntur male fidei
vt teneantur etiam de percipiendis vt pdones etiam ſi ſuo animo
remanent bone fidei.l.ſed ⁊ ſi lege.§.ſi ante.⁊ ibi gloſſ.⁊ Barto.ff.
24 de petitione hereditatis.†Eſt enim predo qui nullam habet iuſtā
cauſam poſſidendi qui tenetur de fructibus perceptis ⁊ percipien
dis.l.ſed ⁊ ſi lege.§.ſi ante.⁊ ibi gloſ.⁊ Barto. digeſtis de petitiōe
hereditatis.⁊.l.item veniunt.§.item eos.eodem titu.vt hic in ver.
item illorum.⁊ hoc niſi ratio ⁊ fauor ſeu priuilegium perſone aliud
inducat.vt hic in gloſſ.fina.que incipit in fine infans vel pupillus
Item non differunt in bone fidei poſſeſſore quo ad fructus perci-
piendos induſtriales:quia neuter tenetur nec etiam quo ad con-
ſumptos quia neuter factus eſt locupletior: quia ſimiliter neuter
tenetur.vt hic in ver.ſi vero bone fidei.Sed quando vterqꝫ eſt fa-
ctus locupletior:tunc differunt ſecundum opinionem gloſ.vt.j.di
cam.Viſo igitur in quibus conueniat rei vendicatio cum petitio.
25 hereditatis:reſtat videre in quo differat.†Et primo differt quia in
rei vendicati.fructus ⁊ res non poſſunt peti eadem actione.ſed in
petitione hereditatis ſic vt plene declarat gl.in.l.item veniunt. §.
fructus.digeſtis de petitione hereditatis.dixi.s.§.proximo.Item
differunt quia petitio hereditatis non datur contra titulo poſſi-
dentem niſi in caſibus.l.hereditatem.C.in quibus cauſis ceſſ.pre.
longi tempo.⁊.l.nec vllam.§.ſi quis ſciens.de petitione heredita.
ſed rei vendicatio.ſic.l.ſecunda.C.de petitione hereditatis.⁊.l.ſi
fundum.C.de rei vendi.Item in petitione hereditatis poſt motā
controuerſiam vel denunciationem quis conſtituitur male fidei
poſſeſſor vt non poſſit alienare niſi ex neceſſitate.l.diuus. digeſtis
de petitione hereditatis.⁊ vt teneatur etiam de fructibus percipiē
dis.l.prima.§.poſt litem.C.de petitione hereditatis.ſed in rei ven-
dicatiōe efficitur male fidei poſſeſſor qui primo erat bone fidei per
litis conteſtatio.⁊ non per denunciationem factam ex poſtfacto.l.
alienam.digeſtis pro empt.ſed bene per factam denunciationem a
principio.l.fina.C.de rei vendicatione.Et ſimiliter tenetur poſt li
tem conteſtatam etiam de percipiendis.l.ſecunda.C.de fructi.⁊ li
tis expen.⁊.l.certam.in fi.C.de rei vēdicatione.⁊ hic in ver.poſt in
choatam.Item in petione hereditatis bonorum poſſeſſor tenetur
de induſtrialibus fructibus conſumptis quantum eſt factus locu-
pletior.dicta.l.item veniunt.§.ſi quis ante.ver.eos vero.ſed in rei
vendicatione non tenetur de induſtrialibus conſumptis nec ad eo
rum eſtimationem licet ſit factus locupletior ſed lucratur eos pro
cultura ⁊ cura niſi in quatuor caſibus.vt dixi ſupra.§.proximo. et
hic in ver.ſi vero.licet aliqui dixerunt quod imo tenetur ad eorum
eſtimationem quando eſt factus locupletior ex equitate.l.ſi me ⁊ ti
tium.ff.ſi certum petatur. vt hic in gloſ.in ver.conſumptorum.qd
tenuit Barto.in.l.ex diuerſo.ff.de rei vendicatione.⁊ dixi ſupra eo
dem.§.proximo.Sed doctores communiter tenent gloſ.quod nec
etiam teneatur ad eorum eſtimationem vt ipſemet Barto.dicit in
dicta.l.ex diuerſo.⁊ adde quod petitio hereditatis ⁊ rei vendica.
poſſunt ſimul concurrere.l.ſecunda.in fi.⁊ ibi gl.in fi.C.de petitio.
hereditatis.Item quod in fructibus perceptis ante iudicium in
choatum petendis dʒ exprimi quantitas:ſecus in perceptis poſt
ea vt dixi.s.de actioni.§.actionum in formula peti.here.nā in iſtis
acceſſionibus ⁊ fructibus ⁊ expenſis admittitur libellus ⁊ ſenten
tia incerta quando acceſſorie petuntur.⁊ dixi.s.de act.§.curare.in
quinta fallentia.

26 **Si ad exhibendum.** ¶†Cōdēnatus in actio-
ne ad exhibendum non
liberatur ſimpliciter exhibendo rem ſed debet eam exhibere in ea
cauſa in qua erat tempore cepti iudicij cum reſtitutione fructuum
medio tempore perceptorum:⁊ ſi reus de preſenti nō valeat exhibe
re dʒ cauere de exhibendo infra dilationem a iudice ſtatuendam ⁊
ſi nō exhibeat neqꝫ caueat dʒ iuramento in litem actori delato ad
27 eius intereſſe condemnari.h.d.vſqꝫ ad.§.ſi familie.†Verſatur igi
tur officium iudicis in hac actione in condemnando ad rem exhi-
bēdam ⁊ ad cauſam ⁊ ad fructus in cautione recipienda a dilatio
ne moderanda vbi res de preſenti exhiberi non poſſit. Primo

enim omnis cauſa.i.omnis vtilitas quam habuiſſet actor ſi reus
exhibuiſſet rem tempore litis conteſtate debet preſtari a reo ⁊ in
illā cōdēnari a iudice vt hic ⁊.l.iul.§.qđ autem.vſqꝫ ad fi.l.vbi hec
omnia bene declarantur.ff.ad exhiben.non enim exhibetur res in
eadem cauſa ⁊ in eodem ſtatu in quo erat tempore litis conteſtate.
ſi interim.ſ.poſt lit.conteſta.⁊ ante exhibitionez res eſt vſucapta ⁊
ſic actor non poteſt eam vendicare.vt dicit hic tex.in.d.l.iul.§.pro
inde.⁊ ſic patet quod litis conteſta.facta in preparatoria aliarum
actionum.l.tertia.§.eſt autem.ff.ad exhibendum.non prodeſt ad
interrumpendum preſcriptionem vel vſucapionem currentem in
actiōe preparatoria:vt hic ⁊ dicto.§.proinde.quinimo etiam licet
in ipſa actione preparatoria ⁊ in rei vend.pro re mobili fieret litis
conteſta.nō interrumpitur vſucapio ipſo iure ſed ſolum in effectu.
l.ſi poſt acto.tamen.ff.de rei vendica.⁊ per Barto.in.l.ex hoc edi
cto.ff.de eo per quem factū eſt.Similiter non dicitur exhiberi res
in eadem cauſa ſi forma rei interim ſit mutata.d.l.iulianus.§.ſed ⁊
ſiquis.ff.ad exhiben.ſecundo reus debet condemnari in fructibus
interim perceptis ſcilicet poſt litem conteſtatam quia poſt litis cō
teſtatio.iuris fictione quilibet poſſeſſor efficitur male fidei vt tenea
tur de fructibus perceptis ⁊ percipiendis.vt.ſ.§.proximo.Et in
telligit glo.in dicta.l.iul.§.proinde.quod hoc habet locum ſiue in
telligas de fructibus in hac actione ſiue in principali actione intē
tanda vt in rei vendi.⁊ iſti fructus poſſunt etiam comprehendi ex
re mobili exhibendi vt fetus pecorum ⁊ partus ancillarum.vt di
cta.l.iul.§.quia tamen.⁊.l.equis.de vſuris.hoc igitur verbum cau
ſa non ſolum comprehendit ſtatum ⁊ conditionem rei exhibende
ſecundum tempus litis conteſtate vt hic ⁊ dicto.§.proinde.ſed etiā
comprehendit acceſſiones vt fetus ⁊ partus vt dicto.§.quia tamē.
⁊ ita exponit glo.verbum tanquam.ſ.pro iſtis acceſſionibus vt ru
brica.ff.de vſu.⁊ in dicta.l.equis.⁊ generaliter verbum cauſa com
prehendit omnem vtilitatem quam habuiſſet actor ſi res fuiſſet ex
hibita tempore litis conteſtate.vt dicit tex.⁊ dicta.l.iul.§.preterea
vtilitatis qui eſt.§.fina.⁊.l.preterea.⁊.l.qui reſtituere.ff.de rei ven.
⁊ ideo venit etiam vtilitatis optionis fiende infra tempus nunc
perdite.l.ſi optione.ff.ad exhibendum.Et ſimiliter hereditas per
ſeruum exhibendum nunc mortuum adeunde.ff.ad exhibendum.
l.ſi hereditas.ſicut venit in aquiliana.ſ.ad.l.aquil.§.illud.tertio
ſi res de preſenti non poſſit exhiberi quia ſit abſens vel in fuga.vt
l.celſus.§.ſi.ad exhibendum.debet iudex conſiderata diſtantia lo
ci ⁊ qualitate rei ⁊ perſonarum aſſignare dilationem magnam vel
paruam:prout viderit expedire ⁊ caueat ſe exhibiturum prout
in ſimili fuit dictum in rei vendi.ſ.eodem.§.⁊ ſi rem.Et cuius ex
penſis ⁊ quo loco debeat fieri exhibitio.dixi.ſ.de actio.§.preterea
quaſdam actiones arbitrarias.vbi plene dixi de hac materia.
28 ¶ †Quarto not.quod ſi reus non exhibeat nec caueat ſe exhibitu
rum infra dilationem aſſignandam tunc ipſe tanquam contumax
in exhibendo ad iuſſum iudicis poteſt condemnari ad omne inter
eſſe actoris eſtimandum per iuramentum in litem a iudice taxan
te deferendum cum hac actione ſic arbitraria.vt dicto.§.preterea.
29 ⁊.l.iij.§.preterea.ff.ad exhibendum.¶ †Et not.hic ex ver.fruſtra
tione.quod iudex debet denegare dilationez quando petit eam ca
lumnioſe ⁊ cauſa fruſtrandi aduerſarium ⁊ iudicij protelandi vt
hic.⁊.l.ſiue pars.C.de dilatio.preſumitur enim contra eum qui di
lationibꝰ iudicium ſubterfugit vt in.c.nullus dubitat.de preſum.
⁊ pro talibus dilationibus ſeu fruſtratorijs impetratis dz quis cō
demnari in expenſis vt dixi.ſ.ti.pri.§.hec omnia.⁊ ideo in appel
latione qñ fruſtratorie appellat vt in cle.ſi ante.de dolo ⁊ cōtu.imo
tunc concurrunt vſure.l.finali.ff.de re iudicata.⁊ talis temere ⁊ fru
ſtratorie appellans punitur extra ordinem.l.eos.§.ne temere.de
appellationibus.

## Si familie.

¶ Hic declarat quale debet eſſe officium iudicis ⁊ circa que debet verſari in tribus
iudicijs diuiſorijs ſeu duplicibus iudicijs.Et primo in iudicio fa
mi.herciſcunde.Secundo in communi diuidun.ibi communi di
uidundo.Tertio in iudicio finium regundorum:ibi ſi finium reg.
Quarto ponit vnam regulam ſeu remouet vnum dubium cōmu
ne ad omnia tria iudicia.quod autem iſtis iudicijs vſqꝫ ad finem.
30 ⁊ hoc intendit.†In iudicio fami.herciſcun.⁊ communi diuidun.
inter duos vel plures vertenti ſi eſt de pluribus rebus diuidendis
debet iudex aſſignare vnam rem vni ⁊ alteram alteri.⁊ ſi pars vniꝰ
preualet debet eum in pecuniam condemnare vſqꝫ ad equalitatem
ſi autem vnica ſola res venit diuidenda tunc adiudicatur vnicuiqꝫ
pro equali portione ſi commodam recipit diuiſionem.alias nō to
ta vel maior pars adiudicatur vni ⁊ condemnatur in pecunia alte
ri danda vſqꝫ ad equalitatē.item in iſtis iudicijs qui percepit om
nes fructus vel maiorem partem eorum vel in re male verſatus eſt
condemnatur in pecunia alteri pro parte ſibi contingente.hoc di
31 cit.vſqꝫ ad.§.ſi finium regundorum.¶ †No.igitur quod quando
plures res veniunt diuidende non debet fieri diuiſio per corpora:
ſed ad numerum.⁊ idem in pecunia.l.ſi pene.§.ſi falſo.ff.de condi.
indebi.ideo nō poteſt vnus ſociorum vel coheredum dicere ſe vel
32 le partem ſuam in qualibet quantumcunqꝫ minima.†Quid autē
de legitima filio debita an illam poſſit capere in qualibet particu
la cuiuſlibet rei hereditarie:an vero in vna re.vide per Bartolum
in.l.in quarta.ff.ad.l.falcidiam.in iſtis enim diuiſionibus totum
officium iudicis committitur ⁊ expeditur prout ei commodius vi
ſum fuerit expedire.l.prima.C.de his qui ſe defer.lib.x.⁊.l.ſecun
da.⁊.l.meminimus.C.quando ⁊ quibus quarta pars de.eo.lib.x.
in eis per Bartolum. Item adde quod iſta iudicia dicuntur mi
xta tam in rem quam in perſonam.nam cū in parte mihi aſſigna
ta partem habeam iure meo ⁊ partem iure ſocij pro parte mea ha
beo iudicium reale ⁊ pro parte iuris ſocij mei eſſet mihi aſſignāda
item in condemnatione perſonalium preſtationum.ſ.fructuū per
ceptorum damnorum ⁊ expenſarum dicitur iudiciū perſonale ꝑut
de hoc ⁊ de tota materia iſtorum iudiciorum dixi.ſ.de actionibus
§.quedam actiones.

## 33 Si finium regundorum.

¶ †In iudicio finium regund.
poteſt iudex ſi videat expedire terminos euidentius oportere di
ſtingui quam olim diſtincti fuerit adiudicare de parte vnius alte
ri ⁊ eum pro parte adiudicata in quantitate equiualenti alteri
dande condemnando is quoqꝫ qui terminos finales remouit vel
terminandum agrum metiri paſſus non eſt per iuramentum in li
tem aduerſario deferendum a iudice puniendus eſt.hoc dicit vſqꝫ
ad.§.quod autem.Non igitur debet iudex de conſimilibus cogno
ſcens de confinibus partem agri vnius adiudicare alteri niſi ex ne
ceſſitate vt quia forte erant veteres termini ita obſcuri ⁊ confuſi vt
non euidenter oſtenderent agrorum diuiſionē.⁊ ideo vt poni poſ
ſint termini magis apparētes quam primo eſſent ſubeſt iuſta cau
ſa adiudicandi de parte vnius alteri vt hic.⁊.l.ſecunda.§.fina.cuz
l.ſequen.ff.finium regundorum.alias autem vbi iudex poſſet reno
uare ⁊ reponere veteres terminos euidenter vel commode vel eos
qui varietate ſucceſſorum ⁊ arbitrio poſſeſſorum ⁊ conſtituti ſunt
⁊ illos antiquos ſequi debet ſine hac adiudicatione.l.fin.ff.finium
34 regund.†⁊ attendi quod hoc iudicium habet ſolum locum in pre
dijs ruſticis que confinibus diſtinguuntur non autem in vrbanis
vicinis que muro pariete vel vallo diuiduntur.l.iiij.§.qui iudiciū
ff.finium regun.⁊ ibi glo.in ver.confinia.tunc enim habet locum
actio communi diui.l.ſecunda.⁊.l.ſi edes communes.ff.communi
ni diui.Item datur etiam hec actio pro hortis in ciuitate poſitis
ad fructum ⁊ culturam depoſitis ſeu deputatis.l.iiij.§.⁊ in vrbe.ff.
finium regundorum.⁊.l.vrbana predia.ff.de verborum ſignifica.
Ex quo poteſt inferri quod pena impoſita pro damno dato in ter
ris laborabilibus poſitis in villa habet locum pro hortis laborabi
35 libus poſitis in ciuitate.ar.dictorum iurium.¶ †Item no.in ver.
eo quoqꝫ.quod euellens ⁊ aſportans arbores vel lapides ꝑ termi
nis poſitos punitur ciuiliter ⁊ criminaliter vt hic in glo.in ver.fu
ratus ciuiliter per iuramentum in litem aduerſario deferendum
de omni ſuo intereſſe.Criminaliter vero in quinquaginta aureos
pro quolibet termino euulſo fiſco applicandos ⁊ condemnatus in
vna poteſt condemnari in alia:quia rei perſecutoria non tollit pe
nalem.vt dicit gl.hic.⁊.l.iiij.§.ſi dicatur.finium regun.⁊ etiam pu
nitur corporaliter extra ordinem:vt.l.agraria.in fine.ff.de termi.
amo.⁊.l.prima.C.de accu.⁊ dic vt ibi per Cyn.⁊ Saly.qui declarat
qualiter ⁊ in quibus penis puniatur euellens terminos ille vero
qui fuit contumax ⁊ reſiſtens vt ager metiretur ⁊ terminaretur pu
niretur ad intereſſe partis iuramentum in litem aduerſe parti de
ferendum vt hic in ver.contumacie cum ſua glo.nam vbicunqꝫ cō
temnitur iuſſus iudicis poteſt deferri iuramentum a iudice in litē
vt in gl.no.in.l.iiij.§.ſi quis.ff.ſi.re.⁊ per.Bar.in.l.in actionibus.
ff.de in litem iurando.

## 36 Quod autem.

¶ †Per adiudicationem factam ex aliquo iſtorum trium premiſſorum iu
diciorum confertur dominium.h.d.⁊ intellige.ſ.qđ ea parte que
nō ſpectat ad eum cui fit adiudicatio que magis intellectu quam
demonſtratione percipitur.vt dixi.ſ.de actio.§.quedam actiones
⁊ per Barto.in.l.ſi per errorem.de vſucap.⁊ per Saly.in.l.prima.
C.communia vtriuſqꝫ iudicij.Item intellige vbi res erat diuiden
tium ſi autem aliena transfertur vſucapiendi conditio.l.iij.in fin.
⁊.l.quicunqꝫ.ff.de public.⁊ dicta.l.ſi per errorem.Item ⁊ tertio in
tellige traditione ſecuta vt hic in gloſſ.que colligit notabile quod
per ſententiam iudicis traditione ſecuta trāſfertur dominium rei
a iudicante.⁊ id firmat expreſſe glo.fina.in ver.alij dicunt.in.l.iij.
ff.de public.⁊.l.pomponius.§.iuſſu.ff.de acquirenda poſſeſſione.
⁊ ibi Barto.⁊ hoc communiter tenetur per docto.licet gloſſ.notat
contrarium in.l.exemplo.ff.de exceptio.rei iudica.ſecundum Sa
37 lycetum in.l.prima.C.communia vtriuſqꝫ iudic.†Et conclude pri
mo in actione perſonali quod ſententia lata ad transferendum do
minium illud transfert.l.iij.ſecundum vnam lecturam.de public.
⁊.l.non ſoluti.§.ſi mihi.ff.de vſur.ſecus ſi actio intentata non ſit
apta nec tendat ad dominium transferendum ſed reſtituendum
rem vt locati depoſiti commodati.l.ſi quis cōductionis.l.⁊ condu
ctores.

ctores.C.locati.⁊.l.non ſolet.ff.locati.licet autē per ſniam tollat
dñium rei vni ⁊ trāſferatur in alium nō tñ tollit perſonalis obli-
gatio nec liberat ipſo iure debitor abſolutus per ſniam.l.iulian⁹.
ff.de cōdi.inde.⁊ hic in glo.in ver.nec obſt.q2 iſta incorporalia vt
eſt obligatio pſonalis ita affixa eſt oſſibus vt non poſſit transfer-
ri de vno in alium ſicut corporalia:vt not.in.l.iij.ff.pro ſocio.et.l.
38 ſi quis igitur caſus.ff.de pec.†Secundo conclude in actione rea-
li quod ſi ſentētia eſt abſolutoria non transferatur dominium in
reum.d.l.acceptio.etiam ſi eſſet abſolutus adiecta cauſa:quia res
eſt ſua quamuis tunc introducatur preſumptio dominij q2 res iu
dicata pro veritate accipitur.l.res iudicata.ff.de regu.iuris.licet
in hoc vltimo videatur tenuiſſe Barto.contrarium.d.l.exceptio.
Si autem ſentētia eſt condēnatoria tunc cōmuniter tenet qd tan-
ta ſit aucto.vt dicit text.l.iij.item queri poteſt.ff.de reb.eo.⁊.l.ſta-
tuliberi a ceteris.§.quintus.ff.de ſtatuliberis.quod licet condem
nato domino mihi tradatur res victori tanq̄ ſua non tanq̄ victi
⁊ ſic videatur error in domino qui alias impedit tranſlationem
dñij:vt.l.iij.§.ſubtilibus.ff.de condi.ob cauſam.tamē in caſu iſto
propter autoritatem rei iudicate trāſfertur dominium ⁊ talis er-
ror non impedit eius tranſlationem vel vſucapiendi cōditionem
ſi tradens non erat dominus:vt tenet hic glo.dicta.l.iij.ff.de pu-
bli.⁊.d.l.pomponius.§.ſi iuſſu.Et hoc etiam patet ex adiudica-
tione ex ſecundo decreto per quod transfertur dominium vel vſu-
capiendi conditio.lege pretoris.cum ſua gloſſ.ff.de damno infe-
cto.⁊ in ſpecu.de primo ⁊ ſecundo decreto.§.iudicium.⁊.§.quoq3
verſicu.fina.quinimo tāta eſt autoritas ſententie adiudicationis
facta ex ſecūdo decreto vt etiam poſſeſſor male fidei vſucapiat qui
alias non vſucaperet.tex.ſingularis eſt.in.l.⁊ generaliter.ff.de no
xa.⁊ vide pro declaratione predictorum Cy.⁊ Saly.in.l.j.C.com
39 munia vtriuſq3 iudicij.†Item quo titulo vſucapiatur res tradi-
ta ex adiudicatione iudicum.dic quod titulo generali pro ſocio.
lege penultima.§.ſi pater.ff.pro ſocio.ſed quid ſi in iſtis iudicijs
diuiſorijs eſt facta adiudicatio.ſed non eſt facta traditio an ex ſo-
la adiudicatione ſiue traditione transferatur dominiū.glo.in.l.⁊
ideo.ff.de condi.fur.dicit qd ſic.⁊ qd ſit ſpeciale ſolū in contractu
ſocietatis.vt ſine traditione transferatur dominiū qd ſecus eſt in
alijs contractibus etiam ſuper vniuerſitate bonorū in quibus re-
gulariter non tranſit dominium ſine traditione vt no.glo.ſingu-
laris in verſi.vniuerſo.l.j.ff.pro dote.⁊ ibi per domi.Ange.peru.
40 †Sed an per ſniam transferatur nomen debitoris conuenti bene
transfertur vtilis actio ſm formā glo.traditā.l.j.C.de preto.pign.
l.a diuo pio.§.ſic quoq3.in ver.hoc etiam.ff.de re iudi.item an per
diuiſionē factam inter partes extraiudicialiter transferatur do-
minium vel vſucapiēdi cōditio:dic quod ſic.ſ. illius partis q̄ tibi
obuenit ⁊ tradit iure meo.Si autē tradatur aliqua pars pro in-
diuiſo tunc non transfert ſm glo.⁊ Bar.in.l.cum ſolus.ff.de vſu.
item attende quod diuiſio bonorum nō immutat creditori ius pi
gnoris vel hypo.in tota re diuiſa ab vno ex ſocijs prius pro indi-
uiſo cōſtitutum.l.ſi conſenſit.§.illud tenendū.ff.qui.mo.pign.vel
41 hypo.ſoluitur.¶†Item not.hic in glo.in ver.qui ſic accipe.quod
allegatur pro ſingulari quo ad hoc vt de ſecūdo decreto tranſeat
dominiū oportet quod poſt adiudicationē factam ex ſecundo de-
creto fiat miſſio in poſſeſſionem per iudicem ſeu eius autoritate.
Sed Dy.⁊ Bar.in.l.ſi finita.§.iulianus.ff.de dam.infec.ver.que
ro iuxta iſtud an de nouo debeat introduci in poſſeſſionem tenēt
oppoſitū:q2 ſufficit prima miſſio facta ex ſecundo decreto.Primo
cū ſit totus vnus proceſſus ⁊ primū decretū ſit ordo ⁊ principium
perueniendi ad ſecundū.l.cum vnus.ff.de bo.auto.iudi.poſſid.⁊
ſicut pars poteſt transferre dominiū rei ſue in alium poſſidentem
ſine alia traditione.vt.ff.de re.diui.§.interdū.ita ⁊ iudex in primo
immiſſum poteſt transferre dominium ſine alia immiſſione cum
factum iudicis reputetur factum partis.l.ſi ob cauſam.C.de euic.
Qualiter autem ⁊ quo remedio procedatur contra contumacem
in nolendo diuidere:dic per Barto.in.l.apud iulianum.ff.ex qui.
cauſis.in poſſeſ.ea.

¶De publicis iudicijs. Rubrica.

¶Continua.vt in glo.In precedentibus dictum eſt de iudicijs ci
uilibus ⁊ etiā de iudicijs criminalibus priuatis.Nūc autē inten
dit tractare de publicis iudicijs criminalibus ⁊ vocatur hic titu-
lus terribilis ſicut eſt liber de publicis iudicijs.vt dicit gloſſ. lege
prima.ff.de publicis iudicijs.

1 ☞Iudicia ex publicis iudicijs deſcendentia ab actionibus ciui
libus ſunt difformia.
2 Iudicia ciuilia in quibus a criminalibus differ ant.
3 Actio ciuilis in criminalem ⁊ criminalis in ciuilem mutari poteſt.
⁊ numero.4.
5 Cauſa ciuilis in quo diſcernatur a criminali.
6 Iudicia ciuilia in multis criminalibus ſunt conformia.
7 Libellus accuſatorius qualiter formetur in criminalibus.
8 Accuſator in criminalibus ad penaȝ talionis ſe inſcribere debet.
9 Inſcriptio an ſit fienda in omni crimine de quo ſit accuſatio.
10 Inquiſitio in quibus caſibus fieri poſſit ſine autoritate.
11 Iudex admittitur ad inquirēdum vbi quis ad accuſandum ſine
metu calumnie admittitur.
12 Inſtantia iudicis inquirentis quanto tempore duret.
13 Inquiſitio an ſileat accuſatore ſuperueniente.
14 Iudicia quare publica dicta fuerint.
15 Crimen publicum tribus dicitur modis.
16 Crimen publicum dicitur ad quod accuſandum quelibet admit-
titur.
17 Iudicia capitalia que ſint ⁊ que non.⁊.nu.18.⁊.20.
19 Deportatus in quo differat a dānato in metallum.
21 Pena capitalis que dicatur.
22 Penam capitis ſubire quem qualiter intelligatur.
23 Proditor imperatoris vel reipublice qualiter puniatur.
24 Crimē leſe maieſtatis quis committere dicatur.
25 Crimen leſe maieſtatis quando locum habeat.
26 Prodēs vnū ex Italie tyrānis an puniatur pena perduellionis.
27 Filij in poteſtate crimen leſe maieſtatis committētes omnis ſucceſ
ſionis ſunt incapaces.
28 Uxor non priuatur dote ob delictum mariti.
29 Crimen leſe maieſtatis quilibet accuſare poteſt.
30 Reuelare nemo tenetur quod probare nequeat.
31 Seditiones ⁊ conſpirationes in ciuitatibus an puniri debeant
pena perduellionis.
32 Maritus vxorem accuſans pluribus potitur priuilegijs.
33 Ius accuſandi de adulterio quanto duret tempore.
34 Pater filiam viduam adulterantem accuſare poteſt.
35 Accuſare plures in eodem libello quando quis poſſit.
36 Adulterium lenocinium ſtuprum ⁊ inceſtus in quo differant.
37 Meretrix que dicatur.
38 Lenocinium quid ſit ⁊ quando committatur.
39 Stuprum quid ſit.
40 Concubine que licite ⁊ que illicite dicantur.
41 Sodomiticum vitium quod ſit.
42 Inceſtus quid ſit ⁊ quando committatur.
43 Adulterium qua pena multetur.
44 Maritus vxorem accuſans de adulterio ⁊ non probans qualiter
puniatur ⁊ qualiter mulier eo probante.⁊ nu.45.
46 Uxor virum de adulterio non accuſabit.
47 Lenocinium pena plectitur capitis.
48 Inceſtus qua puniatur pena.
49 Stuprum qua pena plectatur.⁊ nu.ſeq.
53 Lex cornelia ſeptem habet capita.
54 Affectus punitur effectu nō ſequuto.
55 Animus occidendi qualiter in percutiente probetur.
56 Pena legis cornelie de ſicarijs que ſit.
57 Telum quid ſit ⁊ quid eius nomine veniat.
58 Tela in quo ab armis differant.
59 Lex puniens homicidas quare de ſicarijs dicatur.
60 Homicidium caſuale quando excuſetur.
61 Homicidium de neceſſitate commiſſum quando puniatur.
62 Homicidium qualiter puniatur ſecundum ius canonicum.
63 Iudex condēnans ad mortem an ſit homicida ⁊ an irregularis.
⁊ nume.64.
65 Occidens bannitum an ſit homicida.
66 Homicidium commiſſum ab vno incognito ex pluribus qualiter
puniatur.
67 Occidens ſe defendendo non ſeruato moderamine an teneatur.
68 Ueneficus capite punitur.
69 Uenenum emens intoxicandi cauſa non ſtatim punitur lege cor-
nelia.
70 Malefici qui dicantur.
71 Sortilegis ⁊ diuinatoribus non creditur.
72 Medicamenta mala vendentes lege cornelia puniuntur.
73 Aromatarij ⁊ pigmētarij ſibi caueat rem venenoſam vendituri.
74 Dolus requiritur vt quis lege cornelia puniatur.
75 Lex pompeia de paricidijs annumeratur iudicijs publicis.
76 Paricidij appellatione qui veniant.
77 Paricidium inter quos committatur.⁊ nu.ſeq.
80 Furioſus non punitur de paricidio.
81 Filius ſciens ⁊ non impediens mortem patris punitur.et nume
ro. 2.
83 Pena legis pompeie paricidijs que ſit.
84 Paricidium in coniunctis qua pena puniatur.
85 Mater filium occidens qua pena puniatur.
86 Lex cornelia de falſis publicis connumeratur iudicijs.
87 Teſtamentum in quo differat ab alio inſtrumento.
88 Notarius quando in falſum incidere dicatur.

89 Notarius inſtrumentum falſum ſed inualidum conficiens an incidat in falſum.
90 Scripturam priuatam falſam ſcribens an puniatur pena falſi.
91 Falſum quot modis capiatur.
92 Pena legis cornelie de falſis que ſit.
93 Falſum committere poteſt quis pluribus modis.
94 Quaſi falſum qualiter committi poſſit.
95 Ignorantia iuris quando excuſet a delicto.
96 Pena quaſi falſi quando locum habeat.
97 Incidere in falſum qui dicantur.
98 Falſum ſex modis inquiritur ſeu de eo cognoſcitur.
99 Uis illata punitur lege iulia.
100 Pena legis iulie que ſit.
101 Uis quando dicatur illata cum armis.
102 Armorum nomine quid veniat.et nu.ſeq.
104 Arma tenens in domo quando puniatur lege iulia.
105 Delinquens cum armis an ſit duplici feriendus pena.
106 Pena delationis armorum que ſit.
107 Arma facere/emere ⁊ vendere quis poſſit.
108 Statutum laicorum contra portantes arma an liget clericos.
109 Uis quando inferri dicatur.
110 Uiolentia ex armorum delatione preſumitur.
111 Uerberans alium crimen priuatum iniuriarum committit.
112 Pater filium defendere poteſt contra violentiam ei illatam.
113 Extraneus extraneum contra violentiam iuuare poteſt.
114 Uiolenter dictio duplicem habet ſignificationem.
115 Raptor virginis capite punitur.
116 Rapiens meretricem qualiter puniatur.
117 Uxorem propriam rapere licet.
118 Pena raptoris que ſit.
119 Accuſatio de raptu quanto tempore duret.
120 Pena legis iulie peculatus que ſit ⁊ qui ea puniantur.
121 Reipublice nomine que reſpublica intelligatur.
122 Sacrilegus qua pena puniatur.
123 Sacrilegium quando committatur.
124 Sigillans malos florenos incidit in peculatum.
125 Pena peculatus que ſit.
126 Accuſatio de peculatu eſt publici iudicij cuilibet competens.
127 Sacrilegium qua pena corrigatur.
128 Sacrilegium verum quid ſit ⁊ quid quaſi ſacrilegium.
129 Potentiam principis improbans quaſi ſacrilegium committit.
130 Accuſatio ſacrilegij expirat ſpacio quinquennij.
131 Lex fauia de plagiarijs in publicis computatur iudicijs.
132 Plagium dictio equiuoca.
133 Plagium in quibus committatur.
134 Plagium qui committere dicantur.et nu.ſeq.
139 Fur in quo differat a plagiario.
140 Plagium non committit qui ſcortum vel meretricem rapit.
141 Plagium a quolibet accuſari poteſt.
142 Seruus in fuga nec vendi nec donari poteſt.
143 Pena legis fauie de plagiarijs que ſit.
144 Pena legis iulie repetundarum que ſit.
145 Lex iulia ambitus in quibus locum habeat.
146 Impetrans honorem vel dignitatem prece vel pecunia qualiter dicatur incidere in legem iuliam ambitus.⁊ nu.ſeq.
149 Uectigalia noua inſtituens incidit in legem iuliam ambitus.
150 Lex iulia ambitus in quibus locum habeat.⁊ nu.ſeq.
152 Officium vel dignitas non continuatur tempore finito.et numeris ſequentibus.
155 Officialis non reformatur in officio niſi ratione reddita.
156 Lex iulia repetundarum in quibus locum habeat.
157 Rector coram principe iurabit officium intraturus.
158 Lex iulia repetundaruꝫ an habeat locum tam in iudice ordinario ꝙ delegato ⁊ tam in ciuili ꝙ criminali.⁊ nu.ſeq.
160 Lex iulia repetundarum tria ſpecialia habet reſpectu officialis in officio delinquentis.
161 Magiſtratus tenetur de baratarijs cõmiſſis a ſuis officialibus.⁊ numero ſequen.
163 Lex iulia annona.contra quos locum habeat.⁊ nu.ſeq.
165 Frumento abundantes illud vendere cogi poſſunt.
166 Precia rerum in quibus ſtatui poſſint.
167 Pena fraudantis annonam que ſit ⁊ quotuplex.
168 Lex iulia de reſiduis in quibus ⁊ contra quos locum habeat.
169 Pena legis iulie de reſiduis quando quis poſſit puniri.
170 Debitor priuati niſi condemnatus ⁊ excuſſus non põt carcerari.
171 Iudex denunciatum de crimine poteſt capere p ſe vel ſuos officiales non conſtito de delicto.
172 Legitimatio illegitime nati non valet niſi citatis citandis.
173 Preuaricationis crimen quod ſit.
174 Preuaricationis crimen quando committatur.
175 Preuaricatio quot modis committatur ⁊ quid operetur.
176 Calumnia eſt crimen publicum.
177 Pena calumniantis que ſit.
178 Calumniator quibus modis criminaliter puniatur.
179 Exceptio calumnie quando opponi debeat.
180 Calumniator non liberatur a pena per abolitionem.
181 Pena turpiani que ſit ⁊ in quibus ⁊ quando locum habeat.
182 Accuſator deſiſtẽs ab accuſatione quando incidat in turpilianũ.

PUblica iudicia. Hic titulus diuiditur i duas partes. Primo oſtendendo differentiam eſſe inter iudicia ciuilia priuata ⁊ publica declarando ethimologiaꝫ hu⁹ vocabuli publica. Scðo ibi: publicorum.ponit vnam diuiſionem publicoruꝫ
1 iudiciorum.⁊ iſtud principium hoc intendit.†Iudicia que ex pu
blicis iudicijs deſcendunt ab actionibus ciuilibus differunt. Et
publica iudicia ideo dicunt̃ qꝛ cuilibet de populo eoꝝ executio cõ
2 petit hoc dicit vſqꝫ ad.§. publicorum.† Differunt autem iudicia
ciuilia a criminalibus vt voluit hic gloſſ.reſpectu principij medij
⁊ finis reſpectu principij ſeu exordij differunt qꝛ pro ciuili iudicio
intentatur actio pro criminali vero non proponitur actio ſed ac
cuſatio quia criminales punitiones non fiunt per actiones ſed p
3 accuſationes:vt hic.⁊ per Barto.in.l.j. ff.de cõdictione ex.l.† Ex
quocunqꝫ tamen crimine ex quo agitur criminaliter poteſt etiam
agi ciuili actione in factum ad intereſſe ſi accuſatoris interſit.l.pe.
C.de fal.⁊.l.nec quicq̃.⁊ ibi gloſſ.ff.pro ſocio.⁊ per Bar.in.l.ſi iu
4 dex.de varijs ⁊ extraor.cogni.†Et econuerſo ſi agitur ciuiliter de
crimine iudex reperto crimine poteſt pcedere criminaliter.l. iiij.
§.ſi dicatur.ff.fini.regũ.⁊.l.quos retrahi.C.ſi aduerſus liber. ⁊ ibi
per bar. Reſpectu medij iudiciorum differunt quia in ciuilibus
aſtringitur ſolus actor ad probandum ⁊ eo non probante re⁹ ab
ſoluitur.C.de proba.l.actor.⁊.qui accuſare.C.de eden. Sed in cri
minali in pluribus caſibus qui caſus melius explicantur quã ali
bi.l.faciliter.C.de aboli.vterqꝫ probat ſcilicet accuſator pro crimi
ne intẽtato.⁊ reus probat ſuper eius purgatione.⁊ ſic in dictis ca
ſibus licet actor non plene probet non tamen abſoluitur reus ſed
tenetur ad purgationem infamie vt lege vbi.C.de falcidie ⁊ ibi
per Salycetum Reſpectu finis differunt: quia in ciuilibus peti
tur aliquid dari vel fieri actori: ſed in criminalibus dari fiſce.
5 vel fieri.†Cognoſcitur enim cauſa ciuilis a criminali in hoc quia
petitur quando eſt criminalis penam applicari fiſco quando eſt
pecuniaria vel in corpus delinquentis quando eſt corporalis tũc
dicitur cauſa criminalis.gloſſ.not.eſt in.l.iij.ff.de ſepul.vio. ⁊ per
6 bartolum in.l.fina.ff.de priua.delict. † Conueniũt autem iudicia
ciuilia ⁊ criminalia in multis vt dicit hic gloſſ.quia vtrobiqꝫ iura
tur de calumnia:vt not.in.l.j.C.de iura.calũ.quod intellige vt ibi
per Bartolum ⁊ dixi de pena temere litigan.in princi. item vtro
biqꝫ requiritur libellus.l.libelloruꝫ.C.de accuſ.⁊ aut. offeratur.C.
7 de litis conteſtatio.†Qualiter autem formetur libellus accuſato
rius in criminali ⁊ quid continere debeat eſt hic gloſſ.not.⁊ magi
ſtralis in veri.nſtituendis.⁊ plene gloſſ.eſt in.l.in cauſis.C. de ac
cu.que fundatur ſuper text.d.l.libellorum.ff.de accu.debet enim
continere accuſatio nomen accuſatoris ⁊ accuſati annum ⁊ men
ſem commiſſi maleficij . Sed ann⁹ mẽſis ⁊ dies porrecte accuſatio
nis ⁊ tempore cuius in terris eccleſie ⁊ tempore cuius in terris im
perij vel pape vel eccleſie ⁊ tempore cuius conſulis vel preſidis fue
rit porrecta accuſatio non ponitur in libello accuſatoris ſed ſcribi
tur per nomina maleficiorum in ſuis actis tamen diem vel horam
commiſſi maleficij non tenetur accuſator exprimere nec ſe ad illud
aſtringere ſi tamen reus pro ſua defenſione petit diem declarari
cogitur actor iudicis officio illum declarare.de quo dic per Bart.
in.l.is qui reus.ff.de publi.indi . Item debet accuſatio continere
locum commiſſi maleficij per duos confines ſaltim declaratum.l.
forma.C.de cenſibus.niſi locus de ſe eſſet certus ⁊ notorius vt pa
lacium poteſtatis:⁊ etiam cathedralis quia tunc confinium decla
ratione non indiget.l. cũ ſeruo. in fi.ff.de contrahen.emp. ⁊.l.j.in
fi.C.de dote prelegata. Sed nunquid locus loci debet poni in accu
ſatione: vt in tali domo:⁊ in tali camera illius domus.dic quod ſi
delictum eſt pariter punibile in quacunqꝫ parte loci a vel tempo
ris tunc non debet exprimi locus loci vel dies commiſſi malefi
cij.Secus ſi difformiter punitur vt quia in inſula magna palacij
vel die alicuius feſtiuitatis ſolennis grauius punitur delictuꝫ.Et
tunc locus loci ⁊ dies inferendus eſt ⁊ probandus.l.j.in fi.cũ ſeq.
ff.de neg.geſt.⁊ quod no gloſſa in cle.fi.de reſcrip.⁊ per barto in.d.
8 l.libellorum.†Item debet in accuſatiõe accuſator ſe inſcribere ad
penam talionis ſi in probatiõe defecerit.l.qui crimen.C.qui accu.
⁊.l.ſi cui.ff.de accu.⁊ eſt expreſſum.in.c.tue.de procura.quaſi preſu
matur calumniari accuſator eoipſo quod nõ probat in.l.athletas
§.calumniator.ff.de infa.niſi appareat iuſta cauſa eum excuſans
quare ad accuſationem proſilierit.l.qui non probaſſe.C.de calum.
hec tamen ſubſcriptio non eſt in vſu.vt dicit Barto. in.l.ſi cui.et

Salyce.in.d.l.crimē.ſed per ſtatuta terrarum conſueuit imponi
pena pecuniaria non probanti accuſationem ſuam.Et licet accu-
ſator ſe non inſcribat tamen ex legis diſpoſitione obligatur ad pe
nam talionis.vt tenet glo.in.d.l.libellorum.⁊.d.l.qui crimen.⁊.c.
ſuper his.de ac.itē debet accuſator dare fideiuſſorem de proſequē-
da accuſatione:vt.d.l.qui crimen.ſicut debet actor in ciuili cauſa
cauere de lite proſequenda.vt aut.generaliter.C.de epiſ.et cle.vel
ſi crimen de quo fit accuſatio ſit atrox detinetur perſonaliter ſicut
accuſatus donec de crimine cognitum fuerit habita tamen conſi-
9 deratione dignitatis perſonarum.l.fi.C.de accuſ.†Item nūquid
in omni crimine de quo fit accuſatio debeat fieri inſcriptio.dic q̄d
ſic tam publico quam priuato quando principaliter agitur pro
crimine criminaliter vt dicit glo.Fallit ſolum in crimine abigea-
tus.⁊ vbi iudex procedit per inquiſitionē quibus caſibus non re-
quiritur inſcriptio.vt tenet glo.ij.in fi.in.d.l.qui crimen.⁊ ita in-
tellige hic glo.dum dicit q̄d hec ſolennitas non requiritur vbi iu-
dex procedit per inquiſitionem quibus q̄r intelligitur de ſolenni-
tate inſcriptionis ⁊ fideiuſſionis ⁊ proſequendo.Sed alie ſolēni-
tates bene requiruntur in inquiſitione ſicut in accuſatione ſcd̄m
Ange.in.d.l.libellorum.⁊ Barto.in.d.l.ij.§.ſi publico.ff.de adul.
vel niſi ſit crimen leue vel notorium vt dicit hic glo.in quo proce-
10 di poteſt de plano ſine iſtis ſolennibus:vt.l.leuia.ff.de accuſ.†In
quibus autem caſibus poſſit procedi per inquiſitionem ſine au-
toritate glo.hic enumerat.eſt enim regula q̄d ſine accuſatore nemo
puniri debet.§.ſi quis accuſatorem.in.l.reſcripto.ff.de mune.et
hono.⁊.c.j.vt eccleſia.bene.ideo dixit Jeſus ſaluator noſter quis
te accuſat mulier.que reſpondet nemo domine ⁊ ille dixit nec ego
te condemnabo.Jo.viij.c.⁊ no.in.d.§.ſi quis accuſator.hec autem
regula fallit in ſex caſibus.Primus eſt in crimine lenocinij obie-
cto ab vxore accuſata a viro de adulterio de quo lenocinio iudex
inquiret ⁊ ex officio puniet virum repertum culpabilem.l.j.§.ſi
publico.ff.de adulte.⁊ ibi no.Et ſimiliter quādo obijcitur aliud
crimen concernens cauſam de qua agitur ⁊ eaſdem perſonas po-
teſt iudex illud punire.vt in.c.j.de excep.⁊ per Barto.et Ange.in
dicto.§.ſi publico.Secundus eſt in teſte oſtendente aures iudicis
deponendo falſum teſtimonium coram iudice quem teſtem iudex
punit ex officio.l.nullum.C.de teſtibus.etiam ſi ſit clarus.vt ibi
nota.gloſſ.de quo ibi vide per Salycetum.Tertius eſt in produ-
cente coram iudice ſcripturam falſam qui non probet eam veram
punitur de falſo per officium iudicis.l.iubemus.C.de probationi
bus.Quartus eſt in cauſa ſuſpecti tutoris de qua ſuſpicione po-
teſt iudex fauore pupilli ex officio inquirere:⁊ tutorem ſuſpectum
remouere et punire.in lege tutor.§.preterea.ff.de ſuſpec.tutori.
Quintus eſt in calumniante ſi iudex reperiat accuſatorem calum-
nioſam accuſationem inſtituiſſe poteſt ex officio in eadem ſenten-
tia reum abſoluere ⁊ accuſatorem de calumnia condemnare.lege
prima.ff.de calum.⁊.c.primo ⁊ ſecundo.extra de calumnia.⁊ lege
qui cum maior ſi libertus.ff.de oper.liber.¶ Sextus eſt in noto-
rio crimine in quo poteſt iudex procedere ſine accuſatore.l.ea qui-
dem.C.de accuſationi.⁊ omiſſo ordine iudiciario preter citatio-
nem.Ea propter dominus noſter iudam qui publice nouercam
loco vxoris habebat a numero decem apoſtolorum abijciendum
decreuit.ij.queſtione prima.de manifeſto.⁊ talis notorius crimi-
noſus non auditur appellans.hec omnia vide plene per Innocē.
in.c.tua nos.de coha.cle.⁊ mulie.Et poteſt fieri executio in noto-
rijs criminibus ſine alia ſecundum Bartolum in.l.ictus fuſtium
ff.de infami.Et quotuplex ſit notorium dic per gloſſ.in.c.veſtra.
de coha.cleri.⁊ mulie.et dicto capitulo de manifeſto.ij.queſtione
prima.⁊ in Specula.de notorio criminibus et plene per Salyce.
in dicta lege ea quidem.Et differentia inter notorium ⁊ manife-
ſtum vide gloſſ.et Bartolum in.l.ciues et incole.C.de appellatio.
⁊ in.c.ſupra allegato.plures alios caſus in quibus ꝓceditur per
inquiſitionem vide in Specu.de inquiſitione.§.quando autem.
11 †Barto.autem in dicta.§.ſi publico.dicit quod iſti caſus faciunt
regulam dicentem quod vbi quis admittitur ad accuſandum ſi-
ne metu preſumpte calumnie ⁊ in caſibus infraſcriptis ibi admit
titur iudex ad inquirendum ⁊ primo ad denunciationem officia
lis deputati ad denunciandum maleficia poteſt iudex inquirere.
l.diuus.ff.de cuſto.reorum.⁊ dicta.l.ea quidem.C.de accu.ſecun-
do propter incidentem criminis cognitionem dicto.§.ſi publico.
⁊.§.penultimo.C.ſi aduerſus lega.et lege cum maior.§.ſi libertus
ff.de operis libertorum.Tertio propter generalem inquiſitio-
nem precedentem contra eum qui reperitur criminoſus poteſt
iudex formare ſpecialem inquiſitionem.lege congruit.ff.de officio
preſidis.Eſt enim generalis precedens inquiſitio preparatoria
ad ſpecialem inquiſitionem poſtea ſubſequētem.de quo vide ple-
ne per Innocen.in.c.bone memorie.de electio.Quarto propter
doloris immenſitatē illati iudici in faciēdo coram eo falſum teſti-
monium.dicta.l.nullum.C.de teſtibus.vel calumnioſam accuſa.
l.j.C.de calumnia.vel falſam chartam coram eo producentem.lege
pe.C.de accu.Et idem videmus in accuſatiōe vbi propter magnū
dolorem permittitur alicui accuſare ſine metu preſumpte calum-
nie vt marito vxorem de adulterio:vt.d.§.publico.⁊ matrem ac-
cuſantem de morte filij.lege mater.C.ad turpil.Quinto ꝓpter cri-
minis inhumanitatē:vt contra diuinam vel ceſaream maieſtatē.
vt in.c.vt inquiſitionis.de hereti.lib.vj.⁊.l.ſi quis in hoc genus.
C.de epiſ.⁊ cle.⁊ in extrauagenti ad reprimendam.⁊ ibi per Bar.
Sexto propter criminis notorietatem:vt dicta lege ea quidem.C.
de accu.⁊.l.ab accuſatore.§.nunciatores.ff.ad turpi.primā tamen
opinionem noſtrarum gloſſ.ſcilicet quod inquiſitio reglr̄ eſt pro-
hibita niſi in caſibus in iure expreſſis.tenent Dyn.⁊ Ange.de pe-
ru.⁊ Saly.⁊ communiter doc.Statuta autem terrarum cōmuni-
ter prouident quod iudex poſſit inquirere de omni crimine.Cete-
ra ad materiam criminis pertinentia vide per Bart.in.d.§.ſi pu
blico.⁊ per Saly.in.d.l.ea quidem.⁊ in Spec.de inquiſitione.per
totum titulum.⁊ pleniſſime per Ang.in dicta lege vacantia.C.de
bonis vacan.libro.x.Cui adde quod licet de iure ciuili non pro-
cedatur per inquiſitionem:niſi in caſibus:tamen de iure canoni-
co pōt reglr̄ procedi de quolibet crimine:duntamen procedat dif-
famatio aliter non in.c.cū oporteat.⁊.c.vt inquiſitionis.⁊.c.qua-
liter ⁊ quando.ſecundo.de accuſa.Super qua diffamatione ſum-
matim debet cognoſci ⁊ ſuper ea diſputari ⁊ dari copia parti vt
ſe defendere poſſit forte probando quod talis diffamatio proceſſiſ
ſet ab inimicis ⁊ maliuolis:⁊ non a fide dignis ⁊ veridicis homi-
nibus ⁊ perſonis prout ſemel ⁊ pluries precedere debet:vt.c.qua-
liter ⁊ quando.de iure autem ciuili in caſibus ⁊ regulis.ſ.relatis
per Barto.non oportet precedere diffamationem predictam:nec
per inquiſitionem peti eius copiam:nec etiam in caſu quo iudex
inquirit ex neceſſitate ſui officij:vel vbi vertitur periculū anima-
rum:vt in.c.ad noſtram.extra de iureiu.⁊.c.cum nobis olim.ſup
ver.ex officio de elec.vel etiam vbi procedit iudex ex mero ⁊ puro
officio eius ⁊ non ad promotionem alicuius.per capitulū primū
de offi.or.quod tenuit Joan.an.in dicto.c.qualiter.⁊ quando in
fin.magne gloſſ.dicit tamen ibi quod ſi appellaret inquiſitus co-
geretur inquirens probare infamiam coram ſuperiore.Et demū
concludit quod tutior eſt practica qua iudex prima querat de infa
mia:deinde procedat ad inquiſitionem veritatis ſuper crimine:
vt dicto.c.cum oporteat.⁊.d.c.qualiter ⁊ quando.Quanto autem
tempore preſcribatur officium iudicis ad inquirēdum vbi per ſta
tutū nō prouidetur.dic quod triginta annis licet accuſationi cri-
minaliter intentande triginta vt eſt glo.or.in.l.querela.C.de fal.
12 †Item quero quanto tempore duret inſtantia iudicis inquiren-
tis an finiatur biennio ſicut ceterarum accuſationum criminaliū
vt lege fina.C.vt infra certum tempus.ſaly.ibi tenet quod ſic.ſed
Cyn.in additionibus tenet oppoſitum.Quia ſicut in cauſa fiſca-
li non currit inſtantia triennalis lege properandum.in prin.§.de
iudi.ita nec curie ſuccedente in locum fiſci ⁊ ad eius vtilitatem in
quirenti:vt lege ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.⁊.l.j.ff.ſi
13 ager vectiga.†Item an ſuperueniente accuſatore ſileat inquiſitio
fuit magna dubitatio ⁊ variatio inter doctores.Cyn.in dicta le-
ge ea quidem.de accuſa.tenet quod non.Dyn.tamen tenet contra
riū in capitulo actus legitimi.de reg.iu.lib.vj.Barto.in.l.ſi mari
tus.§.ſi extraneus.ff.de adulterijs.ſaly.in dicta lege ſi ea.⁊ Ange.
de peru.in.d.l.ſi vacantia.C.de bonis vacan.lib.x.videntur incli-
nare cum Dyn.quod accuſatio que eſt auxilium ordinarium tol-
lat inquiſitionem ope exceptionis que eſt extraordinarium auxi-
lium.⁊ hoc niſi ipſe accuſator fuerit promotor inquiſitionis vel ne
gligens.vel inquiſitio ſi ſuper contenta dignitate inquirentis
vel timeatur de colluſione accuſare volentis.de quo vide per pre-
14 fatos doctores in locis preallegatis.¶†Itē nota tex.ibi:publica
autem dicta ſunt.quod publica iudicia dicta ſunt:ideo quia eorū
accuſatio cōpetit cuilibet de populo niſi in crimine ſuppoſiti par-
tus ⁊ adulterij.vt hic in glo.in ver.plerunq̨.Sed in priuatis deli-
ctis admittitur ad accuſandum ſolum cuius intereſt.l.manifeſtiſ
ſimi.in prin.C.de fur.⁊ not.gloſſ.in.l.fi.ff.de priua.delic.quod in-
tellige quādo pena debet accuſatori vel in corpus:ſed ſi pena debe
tur fiſco tunc quamuis ſit crimen priuatum admittitur quilibet ſi
cut quando eſt publicum:vt not.gloſſ.⁊ ibi bar.in rub.de popula
ri.actio.⁊ gloſſ.in ver.recipiat.in fin.C.de litigi.⁊ intellige quod
accuſatio publici criminis competit cuilibet ſcilicet habili ad ac-
cuſandum.⁊ ideo dicuntur iudicia publica quaſi publicia.Nam
omnia crimina regulariter intelligūtur priuata niſi aliqua caueā
tur eſſe publica:ſicut regulariter omnes contractus ſunt ſtricti iu-
ris niſi appareant eſſe bone fidei:vt.ſ.de act.§.actionum.Qui igi
tur dicit crimen eſſe publicū illud probet lege prima.ff.de publi.
15 iudi.⁊.l.preuaricationis.in fin.ff.de preuari.†Attende tamen q̄
crimem publicum dicitur tribus modis.Primo largiſſime quan
do concernit vindictam ſeu vtilitatem publicam.l.quod ſenatus.
ff.de iniurijs.Secundo modo dicitur iudicium publicum large:
ſcilicet quia admittitur quilibet de populo ad accuſandum:vt in

crimine ſuſpecti tutoris: vt. ſ. de ſuſpec. tut. §. cōſequens: ⁊ vbicūqꝫ
iudicium non concernit principaliter offenſam certe perſone: ſed
punit malos mores ciuitatis vt cum imponitur pena iuranti per
corpus chriſti vel aliud inhoneſtum facienti: vt dicta lege quod ſe-
natus. coniuncta glo. ſua in ver. queſtio. Tertio modo ſumitur iu-
dicium publicum ſtricte ſcilicet de eo pro quo cauetur aliqua lege
quod ſit iudicium publicum ſeu priuatum publicorum iudiciorū.
Vnde etiam crimina que puniuntur aliqua lege poſita ſub aliqua
rubrica que incipiat ad legem vt lege cornelia. de ſicariis. ad le-
gem corneliam. de falſis. Et ſimiliter dicuntur publica iudicia ſe-
cundum Angelū de Peruſio in dicta lege prima. digeſtis de pu-
blicis iudiciis. Et iſto tertio modo dicūtur proprie iudicia publi-
ca de quibus tractatur digeſtis de publicis iudiciis. per totū. Et
iſta ſunt illa publica iudicia quibus condemnatus infamia iuris
infamatur: vt dixi ſupra de pena temere litigātiū. paragrapho ex
quibuſdam. ⁊ ad iſta publica iudicia proprie ſumpta non poteſt
regulariter interuenire procurator. lege penul. paragrapho ad cri
men. digeſtis. de publicis iudiciis. Ex predictis igit̄ patet qḋ hec
conſequentia nō cōcludit neceſſario: videlꝫ quilibet poteſt accuſa-
re: igitur eſt iudicium publicum ſecūdum Bartolum in dicta lege
prima. digeſtis de publicis iudiciis. Nam in priuato crimine pro
pena applicāda fiſco admittitur quilibet de populo romano. glo.
ſing. eſt. ff. de popu. actio. in rub. ad finem. Et ſimiliter ſtatutū po-
teſt aliquid permiſſuꝫ de iure communi prohibere ſub pena: ⁊ ſta
tuere quod quilibet poſſet accuſare: non tamen erit iudicium pu-
blicum: vt vult gloſſa notabilis in lege ſecunda. digeſtis de accuſa-
tionibus. niſi in ipſo ſtatuto hic diſponatur quod ſit iudicium pu
16 blicum per dictam legem in fine: ff. de preuaricationibus. † poteſt
igitur crimen de quo quilibet poteſt accuſare dici publicum reſpe
ctu accuſatiōis cuilibet appropriate ⁊ attributė. ſed nō eſt publi cū
reſpectu effectuū inductorū legibꝰ publicoꝝ iudiciorū. ſ. vt dānatꝰ
ſit infamis: ⁊ vt procurator nō poſſit iteruenire. ſcḋm in dicta lege
prima. in fine. digeſtis de publicis iudiciis. plura autem iudicia de
quibus dubitatur an ſint publica vide per gloſſam ⁊ Bartolum
dicta lege prima. ff. eod. Quid autem ſi pena criminis publici alte
ratur per ſtatutum: an deſinat eſſe publicum vt damnatus non
ſit infamis: ⁊ poſſit interuenire procurator. dic per Barto. in di-
cta lege prima. in penultima queſtione.

17 **Publicorum iudiciorum.** ¶ † Ex publi-
cis iudiciis q̄-
dam ſunt capitalia ſcilicet que inferunt mortem naturalem vel ci-
uilem. alia vero non capitalia vocantur. hoc dicit vſqꝫ ad. §. publi
ca. Et concor. l. ii. de publi. iudi. ⁊ lege rei capitalis. ⁊. l. capitaliū.
ff. de penis. ⁊. l. ſꝫ ⁊ ſi quis capitalis. ff. ſi quis cau. ⁊. l. edicto. §. rei.
ff. de bo. poſ. Equiparantur igitur quo ad hoc mors ciuilis ⁊ na-
turalis. de quo per Bar. l. gallus. §. ⁊ quid ſi tm̄. ff. de lib. ⁊ poſth: ⁊
18 per Cyn. ⁊ ſaly. in. l. deo nobis. C. de epiſ. ⁊ cle. ¶ † Not. igitur qḋ
iudicia publica diuiduntur in duas ſpecies ſcilicet capitalia ⁊ nō
capitalia. Capitalia ſunt per que infertur mors naturalis. vt ca-
pitis amputatio: ſubmerſio: ſuſpenſio: concrematio aut alterius
vltimi ſupplicii condemnatio ⁊ impoſitio. l. capitalium. in prin.
ff. de penis. vel infertur mors ciuilis vt eſt interdictio ignis ⁊ aq̄:
cuius loco hodie ſuccedit deportatio. l. iii. ff. ad le. iul. pecu. vt eſt ī
metallum damnatio: vel beſtiis ſubiectio. l. qui vltimo. ff. de pen.
19 † Et eſt differētia inter deportatū ⁊ in metallū dānatū: quia dāna-
tus in metallum perdit que ſunt iuris ciuilis ⁊ gentium vt liber-
tatem ciuitatem ⁊ familiam. l. aut damnum. §. eſt pena. ff. de pen.
Sed deportatus ea que ſunt iuris ciuilis perdit ⁊ retinet eā que
ſunt iuris gentium. perdit igitur ciuitatem ⁊ familiam ⁊ patriam
poteſtatem teſtamenti factionem que eſt de iure ciuili: vt. ſ. de te-
ſtamen. §. primo. de quo in lege quedam ſunt. ⁊ ibi not. ff. de penis.
non autem perdit libertatem. lege ſed ſi alia. ff. de bon. dāna. neqꝫ
contractuum ineundorum facultatem: vt not. in dicta lege q̄dam.
⁊ lege ſi tibi mandauero. §. is cuius. ff. man. quia contractus ſunt
de iure gentium. lege ex hoc iure. ff. de iuſti. ⁊ iur. A quibus autem
iudicibus poſſit imponi pena deportationis. ⁊ que differētia ſit
inter deportatum ⁊ relegatum ⁊ quotuplex ſit pena metallorum.
not. per gloſſ. ſ. qui. mo. ius pa. poteſtatis ſoluitur. §. cum autem.
20 ⁊. §. relegati. ⁊. §. pene. † Publica autēꝫ iudicia nō capitalia ſunt
illa per que non infertur mors naturalis vel ciuilis: ſed infertur
infamia: vt hic id eſt diminutio eſtimationis: vt. l. cognitionum.
§. eſtimatio. ff. de variis ⁊ extraordina. cogni. vel infertur pena pe-
cuniaria vel modica coertio in corpus: vt fuſtigatio. dicta lege ſecū
21 da. in fin. ff. de publi. iudi. † licet large ⁊ improprie ſumendo dici-
tur etiam pena capitalis qualitercunqꝫ eſtimatio hominis leda-
tur: vt lege licet capitalis. ff. de verb. ſign. de quibus penis capita-
libus ⁊ non capitalibus vide plene per Innocentium in capitulo
qualiter ⁊ quando. ſecundo. de accuſatio. ⁊ per Ange. lege ſecun-
da. ff. de publicis. in. patet igitur ex predictis quod pena capitalis
a non capitali dignoſcitur ad impoſitiōe generis pene: quia ſi ex
genere pene perditur vita libertas ⁊ ciuitas eſt capitalis: ideo ſi
infertur pena alternatiue vel ſub conditione cuius vna pars eſt
capitalis alia non: vt cum quis condemnatur in centum ⁊ ſi non
ſoluerit infra decē dies puniatur in capite: quia pecunia non ſo-
luta remanet caput in obligatione cōdemnationis. lege prima. ff.
de penu legata. ⁊ lege prima. §. item ſi ita. ff. ad legem fal. Idem ſi
condemnatur quis ad perpetuum carcerem: licet enim quis de iu-
re ciuili non debeat condemnari ad perpetuum carcerē quia car-
cer inuentus eſt ad cuſtodiam non ad penam. lege aut damnum
quod ſolet. ff. de penis. licet ſecus ſit de iure canonico. cap. quam-
uis. de peñ. libro ſexto. tamen ſi damnetur tenet ſententia: vt tenet
hic gloſſ. in dicta lege incredibile. quia damnatus ad perpetuum
carcerem equiparatur deportato in metallum. ſecundum Inno-
cen. in dicto capitulo qualiter ⁊ quando. Secus autem ſi ſit pena
excommunicationis que non eſt perpetua ſed medicinalis: vt in
capitulo cum medicinalis de ſenten. excommuni. libro ſexto. licet
gloſſ. dicat quod excommunicatus equiparatur deportato cui eſt
interdictum aqua ⁊ igni: vt ſupra de capi. dimi. §. minor. Idem
eſt ſi pena abſciſſionis membri vel cum ex forma ſtatuti condem-
natus ad centum libras citra poteſt impune offendi. Nam iſte
non ſunt proprie pene capitales; de quibus hic loquitur ⁊ de qui-
bus loquitur Bartolꝰ in dicta lege prima. ff. de publicis iudiciis.
22 † Sed quero: ſtatutum dicit quod committens maleficium pu-
niatur pena capitis: vel pena capitali puniatur: an amputabitur
⁊ ſeparabitur delinquenti caput a corpore vt naturaliter moria-
tur. Baldus dicit quod non. Et idem Joānes andreas in capitu
lo quanto. de iureiur. quia cum pena capitalis ſit triplex ſcilicet
eſtimationis corporis damnationis in metallū ⁊ deportationis:
vt dicit gloſ. ſecunda. C. de tranſac. lege tranſigere. ⁊ lege capita-
lium. ff. de pe. In dubio debet interpretari de minori pena capita
li ⁊ ſic deportationis. ff. de penis. lege interpretatione. ⁊ in regulis
iuris. libro ſexto. de penis. Et quod intelligatur capitis ⁊ depor-
tationis vide textū cum gloſſa in lege finali. C. que res vendi non
poſſunt. C. de veteri nummiſmate. libro vndecimo. Sed contra-
rium videtur quod de morte naturali intelligitur. lege ſacrilegii.
§. quedam. ff. de extraordina. crimini. ⁊ lege vbi. in fi. cūꝫ ſua glo.
C. de falſis. Pro quo facit lex ſecunda. C. de falſa mone. facit etiam
communis vſus loquendi preualet. de communi vſu loquendi
intelligendi ⁊ interpretandi dic plene per Bartolū in lege labeo.
ff. de ſuppellec. legata. Si autem lex vel ſtatutum vtitur his ver-
bis videlicet capitali animaduerſione: bene intelligitur de morte
naturali: vt infra eodem. §. lex iulia peculatus. ⁊. C. de crimine pe
culatus lege prima. ibi glo. aliter exponit: vt infra. §. proximo. ibi
cauſe amiſſione.

**Publica autem.** ¶ Hic incipit in ſpecie declara-
re que ſunt publica iudicia vſqꝫ
ad finem tituli. Quia viſo que ſunt publica crimina remanet re-
gula quod cetera ſunt priuata: vt hic ⁊ lege ſecunda. ff. de publi-
cis iudiciis. ⁊ dixi ſupra in prin. Et iſta ſunt quaſi omnia iudicia
publica capitalia de quibus hic tractat vſqꝫ ad finem exceptis
quibuſdam vt infra patebit. Et primo tractat de lege iulia maie-
23 ſtatis in hoc. §. qui hoc intendit. † Committens proditionem con
tra imperatorem vel rem publicam romanorum punitur corpo-
ris examinatione: ⁊ eius memoria etiam poſt mortem damna-
tur. hoc dicit vſqꝫ ad paragraphum item lex iulia. de adulteriis.
Vocat̄ autem hoc maleficium crimen leſe maieſtatis: vt. ff. ⁊. C. ad
legē iuliā maiſtatis. Itē vocat̄ crimen perduellionis ſupra de he
reditabꝰ que ab inteſta. deferuntur. paragrapho interdum autem:
⁊ lege finali. digeſtis ad legē iuliam maieſtatis. Et committitur
hoc crimem multis modis ſicut multa ſunt capita legis iulie ma
ieſtatis. de qbꝰ ī lege prima ſecūda tertia ⁊ quarta. digeſtis ad le-
24 gem iuliam maieſtatis. † Nam committit crimen leſe maieſtatis
ille qui machinatur contra principem vel ſuos conſiliarios vel ſi-
bi aſtantes qui dicuntur pars corporis principis. lege quiſquis.
codice ad legem iuliam maieſtatis. vel contra populum roma-
num vel cōtra ſecuritatē vel ſaluū cōductū datū a populo romano
vel ꝯ ciuitatē cōfederatā populo romano: vel q̄ facit aufugere obſi-
des ſine ſententia principis: vel congregat homines armatos ad
capiendum aliqua loca vrbis romane: vel ſeditionem facit in po-
pulo vel ordinat interficere officialem populi romani: vel qui dat
auxilium aliquod hoſtibus populi romani mittendo ad eos epi-
ſtolam vel nuncium. vel qui ſpōte ⁊ ſine cauſa retinet cauſaꝫ poſt
finitum officium ſuum vel poſt aduentum ſucceſſoris. vel q̄ deſinit
exercitiū populi romani ⁊ ad hoſtes confugit. vel qui falſuꝫ aſcri
pſit vel recitauit contra rem publicā. vel qui retinet aliquā arcem
in cōfinibꝰ territorii contra quietem publicam: vel arcē traditā ad
cuſtodiēdū nō reſtituit pricipi petēti vel q̄ doloſe gerit ſe pro ptā-
te vel magiſtratu cū non ſit: vel qui notificat aliqḋ hoſtibꝰ ꝯ exerci
tum populi

tum populi romani:vel tractat vt obedientes populo romano ſe
rebellent.Item qui reum in iudicio de crimine confeſſum violen⸗
ter infert de fortalitia ⁊ poteſtate rectorum:hi omnes caſus ⁊ plu
res alij habentur in dicta.l.j.ij.iij.et.iiij.ff.eodem.Et etiã ſimiliter
qui ante tempus pronunciauit ſibi adminiſtrationem commiſ⸗
ſam deſerit:in auẗ.de adminiſtra.C.ſi quis autem.coll.vij. in qui⸗
bus omnibus caſibus dicitur committi crimen leſe maieſtatis la⸗
te ⁊ improprie ſumendo:⁊ in omnibus eſt pena capitis:⁊ publica
25 tio bonorum.ff.eo.l.ij.⁊ dicta lege quiſquis.C.eo.que eſt canoniza
ta.vj.q.j.§.verum.verſi.ſi qs cũ militib⁹.†Sed proprie ⁊ ſtricte ſu⸗
mendo crimen leſe maieſtatis habet locum quando committitur
contra principem vel circa latus eius ſtantes vel cõtra rem publi
cam romanorum:nam proprie maieſtas eſt in imperatore: vt ſu⸗
pra in proemio huius libri.in princi.⁊.l.fina.C.de legi.⁊ tunc dici
tur crimen perduellionis.ſ.contra ceſarem:vel rem publicam non
extinguitur crimen quin bona publicentur ⁊ memoria damneẗ.
Secus autem eſt in accuſato ex alijs capitulis legis iulie maieſta
tis:vt.d.l.fina.ff.eo. quia tunc ſicut eſt in alijs criminibus regula
riter morte extinguitur crimen:niſi in caſibus.l.ex iudi.ff.de accu.
Item in crimine perduellionis filij ſunt omnino capaces ex teſta
mentis extraneorum.d.l.quiſquis.ſed in alijs capitulis leſe maie
ſtatis non.l.eorum.ff.eo.⁊ not.glo.fina.ff.de bon.liber.formaz aũt
ſententie quando memoria defuncti condemnatur ⁊ bona publi
cantur:vide per glo.in.§. per cõtrariũ.ſupra de here. q̃ ab inteſta.
26 deſe.†Quid autem ſi quis cõmiſit proditionẽ contra vnuz ex iſtis
tyrannis italie qui hodie regnant nunquid habet locum perduel
lionis pena:dic aut non recognoſcit ſuperiorez: ⁊ tunc habet locũ
⁊ de eo vt de principe iudicandũ eſt ar.eorũ que notanẗ per Bar.
l.filios.et.l.hoſtes.ff.de capti. Aut recognoſcit ſuperiorem: quia
eſt vicarius imperij:tunc licet crimen leſe maieſtatis habeat locũ:
vt.d.l.j.§.cuiuſve opera.ff.eo.non tamen pena incapacitatis exten
ditur ad filios.d.l.eorum.ſm Salyce.in.d.l.quiſquis.Item quid
de filijs committentibus hoc crimen tam in poteſtate quã emanci
patis:⁊ tam natis quam naſcituris:⁊ tam legitimis quã natura
libus tantũ:⁊ tam maſculis quaz feminis ⁊ etiam de vxore ipſius
delinquentis:vide plene per Saly.⁊ Cy.in.d.l. quiſquis. ⁊ ſtatim
dicam concluſiue.Si quis dicatur rebellare ⁊ machinari contra
principem ⁊ eius officiales ⁊ quid ſi rebellat contra aliũ dominũ
temporalẽ ⁊ contra propriã ciuitatẽ ⁊ contra rectores eccleſie:vide
per Bar.in extrauaganti ad reprimendam.qui ſunt rebelles inci
pit:quoniam in ver.occulte.⁊ in ver.machinaẗ.⁊ etiã ver.rebellan
27 do.†De filijs aũt in poteſtate patris conſtitutis committẽtes cri
men leſe maieſtatis proprie ſumpto vocabulo: dic quod omnino
ſunt incapaces ⁊ ex teſtamento propinquorum ⁊ etiam extraneo
rum:quia cum vitium paternũ metuatur radicari in eos ⁊ ſic mo
ri debet principali clementia eis indulgetur vt tamen ad nullos
honores vel dignitates vnq̃ venire poſſint ſed ſemper egeſtate ſor
deſcant vt mors ſit ſibi ſolatiũ ⁊ vita ſupplicium: vt dicit text.d.l.
quiſquis:⁊ ſic eſt ibi ſpeciale quod delictuz patris nocet filio:licet
regulariter contra.l.ſancimus. C.de pe. Circa quod dic quod in
pena eterna filius non portabit delictum vel iniquitatem patris:
ſed in corporali ſepe portat.Et idem in ſpirituali quantum ad pe
nam interdicti ⁊ oblationis ⁊ promotionis:ſed non quantuz ad
excõicationẽ:ita cõcludit gloſſ.j.q.iiij.in prin.xxiiij.q.iij.in princi.
Item.d.l.quiſquis.non ſolũ habet locũ in filijs naturalib⁹ ⁊ legi⸗
timis:ſed etiã in naturalibus tm̃ qui originẽ trahunt a ſanguine
improbato.l.quod ſi nolit.§.mancipiuz.ff.de edil.edic.⁊.lvj.diſt.
c.ſi gens.Item habet locum in filijs natis ante ratum ⁊ poſt:vt te
net glo.in.d.§.verum.verſi.ſi quis cum militibus.vj.q.j.Item ha
bet locũ etiam in nepotibus ⁊ ceteris liberis:per quandam extra
uagantem factaz a Federico imperatore poſtq̃ reconciliatus fuit
cũ eccleſia:ſm Cy.⁊ Saly.d.l.quiſquis.licet Bar.videatur innue
re contrariũ.in.l.patri.ff.de adulte.Pro quo vide Ioan.an.in.c.
ſtatutum.de hereticis.lib.vj.vbi etiam vide qualiter puniunẗ filij
ex delicto patris:vt ibi patet in emancipatis etiã in filijs emanci
patis ante reatũ cogitatũ nõ hz locũ.d.l.quiſquis.dũmodo talis
emancipatio fraudulenter facta non fuerit.vt.d.lege quiſquis.§.
emancipato.Filia vero femina excluditur ab omnibus bonis pa⸗
ternis:ſed in maternis habet locum in legitima que in locum ali⸗
mentorum ſuccedit.d.l.quiſquis.§.ad filias.non autem excludi⸗
tur a ſucceſſione aliorum coniunctoꝝ ⁊ extraneorum ſicut excludi⸗
tur maſculus:qꝛ minus periculum eſſe crediẗ:vt ibi tenet Salyce.
28 †vxor vero delinquentis dotem recuperat ⁊ donationem ante nu
ptias factam retinet quam filijs reſtituẽdam reſtituet fiſco:vt ea.l.
§.vxores.Et in hoc crimine pariter puniuntur ſatellites ⁊ mini⸗
ſtri ſicut principales delinquentes ⁊ parcitur conſpirationez iam
coitam reuelanti ⁊ in exordio reuelans premiatur: vt ibi patet in
29 fine.¶†Et not.quod in hoc crimine eſt omnium par cõdictio: qꝛ
quilibet admittitur ad accuſandum.ſ.mulier ſeruus dominum ⁊
infames.vt.l.famoſi.cuz.l.ſeq.ff.eo.⁊ ſocius criminis.d.l.quiſquis
in fi.non tamen inimicus capitalis: vt tenet Specu.in ti.de accu
ſa.§.j.in fi.per.c.tuas.de ſimo.quod crimen ſimonie equiparatur
huic crimini leſe maieſtatis vt not.gloſſ.l.j.C.eo.⁊ in.c.licet heli.
in fi.de ſimo.Item filius admittitur ad accuſandum patrem.vt
not.glo.l.hi tamen.§.liberi.Nam pro dicto crimine proſequẽdo
licitum eſt filio occidere patrem.vt in text. ſingulari.l.minime.ff.
de relig.ſecũdum Angel.d.l.famoſi.ff.eo. ⁊ in hoc crimine ex ſola
ſcientia quis tenetur ſi non reuelauit.d.l.quiſquis.in fi.in ver.con
ſcijs.⁊ per Bartolum.l.pomponius.licet alias ex ſola ſciẽtia quis
non teneatur.l.culpa caret.de regulis iuris.hoc tamẽ limitat bal.
in quodam conſilio quod incipit.quãquam allegata ſint multa ⁊
pulchra eſſe verum ſi talis ſcientia eſſet probabilis per.l.qui accu
30 ſare.C.de edem.†Ad quid enim tenetur quis reuelare quod pro
bare non poteſt. certe nemo tenetur ſe ſubijcere tormentis : quia
hoc caſu delatori infligũtur.l.iij.C.ad.l.iul. maie. nec ſcholari car
cerum.C.de accu.l.fi.Nulla enim culpa in diſcrimine vite ſe pone
re.vt voluit gloſſ.in.l.neminem.C.ex quibus cauſis infa. Qui igi
tur ſolũ audiuit ⁊ nõ reuelauit quia probare non poterat immu
nis eſt a delicto.per text.in.l.noſtrorum.in fi.C.de calũ. Et ex hoc
infert Bal.quod acceſſores euntes poſt Barto.in.d.l.vtrum ⁊ oc⸗
cidentes homines propter ſolum non reuelare ſecretum non pro⸗
babiles omnes ſunt homicide:quia viſus videt velit aut nolit.au
ris audit velit aut nolit:qꝛ ſenſus corporis ⁊ primi mot⁹ nõ ſunt
in poteſtate noſtra.vt notat gloſſ.l.j.§.ius naturale.ff.de iuſti.⁊
iur.⁊ ver.coniugatio.et propter hoc deplorat ipſe bal.in dicto cõ⸗
ſil.memoriam fideliſſimi militis florẽtini domini donati qui pro
pter hanc cauſam miſerabiliter cum aliquibus ſequacibus ſuis
31 fuit decapitatus.¶†Sed quero an ſeditiones ⁊ conſpirationes
que fiunt tota die in ciuitatib⁹ in quibus ſunt partialitates per
quas conſpirationes vna pars conſpirat aduerſus aliam depo⸗
nendam ⁊ ad ſtatutum aſſumendum cadant in crimen leſe maie:
ſtatis ⁊ perduellionis. vt ſic bona publicentur:memoria damne⸗
tur ⁊ alie pene.d.l.quiſquis.vendicent ſibi locum.gloſſ.voluit qꝺ
ſic.in.l.fallaciter.C.de aboli.in ver.perdita.Alia voluit contrariũ
l.j.ff.eo.in ver.in vrbe.Similiter Salycetus concordat in.d.l.falla
citer.quod ſi hoc fuit vt eruatur ciuitas de ſubiectione imperij vel
pape:tunc eſt crimen perduellionis ⁊ leſe maieſtatis . Si autem
propter deponendum regentes tunc eſt crimen ſeditionis : quod
licet ſit capitale naturaliter vel ciuiliter ſecundum conditionem
perſonarum : vt notat.l.primo. C.de ſeditio. non tamen infligit
omnes penas pro crimine perduellionis impoſitas: niſi fieret in
vrbe romana vt dicit.d.glo.l.prima.ff.eodem et ibi per Angeluz
de Peruſio.

**Item lex iulia.** ¶Lex iulia de adulterijs per quam
puniuntur crimina adulterij. vt.ſ.
eſt publici iudicij.hoc dicit vſq; ad.§.lex cornelia.licet autem lex
iulia de adulterijs connumeretur inter publica iudicia in quibus
regulariter quilibet admittitur ad acuſandum vt.ſ.eo. in princi.
ver.publica autem dicta ſunt.⁊ ibi dixi.l.quamuis adulterij.C.de
adul.Fallit tamen in.l.iulia in qua hodie non admittitur extra⸗
neus ad accuſandum de adulterijs ſicut admittebatur in alijs cri
minibus publicis.Sed admittuntur ſolus maritus vxoris pater
frater patruus:auunculus vt.d.l.quamuis adulterij.cõtra quos
non eſt preſumptio velle eos ſe dare connubium : que tamen pre⸗
ſumptio poteſt cadere in extraneum vt.l.quamuis adulterij.que
lex corrigit.ij.⁊.iij.ff.de adulterijs.per quas etiam permittebatur
32 accuſare extraneis a crimine.⁊ hoc tenet Saly.d.l.quamuis.† Et
attende quod maritus in accuſando habet plura priuilegia pro⸗
pter que dicit accuſare iure mariti que notantur in.l.iure mariti.
C.de adul.⁊.l.is cuius.§.fin.ff.de adul.⁊.iiij.q.iiij.c.aliquando.in
verſicu.lx.dies.nam dantur ſibi a lege. ſexaginta dies quibus pre
fertur omnib⁹ alijs in accuſando poſt quos põt infra alios qua⸗
tuor menſes accuſare iure extranei ⁊ ſine iſtis priuilegijs: quia ex
cluſus a iure ſpecialiter nõ excluditur a iure mariti vt.d.l.iure ma
riti.C.de adulte.Item accuſat maritus ſine metu preſumpte calũ
nie non tamen ſine metu expreſſe calumnie.Item ex ſola ſuſpiciõe
accuſat:ex iſta tamen ſuſpicione non condemnatur mulier ſed per
mittitur marito hoc facere ſine metu preſumpte calumnie vt.d.l.
iure.⁊ per Salycetuz. Sed ex preſumptione legis poteſt bene ma
ritus poſt trinam proteſtationem factam adultero eum occidere
in auẗ.ſi quis ei.C.eo.⁊.l.marito.ff.eo.Et iſta vocatur violenta ſu
ſpicio que ſufficiens eſt ad condemnationem ſecundum gloſſ. ij.
q.j.c.primo ſemper.⁊ extra.c.maritus.Item accuſat maritus ſine
in ſcriptiõe ſecundum Pla.ſed hodie debet ſe inſcribere vt in auẗ.
nouo iure.C.de adulterijs.⁊ hoc quando agitur ad penaz legalem
ſecus ſi agatur ad ſeparationem thori.vt in.c.tue.de procu . ⁊ hec
priuilegia etiam habet pater excepto quod ex ſola ſuſpitione non
accuſat:nec prefertur marito vt not.In.d.l.in cuius.§.fina.niſi ma
ritus ſit infamis vel colludat.ff.eo.l.iij.In caſibus tamen vir non
accuſat mulierem de adulterio qui no.in.c.intelleximus.de adul.

33 ¶†Sed quero quãto tempore duret ius accuſandi de adulterio
⁊ quanto tempore preſcribatur dicte actioni. dic quod in adulte-
rio accuſando ſtatutum eſt a tempore commiſſi adulterij quinquẽ
nium continuum quo ad progreſſum vtile:ſed quo ad initium.l.
adulter poſt quinquennium.C.eodem.⁊.l.quinquennium.ff.eod.
Fallit in caſibus notatis in.d.l.adulter.vbi etiam poſt quinquen
nium poteſt accuſare.Sed in adultera accuſanda preſcribitur ſex
menſibus vtilibus qui tamen non tranſcendunt quinquennium:
quorũ duo menſes dantur patri ⁊ marito tam adulterũ quã adul
terã licet non alijs coniunctis:vt no.gl. in.l.quamuis adulterij.C.
eod.Et quando incipient iſti ſex menſes.dic quod ſi mulier adul-
tera expulſa a viro cum qua vir fecit diuortium nupſit alteri poſt
diuortium tunc incipiunt a die diuortij:ſi autem poſt diuortium
ſtetit vidua incipiunt a die commiſſi criminis.l.maritus.§.ſex
menſium.ff.eodem.⁊ notat in.d.l.adulter.C.eod.poſt diuortium.
ideo dixi quia olim ante non poterat accuſare ante diuortium
l.miles.§.volenti.ff.eodem. licet hodie poteſt accuſari conſtante
matrimonio vt aut.nouo iure.C.de adulte. quia propter adulte-
rium hodie non fit diuortium ſed ſolum thori ſeparatio.xxx.q.j.
34 dixit dominus.†Ad accuſandum autem filiam viduam in vidui
tate adulterantem pater eſt priuilegiatus vt poſſit accuſare iure
paterno infra.lx.dies.⁊ ita intellige.l.nec in ea.§.j.ff.de adulter.
licet gloſſ.teneat contrarium in vna ſua ſolutione ⁊ male.vt.d.§.
ſex menſium.Hoc autem quinquennium ſtatutum eſt ad accuſan
dum de ſtupro ⁊ de lenocinio ⁊ omnibus criminibus ex lege iulia
prouenientibus.d.l.mariti.§.quinquennium.licet in alijs crimini
bus ſtatuantur alia tempora.l.querela.C.de falſis. Item attende
quod olim poſt adulterium ⁊ diuortium factum ad hoc vt mari-
tus poſſet accuſare vxorem de adulterio erat neceſſe quod ei denũ
ciaret ne nuberet alteri:quia oportebat eam primo accuſare ⁊ con
uincere adulterum de adulterio.l.ſecũda in principio.⁊.l.qui vxo
ri.ff.eodem.hodie autem cum non fiat diuortium ⁊ ſic non poſſit
alteri nubere:vt.s.dictum eſt poteſt maritus ſine predicta denun
ciatiõe incipere accuſare quem vult adulterum ⁊ adulteram:vt.l.
nuptam.ff.eodem ſecundum Angelum in.d.l.ij.vterqꝫ tamen eo-
35 dem libello accuſari non poteſt.† Nam licet regulariter quis poſ-
ſit plures eodem libello accuſare de eo crimine: vt notat in.l.pri-
ma.C.ſi reus vel accu.mor.fue.in gloſſa finali in penultima ſolu-
tione.⁊ per Bartol.in.l.hos accuſare:§.l.iulia.ff.de accuſa. Fallit
tamen in crimine adulterij in quo adulter ⁊ adultera nõ poſſunt
ſimul eodem libello accuſari:ſed debent ſeparatim ex eo quod ſen
tentia lata pro adultero prodeſt mulieri vt non poſſit amplius ac
cuſari de eodem delicto ⁊ lata contra adulterum non nocet mulie
ri.l.maritus.§.fina.⁊.l.denunciaſſe.§.fina.ff.de adulte.⁊.l.reos.C.
36 eodem.¶†Sed quero que differentia ſit inter adulterium ⁊ leno
cinium: ſtuprũ ⁊ inceſtum: ⁊ ſimplicem fornicationem.dic vt no-
tatur trigeſimaſexta. queſtione prima.Et gloſſa in lege prima.co
dice ad legem iuliam de adulterijs.Nam adulterium proprie com
mittitur in nupta quaſi ad alterius mulieris vterum tranſitus
vt dicto.§. cum igitur. ⁊ lege inter liberas.§. primo. ⁊ ibi gloſſa
ff.eodem.Sed improprie ⁊ miſcue ſtuprum appellatur adulteriũ
non pro adulterio ꝓprie ſumpto:vt.l.d.inter liberas.§.lex iulia.ff.
eod.⁊.l.inter ſtuprum.de verborum ſignificatione. Et ideo ex li-
bello porrecto de adulterio ſimpliciter ſequitur condemnatio pro
bato ſtupro ſecundum Salycetum in.l.ſi ea.C.de adulterio. ⁊ in-
tellige in nuptam vel etiam ſponſam alienam.C.de adult.propter
puberem:quia adulterium non cadit in impubere.ff.eodem. lege
ſi minor.⁊.l.liberam.quia cum ancillis ſiue ſeruis non contrahi-
tur matrimonium ſed contubernium.l.cum ancillis.C.de inceſt.
nup.⁊ per conſequens nec adulterium nec accuſatio de adulterio
ſed punitur de ſtupro extra ordinem.l.inter liberas.ff.de adulte.⁊
l.ſerui.⁊ ibi nota.C.eodem. ⁊ hoc de iure ciuili.de iure canonico
etiam cum ſeruis contrahitur matrimonium:vt in capitulo pri-
mo.de coniug.ſeruorum.⁊ notat.d.l.cum ancillis. ⁊ per cõſequẽs
habet locum accuſatio de adulterio ſecundum Angelum de Pe-
ruſio in.d.§.inter liberas.Item intellige honeſte viuentem. nam
ſi mulier nupta ſit vulgaris ⁊ meretricio more viuat adulterium
cum ea eſt impunitum.ſecundum vnam ſolutionem gloſſe in.l.ſi
vxor.§.plane.ff.de adul.quam ſequuntur Bartolus ⁊ Salycetus
in.l.qui adulterium.C.de adulte. Ponebat igitur quod illa mu-
lier viuebat meretricio more ⁊ euadit adulter penam capitis.
37 ¶†Et dicitur meretrix que multorum libidini ſe prebet vel cuius
turpitudo venalis eſt.vt notat gloſſa in ver.publicas.in capitulo
inter opera. de ſpõ.⁊.l.palam.ff.de ri.nup.Et hoc crimen meretri
cij ſub diſſimulatione pertranſit eccleſia forte vt maius malum
euitetur:vt notat in capitulo inter opera.de ſpon.licet imperator
lenones inducentes mulieres ad hoc meretricium capite proſe-
38 quantur in aut.de lenonibus.col.ſexta. † Lenocinium committi-
tur a viro cum reperit vxorem in adulterio ⁊ ipſam ſcienter tenet
l.mariti lenocinium.ff.eodem.licet hodie corrigatur: quia poteſt
maritus reconciliari vxori etiam de adulterio damnate ⁊ ipſam
recipere ⁊ tenere.in aut.ſed hodie adultera verberata.C.eodem.li
cet cum maritus precium pro comperto adulterio celando recipit
ſecus ſi ob culpam vel nimiam crudelitatem hoc patiatur.d.l.ma
riti.§.quod ſi patiatur.⁊.§.que queſtum.de quo per Salycetũ in
l.crimen lenocinij.⁊.l.ſine metu.C.eodem.vbi gloſſ.⁊ Salycetus te
net quod hodie ſcienter retinens vxorem adulteram non commit
tit crimẽ lenocinij per.d.aut.ſed hodie.Sed de iure canonico pec-
cat mortaliter cum dicatur patronus ⁊ autor turpitudinis. vt ex-
tra eodem capitulo ſi ver.Item committitur lenocinium cũ quis
domum vel auxilium ad adulterium preſtat:vel ſtuprum commit
tendum.l.qui domum.ff.eodem.⁊.l.auxilium.§.j.ff.de mino.Itẽ
cum quis ſcienter duxit vxorem damnatã de adulterio vel ſtupro
vt dicta lege mariti.paragrapho quod ait.digeſtis eodẽ.nec hoc
corrigitur hodie per dictam autenticam ſed hodie.ſecundũ quod
39 eleganter decidit Angelus in.d.§.quod ait.† Stuprum in virgi-
nem viduam vel puerum committitur vt hic.⁊.l.ſtuprum.§.j.ff.eo
dem.⁊ intellige de virgine vel vidua que non fuit meretrix. vt hic
in gloſſa alias eorum ſtuprum propter vilitatem vite eſt impuni-
tum:vt.l.qui adulterium.C.de adulte.s. dixi de vxore meretrice.
40 †Item intellige quod non ſint concubine illicite:nam concubina-
tus licitus extra penam legis eſt.l.in concubinatu.in fine.ff. de cõ
cubi.Item in libera nata vel aſſumpta de tali loco:vt ex arenario
vel ſulphurario.Item in libera honeſte viuente cum proteſtatiõe
facta in initio quod vult eam habere in concubinam vt notat in
l.j.⁊.l.in cõcubinatu.ff.de concubi.Et ideo accedens ad talem con
cubinam illicitam punitur : ſecus ſi concubinatus ſit licitus. per
text.l.ſi vxor.ff.de adul.⁊ ibi per Ange.vt eſt in clerico in mino.cõ
ſtituto ⁊ beneficiato cui non licet tenere concubinam vt in aut.de
ſanctiſ.epiſco.§.clericorum.colla.ix.Et ideo tunc per diſpenſatio
nem concubine non legitimarentur filij.ſecus ſi non fuiſſet benefi
ciatus licet fuiſſet in minoribus conſtitutus:quia tũc legitimaren
tur ſecundum Joannem andream in regula iuris ſine culpa.libro
ſexto.in mercurialibus.de quo per Barto.in.d.l.in concubinatu.
Licet enim per leges concubinatus licitus non ſit reprobatus: ta-
men ſecus eſt de iure canonico ⁊ diuino.trigeſima.queſtione quin
ta.capitu.primo.in fine.⁊ notatur in dicta lege in cõcubinatu.qđ
intellige quantum ad penam ſpiritualem ⁊ non temporalem ſecũ
dum quod dñs Bartolus decidit in dicta lege in concubinatu.
41† Item quod dictum eſt de primo quod committitur ſtuprum in
eum:dic quod vocatur ſodomiticum.ſ.cum vir nubit in feminã.
C.eodem.per quod vitium quinqꝫ ciuitates conſumpte ſunt ſcili
cet tres ex delicto proprio ⁊ due ex vicinitate:vt in capitulo cleri
ci. ⁊ ibi notatur de exceſſibus prelatorum. ⁊ capitulo cum ſecun-
dum. de hereticis.in ſexto.⁊ trigeſimatertia.queſtione ſeptima.ca
pitulo flagitia. ⁊ Geneſis.ix.c. ⁊ maius peccatum eſt quam cum
matre agere vt dicta cauſa.ij.q.c.adulterij malum.⁊ idem ſodomi
ticum capite puniẽdum.Committitur etiam cum mulier agit in
42 muliere:vt not.gloſſ.in.d.l.ſi vir. † Inceſtus cõmittitur cum con
ſanguinea vel affine ſcilicet quam prohibetur ducere in vxorem ra
tione ſanguinis vel affinitatis tam in aſcendentibus quam deſcẽ
dentibus ⁊ collateralibus.lege finali.digeſtis de ritu nuptiarum.
⁊ lege ſi adulterum.adhibetur tamen diſtinctio an palam vel claꝫ
ducat in vxorem. in dicta lege finali.Et an incontinenti diuertat
cum ſciuerit conſanguinitatem,vel affinitatem:an vero perſeue-
rat de quibus omnibus illicitꝰ concubinatus atqꝫ membrorum.
illorum non legitimus vſus prohibitus eſt. Intellige vt dicit te-
xtus eadẽ cauſa.q.iiij.c.meretrices.⁊.q.j.c.dicit dominus in euã
gelio.Et decretiſte dant verſus.Fornicor in viduã in virgine per-
petro ſtuprum.Alterius thorum violando dicor adulter.Inceſtũ
43 facio conſanguineas violando. † Que autem ſit pena iſtorum cri
minum.dic quod in pena adulterij variauerunt gloſſ.nam in.l.ſe
cũda.§.miles.ff.de iſa.⁊ lege claudius.ff.de his q.vt idig.⁊.l. qui
cum vno.§.adulterij.ff.de re mili.tenuerunt gloſſ.per illos textus
quod olim pena adulterij non eſſet pena capitis nec declarãt que
eſſet:licet gloſſa dicat in capitulo tue.de procuratoribus.quod ſe-
cundum veteres erat pena ſanguinis.ſed hodie eſt pena capitalis
vt hic ⁊ lege quamuis adulterij.in fine.C.de adulte. Et volunt
ille gloſſe quod.d.l. quamuis.⁊ iſte textus corrigunt illas leges.
Et hanc opinionem tenet gloſſ. et Salycetus in dicta lege quam-
uis.ſcilicet quod hodie ſit pena capitalis in maſculo. Sed in mu-
liere eſt mutata vt non decapitetur ſed in monaſterio ponatur vt
in aut.ſed hodie.C.de adulte.⁊ in capitulo gaudemus in domino
de conuer.coniu.Et hanc etiam opinionem firmat dominus An
gelus de Peruſio in dicta lege ſi adulterium cum inceſtu.ff.eod.
ſed alia gloſſa in lege ſi qs viduã.ff.de q̃ſtio.dicit quod pena adul
terij eſt capitis vel deportatiõis ſcđm cõditionẽ q̃ eſt pena capi-
tis:ſi adulter eſt vilis pſona.lege quãuis.et eſt pena deportatiõis
ſi eſt nobilis vel in dignitate: vt dicta lege ſi qs viduã. et ſic vno
caſu eſt pena mortis naturalis.alio mortis ciuilis.⁊ hãc opi.ſequit
Barto.

Barto.in.d.l.claudius.⁊.d.§.adulterij.ſed ſtatuta communiter ſuper hoc diſponunt imponendo vel penam pecuniariam vel aliam.vt dicit Barto.in.d.l.ſi adulterium.Sed de iure canonico maſculus adulter ſi eſt clericus deponitur:⁊ laicus excommunicat.viij.diſtin.c.ſi quis clericus.⁊.c.intellexi.mꝰ extra de adul. Femina vero in monaſterium ponitur ſicut de iure ciuili: vt in capitulo gaudemus.de conuer.coniuga.de iure vero diuino videlicet ſecundum legem moſaicaȝ mulier adultera lapidabatur.
44 xxxij.queſtione prima.capitulo hec imago.¶†Sed nunquid vir calumnioſe accuſans mulierem de adulterio ⁊ non probans incidat in penam capitis.dic quod non ſed recluditur in monaſteriū vt in glo.in ſecunda opiniōe que eſt vera in.l.quāuis.C.de adul
45 te.⁊ in aut.ſed nouo iure.eod.titulo.¶†Et ſicut mulier probato adulterio perdit dotem que cedit lucro viri niſi alia fuerint pacta dotalia.l.ſi dotem.C.de adul.alias de iure do.⁊.l.lucius.ff.ſoluto matrimo.et capitulo plerunqȝ.de do.inter vir.⁊ vxorem.ita viro non probante perdit donationem propter nuptias ⁊ cedit lucro vxoris que propter hoc repudiū mittere poteſt.no.in dicta auten.ſed nouo iure.Licet hodie propter adulterium non diuortium ſed ſola thori ſeparatio fiat:vt plene de actioni.§.fuerat.
46 ¶†Sed nunquid mulier poteſt accuſare virum de adulterio ſicut econuerſo.dic quod non.l.j.C.de adul.hoc tamen caſu quando vir cum alia vxore fornicatur nō poteſt impingere vxori adulterium.tex.eſt in capitulo finali extra de adulte. Sed de iure canonico ex parte mulieris procedit accuſatio:quia iudicantur ad paria.quod intellige quod mulier accuſet virū de adulterio quātum ad thori ſeparationem vt lucretur donatiōem propter nup. non quantum ad pene corporalis impoſitiōem.ita intelligit glo.
47 xxxij.queſtione prima.capitulo publico iudicio.¶†Pena lenocinij eſt eadem que adulterij:ſcilicet capitis vt no.gloſ.in.l. ſi quis adulterium.§.finali.ff.de adulte.⁊.l.ſecunda.§.lenocinij.⁊.l.mariti.⁊.l.inter liberas.§.j.ff.de adulte.⁊.l.ij.§.lenocinij.⁊.C.eodem l.caſtitati.⁊ ibi per Salycetum.Licet hodie in viro diſſimulante videatur corrigi dixi ſupra eodem ver.lenocinium committitur.
48 ¶†Pena inceſtus ſimiliter eſt eadem que adulterij.Notat gloſ. in.l.ſi adulterium cum inceſtu.ff.eodem.⁊ ibi per Barto.in prima oppoſitione in qua dicit quod pena adulterij cum inceſtu nō eſt correcta in muliere.Et attende quod pena inceſtus non ſolū committitur cū conſanguinea vel affine: vt ſupra de nup.§.ſunt autem.⁊.xxx.queſtiōe tertia.de inceſtuoſis.ſed etiam cum moniali que ſponſa dei vocatur qui eſt pater omnium: ⁊ ſic ratione ſpiritualis affinitatis committitur inceſtus. item cōmittitur adulterium. Item ſacrilegium: et ſic de tribus delictis poteſt accuſari.tenet gl.xxvij.queſtio.prima. virginibus.⁊ idem ex fornicatione habita cum ſacerdote.tenet Archi.xxj.q.tertia.capitulo eos.
49 ¶†Pena ſtupri in honeſto eſt ademptio dimidie partis bonorum in humili ⁊ vili ſtupratore eſt cohertio corporis cum relegatione.vt hic in verſicu.ſed eadem.Sed in muliere hec pena ſtupri hodie eſt correcta quia truditur in monaſterium ſicut pro adulterio.gloſ.eſt.C.eodem.de adul.l.penis.⁊ ibi per Salyce.⁊ plenius per eum in.l.qui duas.C.eodeȝ.licet Angelus de Peruſio tenuerit quod ſolum in ſimplici pena adulterij eſt facta correctio in muliere.vt ſupra dixi.⁊ hec correctio corporis de qua hic dicitur de verberibus ſcilicet de fuſtigatione vel alia cohertione prout melius viſum fuit iudici.no.glo.in ver.caſtigatus.extra eo.capitulo ſecundo.Item intellige hanc penam habere locū vbi mulier cum qua committitur ſtuprum non ſit vulgaris ancilla alterius:quia non eſt accuſatio publica.l.iulie.ſecūdum Ang.in.l.inter liberas ff.eod.Similiter ſi eſt concubina alterius non legitima poteſt de iure ciuili habere acceſſus ad eam ſicut ad vulgarem.⁊ ſic non puniretur ſcholaris accedens ad concubinam illegitimam bonon.
50 dicit Ang.de peru.in.l.ſi vxor.ff.eo.†Fallit autem in caſibus hic notatis in glo.in ver.corporis.quibus imponitur maior pena. ſ. primo quando ſtuprum committitur in puerum quod idem eſt quod.Sodomiticum:quia tunc punitur capite: vt hic in verſic. ſed etiam.⁊.l.cum vir.C.eod.Secundus quando tutor ſtuprauit pupillā que eſt ſub eius cura ⁊ protectiōe:quia deportatur ⁊ omnia bona publicantur.l.j.C.ſi quis eam cuius tute.eſt ſtupra. Et eadem ratione dicit Joan.fabri.magis debet puniri cuſtos carcerum carnaliter cognoſcens mulierem captam ⁊ ſue cuſtodie commendatam.Tertius quando ſeruus commiſit ſtuprum cum domina ſua:quo caſu domina capitali pena ſubijcitur:⁊ ſeruꝰ ignibus crematur.C.de mulie.que ſeruis propri.ſe immiſcue.Quartus in eo qui committit ſtuprum in nondum viri potentem:q ſi eſt humilis damnatur in metallum ⁊ honeſtior relegatur ⁊ in inſulam mittitur.l.ſi aliquam.§.qui nondum.ff.de pe.Vaſallus autem committens ſtuprum cum filia domini vel ſorore feudo priuatur.vt in titu.que ſit prima cauſa bene. amitten.c.j.§. rurſus. Item ſtuprum virginis vel vidue cum committitur per vim capite punitur.j.eod.§.per vim.⁊ adde gl.ſingularem que dicit qd quādo quis reperitur cū aliqua ſoluta ſe immiſcere ⁊ iurat ſe eā adiuraſſe ⁊ in vxorem recepiſſe qd tunc non punitur gloſ.ſing.eſt in.l.penul.C.de fideiuſ. In clerico autem amplexante mulierem dicit glo.preſumitur quod cauſa benedicendi potius hoc faciat quam cauſa libidinis.xj.q.iij.c.abſit.Et pena ſtupri eſt quinquenalis:ſed quando per vim tunc ſine prefinitione temporis.vt hic
51 in glo.in ver.corporum.†Qualiter autem punitur ſtuprum de iure canonico.dic qd mulier non punitur ſed ſtuprans mulierem virginem cogitur eam in vxorem recipere aut dotare:ſi ipſa eſt pater eius velint:alias ſi nolint cogitur eam dotare ſolū iuxta ipſiꝰ ſtupratoris facultates ⁊ puelle dignitatem: ⁊ habita conſideratione qd plus ratione deflorationis datura eſt altero viro.Aut ſi ſtuprator noluerit eam recipere ⁊ in vxorem ducere tunc verberibus caſtigatur a iudice prout ei viſum fuerit:ac etiam excommunicatus detrudatur in monaſterium acturus penitentiam. hec
52 omnia habentur in.c.j.⁊.ij.extra de adul.†Sed pro ſtupro commiſſo in puerum quod ſodomiticum appellatur punitur de iure canonico ſi eſt clericus vt deijciatur a clero ⁊ in monaſterium detrudatur ad peragendum penitentiam ſit laicus excommunicatur vt a cetu fidelium penitus arceatur:vt in capitulo clerici. de exceſ.prelato.Quid autem ſi quis pluries acceſſit ad mulierem ⁊ continuat adulterium cū ea:an erunt plura adulteria vel ſtupra vel vnum continuatum:vt ſic puniatur pro vno ⁊ non pro pluribus.glo.ordi.in.l.vulgaris.ff.de fur. dicit quod ſunt plura delicta ſed tamen pro vno ſolo punitur.Barto. ibidem dicit qd imponitur vna ſola pena mortis: quia eſt pena mortis que non eſt iterabilis.⁊ ſic ex eius dicto videtur innui qd ſi eſſet pena iterabilis vt quia eſſet pecuniaria per formam ſtatuti: tunc puniretur vt pro pluribus.⁊ quilibet amplexus haberet ſuam punitionem vt voluit glo.magna in fine.in.l.mariti.§.ſex menſium.ff.de adulte.⁊.l. ſi diuturno.ff.de penis.facit qd no.gloſ.⁊ Barto.in.l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiurando.⁊.l.in furādo.§.infans ff.de fur.tamen idem Barto.in ſuo conſilio quod incipit Antonius commiſit adulterium.decidit etiam idem in pecuniaria pena impoſita a ſtatuto.vide ibi per eum. Item quero cum pena ſtupri ⁊ adulterij ſit hodie parificata in muliere vt detrudatur in monaſterium vt ſi per ſtatutum imponatur certa pena pecuniaria pro adulterio. Intelligatur etiam eadem pena impoſita pro ſtupro.Saly.in.l.ſi ſeruus.C.de noxa.in pe.q.concludit qd nō:q eſt eadē differentia inter dicta delicta q mulier adultera pōt recōciliari viro.vt aut.ſed hodie nouo iure.C. de adul. qd non poteſt facere vidua ſtuprum committens que viro caret.vide ibi.

**Item lex cornelia.** ¶Lex cornelia de ſicarijs puniens homicidas ⁊ eos per quos non ſtat quominus homicidium telo committatur cōputatur inter publica iudicia.⁊ appellatione teli continetur quicquid emittitur cauſa alium occidendi. hoc dicit vſqȝ ad.§.ea le
53 ge.¶†Et not.quod lex cornelia habet ſeptem capita punientia diuerſa crimina.l.Primo hominis doloſum occiſorem. Secundo punit incendiarium doloſum.Tertio punit doloſum inſidiātem alium cauſa occidendi.Quarto punit magiſtratum operaȝ dantem vt innocens condemnetur publico iudicio.Si igitur poteſtas facit quod ſuus aſſeſſor facit malam ſententiam capitalem tenetur hac.l.Et idem ſi anciani populi hoc faciant et operātur cum poteſtate ſua.Et idem ſi poteſtas cogat teſtes per tormenta ferre teſtimonium non verum in cauſa capitali vt quis moriatur ſecundum Barto.ff.eodem.l.prima.Quinto punit veneuantem alium dolo malo.Sexto ponit ferentem falſum teſtimoniū in publico ⁊ in capitali crimine. Septimo punit magiſtratum qui facit aliquem reum capitalis criminis per pecuniam. hec ſeptem capita colliguntur ex.l.prima in princip.ff.ad.l. iuliam . de ſica.punit etiam eum cuius dolo malo factum eſt vt quis occidatur.l.is qui cum telo.C.de ſica.loquitur igitur de duobus capitibus ſcilicet de eo qui occidit quem clarum eſt capitaliter puniri. l.tertia.§.leges niſi enim quis habuit animum doloſum occidendi non tenetur de homicidio:ſed tenetur aquilia:etiam ex leuiſſima culpa. Culpa enim ſi a diligenti preuideri potuit et non eſt preuiſum tenetur etiam quo ad eum de culpa tali ratione negligentie:minor tamen pena imponitur ab eccleſia pro tali negligē
54 tia.ita dicit glo.ſecunda.queſtione quinta. conſuluiſti.¶†Item loquitur hic de eo qui cum telo ambulauit cauſa alium occidendi qui ſimiliter capite punitur ſi peruenit ad actum proximum ⁊ ſi per eum non ſtetit quominus occideret. Quia in atrocibus punitur affectus licet non ſequatur effectus:vt hic.⁊.l.is qui cum telo.ff.eodem.⁊.l.ſi quis non dicam rapere. ⁊ ibi gloſ. magiſtralis.C.de epiſ.⁊ cle.ſecus ſi non ſint atrociora:vt in eo qui dicit ius iniquum inter quos non habet iuriſditionem non punitur vt teneatur vt hic eodem iure contra.l.prima.§.finali .ff. qd quiſqȝ iuris.ille igitur qui peruenit ad actum proximum ⁊ per eum nō ſtetit quin alium occiderit vt quia gladio vulnerauerit animo occidendi:licet occidere nō potuerit punitur cornelia quaſi habeatur pro facto cum fuerit propoſiti occidendi ⁊ deuenerit ad actū morti proximum.⁊ ſic per eum non ſtetit. text. clarus eſt in.l.prima.§.diuus.ff.de ſica.et.l.aut facta.§.euentus.ff. de penis.et ita

poteſt intelligi hic.⁊.d.l.is qui cum telo.⁊ ibi per Barto.ſecus ſi
non peruenit ad proximam conſummationem delicti quia tunc
punitur extraordinarie arbitrio iudicis.l.j.ff.de extraor.cog.ſecũ
dum Cy.⁊ Saly.in.l.is qui.Fallit in delicto atrociſſimo iniuriã
dominicam.ſ.attentando mulierem dedicatam.vt.d.l.ſi quis nõ
dicam rapere.Item fallit in delicto trahibile ad exemplu3.l.ſi qs
C.de fur. Item limita predicta quod punitur affectus licet non
ſequatur effectus:hoc veru3 quando non ſequitur effectus impe-
dimento facti.Si autem non ſequatur effectus impedimento iu
ris tunc non punitur.l.impuberem.C.eo.Et ideo ſi ſurripio rem
tuam animo furandi ſed tu eras volens non obligor furti quia
ad meum effectum non ſequitur effectus impedimento iuris.l.
inter omnes.§.recti.ff.de furt.Et hoc niſi ſit delictum trahibile
ad exemplum:vt.ſ.dixi in ciuili aute3 non punitur affectus ſi nõ
ſit ſecutus effectus.I eo contra eum qui intrauit domum tuam
cauſa furandi non ag tur ciuiliter furti ſi non furatus eſt:licet ꝑ
introitu agatur actiõe iniuriarum aut doli ſi violenter intrauit
l.vulgaris.§.qui furti.ff.de fur.Bald.autem in.d.l.is qui cum te
lo.dicit notabile verbũ:videlicet quod vbi per legẽ punitur affe-
ctus ac ſi fuiſſet ſecutus effectus iudex ex poteſtate a.l.ſibi conceſ
ſa poteſt minorare penam:licet non neceſſitetur per tex.ſingula-
rem in.l.aut facta.§.euentus.ff.de penis.⁊ ibi ſentit hoc Barto.
55 in.d.§.euentus.†Sed quero qualiter probetur quod quis percuſ
ſerit animo occidendi.dic quod ex equalitate factorum ⁊ conie-
cturarum hoc preſumetur:quia debet attendi an percuſſerit mo-
tus ex certo propoſito ⁊ deliberatiõe.an in rixa hoc fecerit.l.ſi qs
in rixa.ff.de ſica.⁊.l.ſi cum ſeruo meo.ff.de iniur.Item debet attẽ
di genus inſtrumenti cum quo percuſſerit.ſ.an percuſſit cum fer
ro lancea vel cum haſta.l.j.§.ſed ſi claua.ff.de ſica.item in qua par
te corporis ſit illata ꝑcuſſio.ſ.an in capite vel in alia parte corpo-
ris:vt in capitulo ſignificaſti.ſecundo in fin.extra de homicidijs.
de quo per Bartolum in dicta lege is qui cum telo.⁊ vide Dy-
num in capitulo in obſcuris.in fine de regulis iuris.lib.ſexto.⁊
quod notat Speculator in titulo.de accuſatiõibus.paragrapho
primo.verſiculo quid ſi primo.nã ex inſidijs factis ab aliquo pre
ſumitur contra eum.c.iudice qui accuſare poſſunt.lege propter
inſidias.⁊ digeſtis ad legẽ pompe.de parri.lege prima.in fine.C.
quando licet vnicuiq3 ſine iud.ſe vin.l.j.⁊.C.de ſica.l.prima.⁊ q̃ ſit
prima cauſa benefi.amit.c.j.§.porro.Et iſte talis inſidiator non
gaudet immunitate eccleſie:⁊ ſilr ꝑ ꝑſumptionẽ ex qua.l.tute fa-
ctorum colligitur econuerſo quod ſi fecerit animo occidendi vt qr
percuſſus erat valde amicus vel affinis.vt in glo.l.prima.C.de ſi-
ca.Et attende ſingulariter quod licet in lege cornelia.de ſicarijs.
puniatur affectus deductus ad actum tamen ſecus eſt in ſtatu-
to puniente eum qui occidit:quia non punitur per ſtatutum affe
ctus niſi mors ſecuta fuerit quia ſtatutum requirit actũ conſum-
56 matum ſecundum Barto.in.d.§.diuus.†Que autem ſit pena.l.
cornelie.de ſica.dic quod mortis naturalis vel ciuilis:quia hone-
ſtiores deportant̃ in inſulam ⁊ humiliores decapitantur ⁊ beſtijs
ſubijciuntur.l.iij.§.legis.ff.eo.Et no.in gl.in.d.l.is qui cum telo.
ſed Ioã.fa.dicit hic quod lex cornelia.habet plura capita ⁊ in ho-
micidio eſt pena capitis ⁊ in alijs capitibus eſt deportatio ⁊ om
nium bonorum publicatio.ff.eo.l.j.Et vide tex.⁊ glo.in.c.j.§.in-
iuria.in glo.in ver.puniatur.decima collatione.de pace iura.fir.
57 †Item quero quid contineatur appellatione teli de quo dicitur
hic in tex.dic quod telum proprie eſt res apta ad iaculandum in
alterius leſionem.Sed hic accipitur latius vt hic dicit text.in v.
pro omni eo quod eſt aptum natum inferre mortem alteri.⁊ ita
exponit glo.de peni.di.j.§.ſi quis cum telo.vbi iſte tex eſt canoni-
58 zatus.†Eſt tamen differentia inter tela ⁊ arma quia appellatio-
ne telorum comprehenduntur ſolum arma offendibilia.l.j.§.telo
rum.ff.ad.l.iul.de vi publica.Sed appellatione armorũ compre-
henduntur arma offendibilia ⁊ defenſibilia.l.armorum.ff.de v.
ſig.⁊.ſ.de interdi.§.qui autem.⁊ ibi ſecundum Bart.in.d.l.pe.⁊
59 adde que dica3.j.eo.§.item.l.iul.de vi publica.†Itẽ queritur qua
re hec lex puniens homicidas dicatur de ſica.dic quod ſica grece
idẽ eſt quod cultrum ferreum latine.vt hic dicit in tex.cum gl.ſi.
ver.ſicarij.qui dicit quod cultrum ferreum eſt cultellus ſcindens
vndiq3.Sed hodie accipitur large ſica ſiue cultrum pro omni re
apta nata ad alium puniendum.vt dicit hic glo.fin.vnde dicun-
tur ſicarij qui armis vite alterius inſidiantur vt dicit glo.in.c.ſi-
cut dignum.de homi.in ver.ſicarijs.Et de iſto vocabulo cultru3
etiam vtitur tex.in.l.ij.§.⁊ cum placuiſſet.ff.de orig.iur.Vltimo
pro intelligentia huius materie vide gloſſ.magiſtralem in.c.ſicut
dignum.de homi.⁊.lj.di.c.de his.⁊ in quibus diſtinguitur quod
homicidium quandoq3 committitur voluntate quandoq3 caſu
quandoq3 neceſſitate.In primo membro quando voluntate com
mittitur tribus modis.ſ.facto conſilio ⁊ precepto.lj.diſt.ſi quis
viduam.in.c.j.⁊ etiam iugi exhortatione inflãmando animum
pergentis ad homicidiũ.d.c.ſicut dignum.ver.qui vero.Et qua-
liter puniatur mandans conſulens ⁊ inſtigans.dic per Bart.in
l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur.⁊.l.ſed ſi vnus.§.ſeruꝰ meꝰ
60 e.ti.†in ſecundo membro quãdo cõmittitur homicidium caſuale
duo requiruntur vt quis excuſetur.ſ.quod non det operam rei il-
licite.Secundo quod adhibuerit omnem diligentia3 quã potuit
vt in.c.dilectus.⁊.c.ex literis.⁊.c.ſi.de homi.Quis igitur in depo
ſitione vini vel diſſolutione machine vel reparatione domus ruẽ
tis caſu alium peremit non punitur cum det operam rei licite ⁊
adhibita omnis ſit diligentia:vt.d.c.ſi.cum ſimilibus.⁊ idem cu3
equus ſaltibus laſciuiens preter aſſeſſoris voluntatem calcaribus
ſtimulatus propter quod laſciuiens ⁊ abiecto ſeſſore feſtinanter
currens quandam mulierem infantulu3 baiulantem ex obliquo
venientem occidit.⁊ eſt caſus in.d.c.dilectus filius.⁊ hoc verum
niſi duxiſſet ꝑ locũ prohibitũ ⁊ ſic poſſet ei ĩputari culpa de quo vi
de per Bar.in.l.ſi.§.propter neceſſitatem.ff.de publ.Et ſimiliter
excuſatur venator qui cum telo in feram proiecto hominem occi-
dit.l.reſpiciendum.§.delinquũt.ff.de penis.Non autem excuſat̃
qui per ebrietatem delinquit.vt.d.§.delinquunt.⁊.l.omne deli
ctum.§.qui.ff.de re mili.vbi autem quis non adhibuit diligentiã
quam potuit licet caſu committat tamen tenetur.Et ideo ſi ma-
giſter volens corrigere diſcipulum percutiat eum in capite cum
flagello vel corrigit eum cum cingulo cui erat annexus gladius a
quo diſcipulus vulneratus eſt ⁊ poſtea mortuus nõ excuſatur cũ
non adhibuerit in correctione diligentiam quam debuerat vt in
c.preſbyterum.⁊.c.de audientia.extra de homi.Similiter non ex
cuſatur dormiens qui dormiẽdo alium vulnerat vel occidit ſi ſcie
bat hoc vitium ſibi euenire:debuit eſſe diligens dormiẽdo ſolus
de quo per Bartolum in lege penultima.digeſtis de parri.⁊ gloſ
ſa prima de homicidijs vbi autem quis dedit operam rei illicite
tunc ſiue adhibuit diligentiam quam potuit ſiue non ſemper te
netur.ſexageſima diſtinctione clerici.⁊ capitulo ſi quis volũtate
⁊ lege culpa.ff.de reg.iur.⁊ ideo vbi quis volebat percutere vnu3
⁊ caſu percuſſit mediatorem vel alium non excuſatur quia da-
bat operam rei illicite.l.eũ qui nocentem.§.ſi iniuria.ff.de iniur.
⁊ Bar.in.d.l.reſpiciendum.§.delinquũt.ff.de penis.⁊ per Ang.
de peru.in.l.ſi cum ſeruo.ff.de iniur.Sed dic quod ibi dabat ope
ram rei licite quia erat dominus ſerui cui licet emendare ſeruum
C.de emenda.ſeruorũ.l.j.⁊.ſ.de his q̃ ſunt ſui vel alieni.§.ſerui.
mitius punitur tamen iſte talis percutiens extra ordinẽ arbitrio
61 iudicis ſecundum Ange.in.d.l.qui ſeruum.¶†Tertio membro
quãdo committitur homicidium ex neceſſitate tunc ſi illa neceſſi
tas fuit euitabilis:vt quia fugere poterat vel quia fuga erat ſibi
ad dedecus vel periculum allatura ⁊ tenetur vt tenet Bar.⁊ Cy.
in lege prima codice vnde vi.licet Bartolus ibi teneat contra-
rium.Si autem erat neceſſitas ineuitabilis vt quia erat in angu-
lo reclusus vt fugere non poſſet vt dicit gloſſa in clemen.j.de ho-
mici.tunc non tenetur.lege ſcientiam.paragrapho qui cum ali-
ter.digeſtis ad legẽ aquiliam ⁊ lege is qui aggreſſorem.codice
62 de ſica.⁊.j.diſ.c.ius autem naturale.ibi per vim expulſo.†Que-
ro que ſit pena homicidij de iure canonico.dic ſi eſt clericus volũ
tate committens homicidium cõtrahit irregularitatem indiſpẽ-
ſabilem vt etiam remanere non poſſit in executione ordinum ſu-
ſceptorum ſed debet deponi vt ſacerdos priuatus lachrymarum
fonte diluat tantum flagitium.l.diſ.minimos.⁊.c.ſi quis viduã.
Si autem laicus fuerit tunc ad ianuam eccleſie ſemper iaceat ⁊
communionem in exitu vite ſue recipiat.dicto.c.ſi quis.l.diſtinc.
63 †Item quero nunquid iudex cõdemnans aliquem ad mortem ⁊
miles ⁊ miniſter dicantur homicide.dic quod non quia ipſe non
occidit ſed lex.vt in.c.lex.⁊.c.cum miniſter.⁊.c.homicidium.xxiij.
q.v.⁊ ideo non includuntur ſtatuto dictante quod homicida ſit
priuatus beneficio.argumẽ.l.ſi ſeruus ſerua.ff.ad.l.aqui.⁊ ibi per
64 Bal.incurrunt tamen iſti ⁊ quilibet quantocunq3 ſe immiſcens
in cauſa ſanguinis etiam ſcribendo vel aduocando etiam pro ac-
cuſato regularitatem vt non poſſit promoueri ad ſacros ordines
lj.diſt.c.aliquantos.⁊.c.ſententiam ſanguinis.extra vt clerici vel
65 mona.†Sed quid de eo qui occidit bannitum qui poteſt im-
pune occidi ex forma ſtatuti an erit homicida.⁊ ſic comprehẽdat̃
a ſtatuto diſponente ꝙ homicida nõ poſſit eſſe de prioribus.Bal.
dicit qđ talis homicida eſt infamis apud bonos ⁊ graues:⁊ licet
illud maleficium ſit tolerabile:tamen non eſt laudabile.⁊ licet ſit
impunibile tamen homicidium eſt quia non eſt bona conſequen
tia non imponitur pena ergo non eſt maleficium.l.decuriones.C.
de infa.⁊ ibi per Bart.⁊ hoc verum vbi per ſtatutum dicit quod
poſſit impune occidi.tunc enim quod licet ⁊ nullo modo malefi-
cium eſt.l.in tranſfugam.ff.de ſic.⁊.C.eode3.l.is qui aggreſſorem.
66 †Sed quero ſi plures interfuerunt homicidio nec apparet quis
occiderit an omnes vel nullus punietur de homicidio.gloſſ.ſunt
contrarie:quia gloſſ.in lege item mela.§.ſi plures.ff.ad legẽ aqui.
dicit quod in dubio omnes abſoluentur.alia gloſſ.in.l.ſi in rixa.
ff.de ſica.dicit qđ omnes condemnabuntur.Bartolus ibi poſt
multa

multa cōcludit ꝙ ſi oēs percuſſerunt ſed non conſtat quis intule-
rit vulnus moꝛtale omnes tenentur de occiſo ſi autem non percuſſe
runt omnes ſed apparet ſolum vnum vulnus nec apparet quis in
tulerit tunc ſi inerunt cū ꝓpoſito ⁊ deliberatione occidendi omnes
tenentur vt dicit glo.in fi.vlti.glo.in.d.l.ſi in rixa.ſi non inerunt ex
ꝓpoſito:ſed a caſu foꝛtē rixa ſuperueniente foꝛte vnus perit vno
ſolo vulnere ſibi illato:ſed neſcitur quis intulit tunc nullus punit
de homicidio:vt in glo.d.§.ſi plures.⁊ ita intelligit ibi Bar.⁊ Cy.
in regula in obſcuris. de reg.iu.lib.vj.⁊ ſpec. in ti.de homi.§.j.ver.
pene quatuoꝛ.⁊ ibi dicit ꝙ licet index nō puniat eos de homicidio
tñ ꝓpter bonū regimē ⁊ vt ceteri inhibeantur poterit punire pecu
niariter ſuo arbitrio:⁊ in hoc dubio illate moꝛtis omnes ſunt irre
gulares.dicit ibi ſpe.de leg.§.iuſta.ver.quid ſi in rixa.⁊ inde de iſta
paruuloſa queſtione plene per Saly.in.l.quoniā.C.ad.l.iuliam.de
vi publica.⁊ per Albe.de roſ.in parte ſuoꝛum ſtatutoꝛum.c.lxij.et
per Jo.an.in.c.ſignificāti.ij.extra homi.⁊ idē tenet ſpec.in.d.§.pe-
ne quatuoꝛ de exiſtentibus in domo ex qua deiectione aliquis eſt
moꝛtuus nec ignoꝛat deijciens.de quo vide in decretis.xxiij.q.viij.
c.ſi quatuoꝛ homines.⁊ per Inno.c.ſicut dignum.in gloſ.magi.in
fi.⁊ dicit Bal.in additionibus ſpec.in.d.ver.pene quatuoꝛ.qđ vbi
lapis eſt deiectus ex cenaculo ⁊ homo occiſus nec conſtat quis fece
rit pena pecuniaria imponitur omnibus ⁊ ſic ratione incertitudi
nis commutatur pena perſonalis in pecuniariam:⁊ hoc quando
eſt incertus de certis.Si autem eſt certus de incertis pꝛopter ma-
gnam incertitudinem nullus punitur.ar.gl.in.l.ſi cum exceptione.
§.in hac.ff.quod met.cauſa.⁊.l.ij.ff.de his qui deie.vel effuderunt.
67 †Quid autem de eo qui ſe defendendo occidit alium debito mode
ramine non ſeruato.dicit Jo.an.in additio.ſpec.in ti.de homi.qđ
non tenebitur coꝛnelia de homicidio doloſo ſed bene tenebitur de
homicidio culpoſo per.l.iij.ff.ad.l. coꝛne.de ſica.⁊.C.eo.l.j.⁊.d.c.ſi-
gnificāti.in ver.quamuis.Item quid ſi ſtatutum permittit qđ ban
nitus de tali crimine poſſit impune offendi an poterit occidi.bar.
conſuluit quod ſic quia offenſa dicitur quicquid pꝛouocat aliquē
ad iracundiam.l.cum te.⁊.l.filia in oꝛbitate.C.de inoffic.teſta.⁊ in
c.ex parte.de ver.ſig.ſed homicidium eſt huiuſmodi ergo ⁊c.qđ li-
mitat reignoꝛius de furliuio eſſe verum ſi ille erat bannitus de tali
crimine ex quo veniebat imponenda pena moꝛtis.l.iij.§.idem re-
ſcriptis.ff.de his qui moꝛ.ſibi conſci.

**Eadem lege.** ¶ Supꝛa poſuit vnum caput.l.coꝛnelie
quo punitur committens vel committe
re volens homicidium telo:hic ponitur aliud caput eiuſdem.l.coꝛ
nelie.quo punitur committens homicidium veneno vel arte ma-
gica vel publice vendens mala medicamenta.⁊ hoc intendit.Peri
mens hominem veneno vel arte magica punitur.l.coꝛ. de ſic.h.d.
68 vſqꝫ ad.§.alia.Concoꝛ.ff.eo.l.iij.¶ †No.igitur pꝛimo quod venefi-
cus punitur capite ex.l.coꝛnelia ſicut homicida vt hic.⁊.d.l.iij.Ni-
mirum enim ſi veneficus punitur ad ſimilitudinem homicide cū
telo.Quia etiam plus eſt hominem veneno ꝙ̄ gladio occidere vt
l.j.C.de maleſi.⁊ mathema. quia per venenū magis occulte homo
vita pꝛiuatur ꝙ̄ gladio vt.d.l.j.Et ſicut homicidium gladio habe-
tur pꝛo patrato quando non ſtat per eum quin deuenerit ad actū
pꝛoximum vt.ſ.§.pꝛoximo.⁊ his qui cum telo.C.de ſic.ita venefi-
cium habetur pꝛo completo quando non ſtat per veneficum.l.j.in
fi.ff.ad.l.pompe.de pari.⁊ ibi per Bar.Sed quid ſi ſtatutum pꝛefi-
xit certum terminū ad accuſandum de homicidijs an intelligitur
ideo terminus pꝛefixus ad accuſandū de veneficio.Unde hec duo
delicta equiparantur:⁊ eadem.l.puniuntur dic quod nō.Quia ho
micidium pure dicitur a cedendo ſeu a cede manu facta.l.ita vul-
neratus.ff.ad.l.aqui.⁊ ideo non cōpꝛehendit veneficiū quod com-
mittitur ſine violēta cede manuum vt.d.l.j.C.de maleſi. de iure au
tem communi dicte accuſationes criminales regulariter tollūtur
ſpacio viginti annoꝛum exceptis quibuſdā vt lege tertia.C.de fal.
69 †Item an eoipſo quod quis emit venenum cauſa alium occidendi
punitur.l.coꝛnelia ſi non venenat.dic quod non niſi deueniat ad
actum pꝛoximū vt dicitur in homicidio.ſ.§.pꝛoximo.Fallit in fi-
lio emente venenum cauſa dandi patri quamuis dare non potue-
rit vt dicta.l.pꝛima. in fin.C.de pari.⁊ de hoc per Saly.in.l.j.C.de
70 maleſi.¶ †Secundo no.quod ſicut veneno alium perimens vel de-
bilitans alium artibus magicis iſti ergo aruſpices mathematici
augures vates caldei ac magi hi omnes generali vocabulo maleſi-
ci nuncupantur vt.l.nemo.C.de male.vtentes actibus magicis in
diuinando vel ſomnia explanando vt in.l.⁊ ſi excepta.C.de maleſi.
nocendo coꝛpoꝛi ⁊ ſaluti hominum vel etiam ſuoꝛum inimicoꝛum
labefactando vt.l.multi.eodem titulo.vel pudicos animos ad libi
dinem flectendo vt faciunt ſepe mulieres peſſime vt.l.eoꝛum.eodē
titu.que dant etiam pocula amatoꝛia vt.l.ſi quis aliquid.§.qui ab
oꝛtionis.ff.de pe.vel infana id eſt templa dantes rñſa vt aliquos
decipiant ⁊ inducunt ad aliquid credendum vt no.gloſ.in ver.fa-
nas.in.l.j.§.apud iul.ff.de edili.edic.incidunt in penam amputa-
tionis capitis cremationis vel cōfiſcationis in.d.l.nemo.C.de ma-
le.⁊ poſſunt toꝛqueri huiuſmodi malefici ꝓ veritate eruēda etiā in
dignitate poſiti vt milites ⁊ ſenatoꝛes vt.d.l.⁊ ſi excepta.licet alias
dignitas excuſet a toꝛmentis vt.C.de queſtionibus.l.milites.⁊.l.ſe
natoꝛes. pꝛohibitum eſt enim hanc deteſtandam artem magicam
adiſcere.l.ij.⁊.l.culpa.C.de maleſi.ſecus in geometria ⁊ alijs ſeptē
71 artibus liberalibus vt.d.l.ij.† Et de iſta materia ſoꝛtilegoꝛum et
diuinatoꝛum vide plene in decretis.xxvj.queſtione pꝛima ſecunda
tertia quarta ⁊ quinta.per totam cauſam nam non eſt eis credēdū
nec etiam faciunt indicium ad toꝛturam nec ex eoꝛum dictis debet
iudex ſe mouere licet dicant etiam per inſpectionem aſtralabij ali-
quem fuiſſe furatum rem de qua iudex inquirit vt.l.item apud la-
beonem.§.ſi aſtrologos.⁊ ibi per Ange.de iureiurando.⁊ capitu.
j.⁊.ij.extra de ſoꝛtileg.nec ſimiliter eſt credendum mulieribus que-
rentibus de infirmitate ⁊ ſanitate alicuius per incantationes vt in
decretis.xvij.queſtione ſeptima.capitulo admoneant.Et ſimiliter
ſunt hec repꝛobata ſuper dies egyptiaci dilenſis vel anni etas lune
curſus ſolis per que aliqui exploꝛant de vita vel moꝛte pꝛoſperitate
vel moleſtia alicuius.Et ſimiliter ſunt repꝛobata carmina dicenda
in collectione herbarum vt vigeſimaſexta queſtione ſecunda.capi-
tulo non obſeruetis. ſed pꝛo infirmoꝛum ſanitate ⁊ fructuum pꝛe-
ſeruatione ab imbꝛibus ventis ⁊ grandinibus poſſunt eccleſie oꝛa
tiones ⁊ ſymbolum ⁊ oꝛatio dominica nomine domini noſtri Je-
ſu Chꝛiſti deuotiſſime pꝛoferri vt.l.eoꝛum.C.de maleſi.⁊ dicto capi
tulo non obſeruetis.⁊ capitulo ſequenti.dicit tamen Barto.in di-
cta lege eoꝛum.quod ille qui diſſoluit malias pꝛo ſanatione alicu-
ius non debet puniri.Sed tamen de iure canonico non licet aliter
quam perfectas oꝛationes per ſupꝛadicta iura.⁊ pondera hic tex.
⁊ in.l.multi.C.de maleſi.qꝛ videtur pꝛobare quod quis poſſit aliū
cum incantationibus occidere quod foꝛte poteſt eſſe verum ſecun-
dum Joan.fab.cum pꝛoceditur ad aliquod factum vt ad foꝛmatio
72 nem imaginum vt not.in dicta lege multi.¶ †Tertio nota quod
vendentes mala medicamenta incidunt in penam.l.coꝛnelie vt hic
quod intellige ſiue publice ſiue pꝛiuate vendant ⁊ ſimili pena tene-
tur qui malum venenum necandi hominem cauſa fecerit vel ha-
buerit.ff.de ſic.l.iij.in pꝛincip.ſecus ſi ſit bonum venenum quia cū
alia re mixtum naturam nocendi ab eo deponit vt ex ea fiat medi-
camen optimum ad ſalutem.l.quod ſepe.§.j.ff.de contrahen.emp.
73 ⁊.l.qui venenum.ff.de verboꝛum ſignifi.†Caueant igitur pigmen-
tarij ⁊ aromatarij ne cui temere vendant rem venenoſam ſicut ſala
mandram cantaridas ⁊ ſimilia quia inciderent in.l.coꝛneliam:vt
dicta lege tertia.§.oleo.ff.de ſica.Eſt autem temeritas cum vendāt
diſcolis ⁊ incognitis qui ſunt veriſimiliter in vſum peſſimum con
uerſuri ſecundum Ange.in dicto.§.alio.Et attende iudex maleſi-
cioꝛum vt in tua inquiſitione dicas quod inquiſitus vendat ma-
lum venenum ſeu medicamentum:alꝰ ſimpliciter dicendo quod
vendidit venenum intelligeretur de bono veneno. vt dicta.l.qui
venenum.⁊.l.interpꝛetare.ff.de penis.Quid de ea muliere que de-
dit vel accepit medicamentum:dic quod punitur vltimo ſuppli-
cio poſt quadraginta dies:⁊ ſic poſt partum veneficatū.l.ſi quis
aliquid.§.aboꝛtionis.ff.de penis.⁊ ante quadraginta dies puni-
tur exilio tempoꝛali.l.diuus.⁊ ibi gloſ. ff.de extraoꝛdi.cri. Quin-
imo is qui dedit bono animo medicamentum mulieri ad conci-
piendum pꝛopter quod ipſa perierit quia res eſt mali exempli de-
bet relegari vt dicta.l. tertia.§. ſed ⁊ ſenatuſconſultum.ff. de ſica.
Item qua pena punitur qui cauſa odij vel libidinis aliquid fecit
vel dedit ad bibendum vel comedendum viro ne generare poſ-
ſet vel mulieri ne cōcipere poſſet. dic quod punitur vt homicida:
74 vt in capitulo ſi quis aliquid.de homi.¶ †Et not.hic glo.in ver.
occiderunt.quod vt quis puniatur pena.l.coꝛne. puniente homi-
cidas telo requiritur dolus. nec ſufficit lata culpa:quia in penis
coꝛpoꝛalibus lata culpa non equiparatur dolo:ſed mitius puni-
tur.l.tertia.ff.de in litem iuran. Sed in pena.l. coꝛnelie pꝛo alijs
capitibus de quibus dixi ſupꝛa in pꝛincipio huius.§.⁊ in dante
ſine dolo medicamentum aboꝛtionis vel conceptionis non requi
ritur dolus:vt dicto.§.ſed ⁊ ſenatꝰ. ⁊ dicta.l.in lege. que igitur di-
citur quod coꝛnelia requirit dolum: vt dicta.l. in lege. eſt verum
contra homicidas telo:ſed non contra alios incidentes in coꝛne-
liam:dic iur.

75 **Alia deinde lex.** ¶ †Lex pompeia de paricidijs
etiam connumeratur inter publi-
ca iudicia quia.l.punitur paricidium dolo committens ⁊ mandā
tes ⁊ aſſentientes ſpeciali ⁊ acerrima pena hic inſerta . hoc dicit
vſqꝫ ad.§.item lex de falſis.Concoꝛ.lex penultima.ff.ad legem pō-
pe.de parici.⁊.l.j.C. de his qui paren.vel li.occi. Et dicitur lex pō-
peia:quia Pompeius ſtatuit hanc penam:vt not.in rubꝛi.ff.eo.
76 †Appellatione autem paricidij vt dicit hic glo. continentur aſcē-
dentes ⁊ deſcendētes in infinitum ⁊ collaterales vſqꝫ ad tertium
gradum tam cōſanguinei vt frater ſoroꝛ conſobꝛinus conſobꝛina
patrueles ⁊ amitini: patruus:auunculus:⁊ amita quā affines vt
vxoꝛ ⁊ nurus ſocer et gener ⁊ ſocer vitricus et pꝛiuignus et pꝛiui-
gna:item patronus ⁊ patrona.ff. eodem. l. pꝛima.⁊ ibi gloſſa in
ver.pena.item nouerca ⁊ ſponſa.ff.eodem.l.ſciendum.⁊.l. cum pa
77 ter. †patet igitur per ſupꝛa nominatos quod paricidium com-
mittitur inter collaterales vſqꝫ ad quartum.⁊ non vltra vt notat
Joan.de Platea in Quartum Inſti.

glo.ff.eo.l.prima.in ver.pena.⁊ in ver.conſobrina.quia vltra quar
tum gradum non eſt prohibitio copule coniugalis:vt in. c. cum
78 inhibitio de clande.deſpō.⁊.c.non debet.de conſan.⁊ affi.†⁊ quod
dr de deſcendentibus vt in filio poteſt etiam intelligi de filijs na
turalibus tantum vel legitimis tantum.l.hos accuſare. §. omni
bus.⁊ qđ no.ibi per Bart.in accu.⁊ idem in patrono ⁊ filiolo ⁊
dño ⁊ vaſallo ⁊ in epiſcopo ⁊ capellano:⁊ parrochiano ac eorum
que dicta ſunt.ſ.de actio.§.penales.in ver.eum. ⁊ quod dr in.l.j.
79 ff.de pari.vbi ſit executio ad patronum ſecundum Jo. fa.†itē in
tellige niſi inter predictos fuerint commiſſe alique cauſe ingrati
tudinis iuſte ad exheredandū.Si enim filius committat cauſaʒ
ingratitudinis contra patrem perdit ius filij ⁊ alimentorum pe
titionem adeo qđ pater eum occidens non punietur.l.pompeia
de pari.⁊ idem econuerſo ſi pater committat cauſam ingratitudi
nis erga filium ⁊ idem etiaʒ in collateralibus ſm Bar.l.diuus.ff.
80 de pari.†Et idem ſi cōmittens paricidium ſit furioſus quia non
punitur de paricidio.d.l.pe.in fi.ff.de parici.vel etiam ſi dormiēs
equiparetur furioſo.l.j.§.j.de acqui.poſ.⁊ hoc quādo ignorabat
ſibi euenire hoc vitium in ſomno:quia tunc parcitur vitio natu
rali.l.flumen.§.vitiuʒ.ff.de damno infec.Alias ſi ſciebat ſibi eue
nire aut quia fuit in culpa non prouidendo iacere ſeparatim nō
parcitur vitio naturali:quia eſt ad mixtum cum culpa.l.ſi ſeruus
ſeruum.§.ſi fornicarius.ff.ad.l.aquil.⁊ de hoc per Bar.d.l.pen.
idem etiam ſi pater occiſus erat ex bannitus:vt.l. neminem.ff.de
81 relig.de quo per Saly.l.j.C.eo.†Item attende ⁊ aliud ſingulare
ꝙ filius nedum faciens ſed ⁊ conſentiens in mortem patris tenet
de iure ciuili.l.culpa caret.de reg.iur.⁊ in reg.iur.ſine culpa.li.vj.
licet ſecus ſit de iure canonico:vt.ij.q.vij.c.negligere. cum poſſet
perturbare peruerſos niſi aliud eſt ꝙ foꝛe.nec caret ſcrupulo ſo
82 cietatis occulte qui manifeſto facinori deſinit obuiare.†hoc fallit
in perſonis ſubiectis que tenentur reuelare alias puniuntur me
diocri pena.ſ.relegationis.l.ij.ff.de pari.filius igitur ſciens tra
ctari mortem patris niſi reuelet patri.vt.d.l.ij.idem ſi vaſallo nō
reuelante mortem domini ſui.Et idem in ciue non reuelante ci
uitatis ſue perditionem.licet in hoc vltimo quandoqꝫ fiat cōtra
quia decapitatur ⁊ male fit quia ſolum debet relegari.decapita
ri enim debet quando ſciret ⁊ non reuelaret conſpirationem con
tra principem vel papam ſecundum Ange.de peru.in.d.l.ij.⁊ per
Barto.in.l.vltra.eod.titu.Et adde per gloſſ.⁊ Bar.in.l.vt vim.
ff.de iuſti.⁊ iur.Extraneus autem licet ſciens tantum ⁊ non reue
lans non tenetur.vt dicta lege culpa.tamen ſibi vel pecuniam mu
tuans vel fideiuſſionem faciens pro pecunia ad hoc mutuata te
netur.l.pompeia.lege vtrum.⁊.l. ſciente.ff.eodem.Ex quo inſur
git mirabile quod in plus tenetur mandans conſentiens vel opē
preſtans.Ex quo infertur pro maleficio magnus plus punitur ⁊
popularis in minus ꝙ popularis mandans ſeu auxiliuʒ preſtās
magnati punietur magnas ⁊ non popularis ⁊ in plus ꝙ princi
paliter deliquiſſet:quia inſpicitur qualitas que eſt in principali
83 ⁊ non in acceſſorio ſecundum Barto.in.d.lege vtrum.¶†Pena
autē.l.pompeie.de pari.eſt quod criminoſus inuoluatur culeo.i.
ſacco de corio.⁊ iſtis quatuor animalibus inuicem contrarijs.ſ.
cane vipera ſimia ⁊ gallo gallinaceo.i. gallo caſtrato qui fortior
eſt ad pugnandum cum ſerpente vel gallinaceo.i.gallo valde ad
iuuante gallinas ſecundum glo.l.penul.ff.eodem. ⁊.C. eo.l.pria.
Sed angel.de peruſi.dicit in.d.l.pe.quod gallinaceus eſt animal
grande formatum ad ſimilitudinem galli ⁊ habet roſtrum groſ
ſiſſimum ⁊ longū ⁊ naſcitur in partibus fori iulij. deinde iſte pa
ricida proijcitur in mare vel in flumen ibi iuxta exiſtens ⁊ ſi nō ex
tat ſubijcitur beſtijs deuorantibus.vt.C.eodem.l.penul.⁊ hec pe
na habet locum pro cede patris matris aui ⁊ auie.ff.eo.l.penult.
⁊ pro aliorum cede competebat cornelia vt hic in verſicu. ſiue pe.
84 †Sed hodie in omnibus coniunctis committens paricidiū pu
nitur hac pena:ceteri autem in amputatione capitis vt hic.⁊.l.j.
C.de ſica.⁊.d.l.pen.ff.eod.nam quam vult poteſt accuſator inten
tare ſed in executione vna tollit aliam de quo per Barto. ff.eo. l.
fina.licet regulariter ius accuſandi duret ſolum biennio.l.quere
la.C.de fal.morte tamen rei ante ſententiam extinguitur crimen.
l.paricidij.ff.eod.ſicut regulariter extinguūtur alia crimina exce
85 ptis quibuſdam:de quibus in.l.ex indiciorum.ff.de accuſat. †de
iure autem canonico mulier occidens filium calore iracundie vt
quia forte iſte ex quo cōceperat quotidie improperabat ⁊ quod
nō erat eius filius detruditur in monaſterium penitentiam per
actura.vt in.c.j.de his qui fili.occi.⁊ hec habet virum ⁊ alios fi
lios nutriendos alias cum viro remanet vt tamen ſceleris penaʒ
luat.vt in.c.intelleximus.eodem titu.Si autem infantulus repe
riatur mortuus in lecto cum patre ⁊ matre tunc ſi interuenit eo
rum grauis culpa vt quia in medio ipſorum poſuerunt peniten
tia.vij.vel.v.annorum eſt eis imponenda.Si autem leuis culpa
interuenit vt quia lōge a ſe in eodem loco poſuerunt penitentia
trium annorum eſt imponenda quorum vnum in pane ⁊ aqua p
agant.vt eod.titulo.c.fina. ⁊ ibi gloſſa.⁊.c. queſitum.de pe. ⁊ re
miſſio.dicto capitul.aut facta.⁊ in gloſſa. tractat de iſto crimine
paricidij.

86 **Item lex cornelia.** ¶†Lex cornelia de falſis.
inter publica iudicia nume
ratur que penam mortis irrogat ſeruo ⁊ deportationem cum pu
blicatione bonorum libero qui ſcienter falſum teſtimonium vel
inſtrumentum ſcripſit ſignificauit recitauerit ſubiecerit ſignum
adulterinum poſuerit.h.d.vſqꝫ ad.§.l.iulia.Concor.ff.eod.l. qui
teſtamentum.⁊.l.pomponius.§.paulus.eo.l.lex cornelia teſtamē
taria.ff.eo.⁊ appellatur.l.cornelia teſtamentaria.vt hic.⁊.l.teſta.
ff.de publi.iudi.quia a prin.fuit introducta pro teſtamentis.fal
ſis confectis ſignatis vel productis:tamen eſt pro alijs inſtrumē
tis falſo fabricatis vel ſcienter productis:vt.d.l.paulus.ff.de fal
ſis.⁊.l.eum qui.C.de falſis.⁊ no.ff.de publi.iudi.l.j.⁊ ibi tangam.
87 †Eſt tamen differentia inter teſtamentum ⁊ aliud inſtrumentū
quo ad furtum ⁊ ad occultationem:quia de furto vel occultatio
ne teſtamenti eſt publica accuſatio ſed non pro furto vel publica
tione alterius inſtrumenti.vt.d.l.paulus.in princ.niſi ipſum de
ſtruat vel occultet taliter vt nemini veritas poſſit apparere: qr
tunc eſt publica accuſatio de falſo:vt dicta.l.paulus.in fi. caueāt
ergo notarij ab iſtorum falſorum inſtrumentoruʒ confectione ne
incidant in penam falſi ⁊ ideo eſt bona cautela adhibere teſtes q
cognoſcant contrahentes vel teſtatorem vt no.in.l.fi.§.ſin autem
dominus.C.de iure delibe.⁊.l.iij.§.fin.ff.de teſti.⁊.c.cum cauſam.
de teſti.ſi tamen notarius fuiſſet deceptus per ſuppoſitionem al
terius perſone loco teſtamentorum vt crebro factum eſt non tene
tur notarius pena falſi:cum nō ſit in dolo.⁊ falſum non commit
titur ſine dolo.l.nec exceptioni.C.de fal.facit.l.maiorem.in fin.C.
88 eod.†⁊ non ſolum incidit in falſum notarius in ſcribendo falſuʒ
inſtrumentum:ſed etiam recitando vel ſubijciendo vel ſignando
⁊ ſigillum apponendo vt apponitur in inſtrumento in ſcriptis:
vt.ſ.de teſti.§.poſtea.vel apponitur alteri rei:vt.l.j.§.ſi ciſta.ff.de
po.prout conſueuerunt mercatores apponere ſuis bullis trotro
cellis:vt no.ff.de fa.l.j.§.qui rationibus.in glo.in ver.tabulis.vel
contrafaciendo ſigillum alienum:vt.d.l.cornelia.de teſta. ff. eo.⁊
c.licet.extra de crimine falſi.vel intellige ſignando ſignum adulte
rinum.i.falſo fabricatum vt exponit gloſſ.ff.eod.l.ſi quis legatū.
vt apponendo in inſtrumento ſignum ⁊ nomen alterius vt appa
reat inſtrumentum ab eo confectum:vt no.Bar.in.l.ſi falſum.in
verſ. immutet.eod.vel etiam ſuū ſignum maculando ⁊ mutando
vt non poſſit fieri comparatio ſcripturarum vt dicit hic in ver.ſi
gnū ſuuʒ ſemel aſſumptū ⁊ in pluribus inſtrumentis appoſitum
⁊ ſi dolo facit incidit in penam falſi.facit.l.fin.C.de acceſ.dum di
cit ſignum quod ſolitum eſt chartis imponat. et ſimiliter incidit
in falſum qui verum teſtamentum vel inſtrumentum noniter for
te mutando aliquid de voluntate domini defuncti vel contrahē
tium vel deleuerit vel fecerit vt verum apparere non poſſit vel ſi
gilla reſignauerit vel remouerit.vt.dicta lege qui teſtamentum.
89 ⁊ dicta lege qui paulus.§.primo.ff.de falſis.†Sed quid ſi nota
rius ſcribat aliquod falſum non inſtrumentum: ſed inualidum
an incidat in penam falſi. dic per Bartolum lege ſi quis legatū.
ff.de falſis.vbi concludit cum Rychard.malū. qui hanc queſtio
nem diſputauit ꝙ ſi inſtrumentum eſt ratione materie vel cōtra
ctus vt rei ſacre vel religioſe ſcienter vendite vel legate quod tunc
incidit in falſum:vt.d.l.ſi quis legatum.coniuncta.l.j.C.de ſepul.
vio.Si autem eſt nullum ratione forme requiſite deficientis vt de
ficiant anni domini vel aliud ſubſtantiale ⁊ formale inſtrumen
ti:⁊ tunc non incidit in penam falſi cum inſtrumentum non parit
alteri preiudicium.ſecus ſi aliquod preiudiciū alteri parere poſ
ſit vt eſt glo.notabilis in.l.damnum.ff.de fal.⁊ hanc queſtionē di
ſputauit Jo.an.quā ponit in mercurialibus ſuis.c.nō eſt ſine cul
pa.de re.iu.li.vj.de qua queſtiōe vide ēt per Sal.d.l.j.C.de ſepul.
vio.Et ſilr deciditur qđ de teſte qui depoſuit dictum ſuum falſuʒ
ſed inualidum vt quia non iuratus vel extra articulos depoſuit
90 de quo dic per Barto.vt in.d.l.ſi quis legatuʒ.†Item quid ſi qs
ſcribat ſcripturam priuatam falſam an incidat in penam falſi ſi
ue ſit notarius ſiue alius:cum hic text.loquatur indiſtincte. dic
quod ſi talis ſcriptura non facit fidem vel probationem aliquam
